



John Carter Brown.





PETRI MARTYRIS

AB ANGLERIA MEDIOLANEN. ORATORIS
clarissimi, Fernandi & Helisabeth Hispaniarum quondam regum
à consilijs, de rebus Oceanicis & Orbe nouo decades tres : quibus
quicquid de inuentis nuper terris traditum, nouarum rerum cupi-
dum lectorem retinere possit, copiose, fideliter, eruditeq; docetur.


EIVSDEM PRAETEREA

LEGATIONIS BABYLONICAE LI

BRI TRES : VBI PRAETER ORATORII MVNERIS
pulcherrimum exemplum, etiam quicquid in uariarum gentium mori-
bus & institutis insigniter præclarum uidit, quæq; terra mariq; acciderunt,
omnia lectu mirè iucunda, genere dicendi politissimo traduntur.



BASILEAE,
apud Ioannem Bebelium
M. D. XXXIII.



Manuscript signature in red ink at the top right of the page.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CAROLO

REGI CATHOLICO, PETRVS MARTYR.



ERVAVIT diuina prouidentia, ex quo fabricare uniuersum constituit, immensa uastitatis occidentalis oceani agnitionem ad nostra usque tempora: in quibus tibi potentissime Rex, maternos auorum felicibus auspicijs, patefacta est. Eadem, nescio quo urgente fato, ex natali patria Mediolano, mox ex urbe Roma, ubi ferè decennium egeram, ad Hispaniam me uidetur impulisse, ut hæc ego miranda nouaque particulatim colligerem, quæ fortè aliàs in uoraces fauces obliuionis demersa latuissent: historicis Hispanis, egregijs quippe uiris, de generalibus tantum harum rerum inuentis curam habentibus. Non tam solim mihi huius sumpti laboris gratiam uendicare intendo: Ascanio uicecomiti Cardinali uicecancellario prima debetur: qui me discedere iam uolentem ex Vrbe, ut Granatensi bello interesset, dissuasit abitum primo: mox uidens id mihi animo fixum sedere, hortatus est, imò & rogans imperauit, ut quæcunque in Hispania emergerent, ad eum conscriberem. In Hispaniam concessi, expeditionis eius uisendæ studio, quod in hostes nostræ fidei sumpta esset, nihil mihi iuueni & rerum nouarum cupido præberet Italia, unde ingenium pascere, ob eius principes discordes. Bello interfui: per epistolas diarias quæ gerebantur, à me Ascanius Cardinalis habebat. Fortuna eius ex altrice mutata in nouercam: cessi à scribendo. Purgata, stratis hostibus, Hispania, Mauroque malo gramine extirpato, ne labentes annos ocio indecenti contererem, in Italiam regredi meditabar. Amborum regis & reginæ catholicorum, uita functorum singularis erga me benignitas, & simul ampla pollicita, post reditum præcipue à legatione mea Babylonica, me detinuerunt. Fixisse tamen pedem haudquaquam poeniter: tum quia nullibi terrarum hoc tempore æque præclaras res fieri uidebam, tum etiam quod ex Christianorum principum dissidijs ruere omnia in præceps, depopulari agros in uniuersa ferè Italia, & humano sanguine impinguari, atque urbes hostiliter diripi, uirgines, nuptasque, cum bonis patris in prædam trahi, miseros innocentes uiros ac genitores intra proprios lares inermes etiam & gratuito crudeliter trucidari, querulis clamoribus non audiebam modò, sed penè sentiebam. Neque enim affinium & propinquorum meorum sanguis ab ea fera sæuitia immunis euasit. Dùm sic morarer, Cardinalis Arragonius Frederici regis patris sui nomine, sequentes primæ Decadis octo libellos epistolares, uisis duobus Ascanianis, à me exegit. Vacuum omni cura demum de rebus oceanicis Apostolici nuncij uiri celeberrimi nostri summi pontificis Leonis Decimi nomine (cuius felici consilio & autoritate, speramus ærumnolis tot calamitatibus Italiam aliquando finem imposituram) me dormientem excitarunt. Ad eius Sanctitatem breuibus epistolaribus libellis compactas duas decades addidi primæ, quæ me inconsulto prælis fuit impressorum exposita, uti per sequentem præfationem constabit. Nunc ad te uenio serenissime Rex, à quo parumper uagatus sum. Quod uniuersam tibi aui materni subdiderint Hispaniam, angulo excepto: quod pulchram tibi, cum feracibus nostri maris insulis, Parthenopen reliquerint, magnam quidem, & ea nos per annales annotauimus: sed pace maiorum dictum uelim, quicquid ab initio mundi gestum scriptumque reperio, meo iudicio parum est, si pensitauerimus quas tibi Rex potentissime nouas terras, quæ noua maria, quam uarias nationes et linguas, quales aurifodinas, quæ margaritarum uiuaria, prouentibus alijs omissis, tibi parant. Quæ, qualia quantaque sint, tres decades hæc patefacient. Veni ergo, ueni Rex electe à superioris ad nondum ab hominibus intellectum rerum aliquod culmen: ueni & propera. Aequinoctialem tibi circulum latentem hæcenus & furentem, atque ardore solis adustam, antiquorum opinione, zonam, paucis exceptis, tibi paratam habemus, populis refertissimam, amœnam, uberem, fortunatissimam, auro & candentibus mar

PRAEFATIO.

garitis coronatas mille insulas: & uno putato continenti tres Europas offeremus. Veni nouum orbem amplexurus, nec tui nos desiderio ulterius macerato. Hinc hinc, tenelle Rex clarissime, instrumenta, quibus totus tibi pareat orbis, comparabuntur. Valeat feliciter tua Maiestas, cuius gustui si sapidas fore culturae nostrae sationes intellexerimus, uberiores indies illarum copiam plenis canistris offeremus. Qui sim, libellorum indices aperient. Ex Mantua Carpetana, uulgo Madrid, pridie Cal. Octob. Anno M. D. XVI.

AELII ANTONII NEBRISSENSIS EX
GRAMMATICO ET RHETORE HISTORICI REGI,
in Petri Martyris ab Angleria Mediolanensis, regii consiliani opera,

PRAEFATIO.



VID nam esse causae dicam, candide lector, quod cum tot librorum uolumina ab hominibus seculi nostri audent in uulgus, scribantur in docti, doctique poemata passim, cur illi qui digni sunt, ut inter ora & manus hominum uersent, lateant in media noctis caligine, blattis, tineisque obnoxij: atque ediuerso complura opera male nata, Musisque & Apolline nullo scripta, legantur, laudent, atque per scholas, per porticus, per uicos circumferantur? An quod fortuna, quae ut alijs in rebus humanis, ita & in hac dominae, a moribus suis non recedit: quippe quae illustra premit, & obscura in sublimem tollit. An quod liber uicturus, ut ait Poeta, debet habere Genium, qui illum ab obliuionis iniuria, interituque defendat, qui apud delicatos lectores illum commendabilem faciat, qui gratiam nouitatis illi semper inducat, qui denique ad ipsius lectionem non tam alliciat, quam impellat, non tam hortetur, quam cogat: Hinc prouenire putandum est, ut praclarissimorum scriptorum opera interciderint: contra uero ineptissimi cuiuscumque auctoris libri legantur, amenturque. Haec sunt a me, lector amice, idcirco tam longe repetita, ut ostenderem non multum abfuisse, quin Martyris mei quaedam opera, multo studio, multaque diligentia elaborata, interirent, nisi Tendillani Comitis prouidentia obstitisset. Nam cum eo sit ingenio Martyr, ut facile in quocumque scribendi genere possit egregium aliquid concinnare, non multum curat labore parta in uulgus aedere: siue quod gloriam suam negligit, siue quod non putat nos esse dignos, quibus tantum munus comunicetur. Comes namque Tendillanus quum multa efflagitatione ac propemodum conuicio quotidiano extorsisset quaedam eius opera, quae adhuc latebant, fortasseque eternum latuissent, intelligens esse eam republicam atque communi omnium utilitate illa inuulgari: mihi hanc operam condixit, ut emendata, redactaque in ordinem per impressores in numerosos codices propaganda curarem. Id quod libentissime suscepit: tum ut uiri optime de Hispana republica meriti iussis obtemperarem, tum ut Martyris mei opuscula iucundissima lectu, necessaria cognitu, atque ad nostrarum literarum usus maxime conducibilia nostris hominibus legenda traderem. Et quae, propter exemplarium raritatem, internitioni fuerant obnoxia, nolui in tam ancipitem fortunam doctissimi atque omni aeternitate dignissimi uiri committi: quare emendata, sibi ipsi restituta, impressorum typis excudenda tradidi, ut per numerosas chartas propagata, sint diuturniora quam abolere possit uetustas. Dedi hoc uersibus quos ille in meam laudem compositos aedidit. Dedi amicitiae nostrae multis ultro citroque officijs confirmatae: dedi publicae utilitati, quae ex istorum operum lectione proueniet. Prima fronte tres Decades de rebus oceanicis & Orbe nouo reperies. Secundam sibi sedem Babylonica legatio obtinebit: Ea tribus constat libellis epistolaribus: quorum primus quid Petro Martyri proficiscenti legato ad Soldanum Babylonicum acciderit in itinere, ex

PRAEFATIO.

re, ex urbe Granata Venetias usq̄, continebit: multaq̄ de Venetorū institutis et urbe ipsa lectu sapida. Secundus, nauigationē ipsius à Venetijs in Alexandria Aegypti. Tertius, quid apud Soldanū orator egerit, quæ memoratu digna uide rit: de Soldani ac Mameluchorū origine, uita et moribus, multisq̄ cuiq̄ ingenio celeberrimis, iucundissimus index erit.

RERVM MEMORABILIVM EARVM
 QVÆ PRAECIPVE QVÆ AD GEOGRAPHIAM
 spectant, Index. Diligenter tamen interim obseruati
 sunt gentium mores & instituta, neq̄ quicq̄
 omiffum quod lectorem uel iuuare,
 uel delectari possit.



Benamachei regulus ca- ptus. 33.A	Aestas ubi sit, quādo nobis est hyems.
Abibeibæ regis Cannasi- stulæ arx in arbore. 33.B	Affectuum uis in idiomate (45.B etiam non intellecto. 88.B
Abibeiba rex à Christianis capiti. 33.D	Aphricus uentus. 25.A.20.B
Abraibæ regis regio. Ibidem	Aphri oratores, Martyri inuidiā apud Soldanum concitant. 86.B
Abraiba à Christianis capitur. Ibidem	Agathyrsi populi. 17.B.50.A
Aburema regio aurifera. 51.A	Agnes radices genus. 2.B.31.B.50.A.54.C
Aburema fluuius. 42.A	Agnes zazauetos. 62.D
Aburema portus. 51.A	Agium uariæ species, earumq̄ usus. 54.D. 62.D 55.A
Acateba flumen. 51.B	Agnaneo fons. 42.B
Acbardini obitus. 85.B	Alagutin fluuius. 51.B
Acicularum precium. 50.A	Alcinoi patria. 79.C
Acicularum usus apud nudos homi- nes. 19.A	Alexandriæ Aegypti situs. 80.B.83.C
Accentus quandoq̄ latinarum dictio num significationes mutant. 59.C	Alexandria Aegypti emporiū. 77.B.
Achemenides Virgilianus. 42.B.51.D	Alexandriæ Aegyptiacæ di- rutæ ratio. 80.D
Adelantatus qualis apud Hispanos magistratus. 2.D.56.B	Alexandrinorum arrogantia. 92.A
Adriaticum mare. 52.B	Algiubbæ uestes. 82.D
Adulteram ubi maritus diuendere so- leat. 70.B	Algodon quid. 28.A
Aegypti descriptio. 83.C	Algodonum idem quod gossipiū. 3.C
Aegyptiorū monarchiæ mutationes.	Alica potus ex quibus conficiat. 31.B
Aegyptus quomodo in seruo- rum dominiū uenerit. 83.D	Almericus Hierosolymorū rex Cali- phum Aegyptiū bello premit. 83.D
Aegyptij quādo Græcorū seruitute li- berati. 83.D	Almericus à Sultano pellitur. 83.D
Aegyptiorum hodie pabulandi mos. 89.D	Almirantus magistratus apud Hispa- nos. 2.D
Aequinoctiū perpetuum ubi. 41.A	Almohadda, & Almohaza, Arabica uocabula. 59.C
Aequinoctiū apud Canibales mense Decembri. 6.A	Aloës lignū suaue. 6.B
Aërem subinde mutare pestiferū. 35.A	Aloisius Cadamustus Venetus scri- ptor carpitur. 73.B
Aethiopū ornatus. 15.C	Alpes Italiæ quousq̄ terrarum se di- stendant. 52.B
Aethiopes nigrū colorem candido ele- gantiorē iudicant. 73.B	Alpha ω insula. 7.D.8.A
	Alpha & ω Cubæ principiū. 8.C
	Alpheus fluuius. 41.B

I N D E X.

- | | | | |
|---|---------------|--|----------------------|
| Alpheus fons. | 63.C | Arabum uagans uita. | 81.D |
| Alphonsi Fogedæ peregrinatio. | 25.D | Arabes circūiacentes regiones crebris
incurſionibus infeſtant. | 81.C.83.C |
| Altus bellus inſula. | 64.A | Arabo regio. | 59.C |
| Amachæ, penſiles lodices. | 48.D | Aramana regio. | Ibidem |
| Amaguei regio. | 59.D | Acbardini Mameluchi contra Cam-
pſoum Mameluchū factio. | 84.D |
| Amatauna, id eſt antrū anguſtius. | 22.A | Arbor auri uena. | 61.D |
| Americus Veſpucius geographiæ pe-
ritus. | 41.C | Arbor Pharaonis, quæ Ieſu tranſeūti
ceſſiſſe creditur. | 90.B |
| Ancifi naufragium. | 27.C | Arbores perpetuò uiuentes. | 50.A.D |
| Ana fluuius. | 38.D | Arbores Indiæ. | 33.B |
| Anaboriæ, mercenarij metallici. | 24.D | Arbores caſſiã fiſtulã gignentes. | 33.A |
| Anacaonæ regiæ theſaurus. | 14.A | Arbores tam proceræ ut domos in ra-
mis ædificare liceat. | 33.A.B |
| Anachaona uates. | 63.B | Arbores, quarū rami uitū inſtar terre
mandati ſui generis arbores deriu-
tias procreant. | 50.D |
| Andaluſia Noua, quæ olim Vraba. | | Arbores mirè noxiæ, & cæcitatem in-
ferentes. | 25.D.57.B |
| Anata regulus. | 66.D (39.C | Arcadicū littus ob Turcarū incurſio-
nes incultum. | 80.A |
| Animal quoddam mirifice monſtro-
ſum. | 21.B.40.A | Archipelagus inſularū quarundam
contexta ſeries. | 4.D |
| Animal ferens ſecum ſobolem in ute-
rali crumena. | 40.A | Arcticus polus, & qui antarcticus. | |
| Animal cercopitheco ferè ſimile arbo-
ribus in uolitan . | 50.D | Areiti rhythmi. | 58.B.63.B (20.C.52.C |
| Animæ album quid. | 21.C | Aretuſa inſula. | 63.C |
| Animis poſt migrationem præmia &
ſupplicia conſtituta eſſe, etiã ab ex-
tremis iſſcꝑ nudis hominibus credi-
tum eſt. | 9.D | Argiū littus ob Turcarū incurſio-
nes incultum. | 80.A |
| Animen albū gūmi ubi naſcãt. | 63.D | Arias Vaſcho inſidiatur. | 74.D |
| Anates capite purpureo ubi. | 2.B | Aromatum feraciſſimæ terræ. | 67.B |
| Anniuici regio. | 59.D | Aromatū nemora ubi. | 7.C |
| Annus ubi ab Helico Vergiliarum
occaſu incipiat. | 73.C | Artemiſia cōiugalis amoris exemplū. | |
| Annos Mahometici aliter atqꝫ nos nu-
merant. | 84.D | Aſini caput magno emptū. | 42.B (37.D |
| Anſeres ſylueſtres ubi. | 2.B | Aspiratio Hiſpaniolorum nulla niſi
conſonantis uim habet. | 59.C |
| Antiliæ inſulæ. | 1.C | Aſtronomiæ obſeruaciones etiam in-
ter Barbaros. | 73.C |
| Antipodes ubi ſint. | 45.B | Atiei regio. | 59.D |
| Antipodes ab Hiſpanis inuenti. | 24.B | Atlas mons. | 38.C |
| Antiqua inſula. | 64.A | Atlanticæ regionis eleuatio. | 38.D |
| Antiquitates quomodo poſteritati ci-
tra literas traditæ ſint. | 58.B | Attabeira. | 22.A |
| S. Antoni Cubæ angulus. | 68.C | Attibuni regio. | 59.D |
| Antrū uauſtū plurima abſorbēs flumi-
Apenninus mons. | 52.B (na.59.D | Attibunicus fluuius aurifer. | 7.59.B |
| Aprorū genus, noſtro lōge diſſimile. | | Attibunici inundatio. | 61.A |
| De aquarū erumpentiū ſcatu-
rigine ratio philoſophica. | (27.C 40.D | Auaritia in cauſa eſt, quod Chriſtiani
apud Barbaros parui ſiant. | 92.A.B |
| Aquanil prouincia. | 69.A | Aucupij ratio rara. | 67.B.C |
| Aqua lactea. | 9.A | Aues ubi menſe Decembri nidificēt. | |
| Aquæ maris ubi dulces. | 15.D.38.A | S. Auguſtini cuſpis. | 52.B.67.B (6.A |
| uide Mare. | | S. Auguſtini caput. | 39.A.65.D |
| Aquilo uentus. | 21.B | Auræ ætatis homines. | 62.A |
| Arabes anarchi. | 81.D | | Aur |

I N D E X.

- Auri sacra fames, Horatiana similitudine hydropi diro confertur. 68.B
 Auricopia ingens. 7.B.24.A.31.C. 39.A.45.D.51.A.56.C.59.B.61.A.B.D.66.C. D68.C.70.A.C
 Aurum rude ubi nihil fiat. 31.C.47.A.D
 Aurifodinæ ditissimæ. 12.A.24.C.61.A.B
 Aurifera flumina multa. 51.B
 Auriferæ regiones ferè panibus carèt. Aurû Granatum ubi. 71.A (28.B)
 Aurilegendi ratio. 24.C
 Auri pondere naues submersæ. 24.D
 Auri globus ingentis ponderis. 24.D
 Aurea arx ædificatur. 12.B
 Auri tributû quinta pars ubi regi pendatur. 31.B
 Auro numen inesse creditur. 52.A
 Aufonia pro Italia. 58.C
 Australe pelagus. 44.C.52.C
 Ay Ay insula. 4.B
 Ayqueroa regio. 59.D
 Azua uilla. 63.C
 Aizoo herba. 62.D
 Azzuei regio. 59.D
- B
- B**abbareo lacus dulcis. 60.C
 Babylon Aegypti, nunc Cayrû dicitur. 80.C.81.C
 Babylon Aegypti, Idumæ, Syriæ, regia sedes. 80.C.82.A
 Babylon Cayri suburbium. 89.A
 Baccallai populi unde dicti. 55.D
 Bætica Hispaniæ ora. 87.B
 Bætica interior quibus uescatur palumulis. 27.C
 Bætis fluuius. 3.D.37.C
 Bætis fluuij fauces. 53.C
 Baguanimaho regio. 59.C
 Bahabonus fluuius. 58.A
 Bahan fluuius falsus. 61.A
 Baia sinus. 38.C
 Bainoa puincia. 59.B.C.D.60.A.61.A.D
 Bainoæ salinæ. 61.D
 Baiohaigua regio. 59.C
 Baleares sub Hispaniis. 86.C
 Balenæ ex cucurbita prodierunt. 22.C
 Balsami plantandi ratio. 90.A
 Balsamus ubi nascatur. 89.D
 Balsami qua ratione in Aegypto interierint. 90.A
 Balsamus in Cyprû frustra transplantatus. Ibidem
- Bombasium quid, & ubi nascat. 3.C
 Baptismus etiam apud Barbaros Zemiium cultores. 36.B.73.D
 Baptizantur 330. uno die. 36.B
 Barbatae insulae steriles. 64.A
 Barramedabæ tis oppidum. 15.A
 Barrameda oppidum. 53.C
 Battatae radices ubi nascant. 40.A.50.A
 Battatarum uariæ species. 54.D (54.A)
 earumq; usus. 55.A
 Bauruco regio. 59.D
 Beata Hispaniolæ portus. 25.D
 Beata Maria antiqua insula. 74.D
 Bellefychium Granatense oppidum.
 Bellus portus. 29.C.42.B.51.B (87.C)
 Beragua regio. 28.C.39.C.49.C.51.C.
 Beraguensis eleuatio. 42.A
 Beraguæ sterilitas. 42.B
 Beraguæ montes nubes superant. 52.B
 Beraguensis flu. 41.D.28.C.40.C.51.B.C
 Bergantini nauigij genera. 26.D
 S. Bernardi insulae. 56.A
 Berytus portus. 76.C.77.B
 Betanchor iussu regio Canarias insulas scrutauit. 1.B
 Betanchorus primus Fortunatarum insularum cultor. 58.A
 Bezerra Caribanæ initium. 67.B
 Binhaitelles Zemes. 22.C
 Bizcaini populi. 86.C
 Boitij augures. 22.D.58.B
 Boius Gatti fluuius. 40.C
 Boiua insula. 42.B
 Bombardarum tonitrua diuinum opus habitum. 69.A.70.D
 Bombasium quid. 28.A
 Bombicinum lanæ genus. 38.B
 Bonauenturæ oppidi officinæ aurariæ.
 Bonauista insula. 15.A (25.A)
 Bonauus uicus. 13.B
 Bonauus arx. Ibidem
 Bondocadar Aegypti Sultanus à Christianis uniuersam Syriam et Palestina aufert. 84.A
 Bononiama regulus. 46.D
 Boues elephantis maiores. 59.A
 Brasilium lignum. 11.B.21.B.66.A
 Britannia maior. 63.D
 Bromia uermis nauibus infesta. 51.C
 Bufones ex guttis. 57.A
 Bufones ad esum magno empti. 42.C
 47.B

INDEX.

Buiaici, regio.	59.D	Canariæ insulæ septem.	1.B.53.C
Bullacum Cayri suburbium.	81.D	Canariæ insulæ Castellanae additæ po-	
Burgæ urbs.	10.B	Candida Cretæ urbs, 80.A (tentia. 1.B	
Burichena insula.	4.D.39.A.54.C	Canes non latrantes uulpino rostro	
C			
CAbaioes herbæ.	62.D	ubi. 71.C	
Cabouerde insula.	41.D	Canum usus in prælijs contra nudos,	
Cabotti Veneti peregrinatio.	55.C.D	42.B.43.C.46.C	
Cacacubana regio.	59.C	Canes scabiosi urgente fame in deli-	
Cahaymi regio.	59.D	cijs habitî. 42.B.C.47.B	
Cadavera magnatû ubi exiccata pen-		Canes ad comedendû alunî. 8.D.71.C	
silia seruentur. 20.A.31.B.50.D.55.B		Canibaliû insula arboribus consita. 3.B	
Cæsar in Nilo fossas fodit.	90.D	Canibalium mores. 19.D	
Cahini insula.	59.B	Canibales quantum itineris uenatio-	
Cahonao Hispaniolæ pars.	58.A	nis gratia faciunt. 4.B	
Caiaabum prouincia.	61.A.C	Canibales ἀνθρώπων πόφαιτοι. 2.A.24.B.26.B	
Caiacoa regio.	59.C	33.C.49.B.53.C.65.D	
Caiahabo prouincia.	59.B.C	Canibales quantû sanguinis Christia-	
Cayrû qd et Babylon. 80.C.81.C.82.A		ni hauserint. 39.B	
Cayri urbis τοπογραφία.	89.A.90.D	Canibales Christianorum bombardis	
Cariarensium mores.	50.C.D	exterriti retrocesserunt. 54.A	
Caizcimu prouincia.	59.B	Canibales à Christianis fugati. 19.D	
Calabria magna Græcia.	87.A	Canibales ne uincti quidem atrocita-	
Calabria Hispanorû regib. paret. 87.A		tem deponunt. 4.C	
Calcidoniæ plasmæ ubi multæ. 54.B		Canistri ex cannis marinis. 54.C.56.A	
Caldæi literarû primi repertores. 62.B		Cannastula insula. 33.A	
Calidonia quæ nunc Scotia. 63.D		Cannarû radicib. saccarû extorquef.	
Califfus Mahometicus pontifex. 85.B		Cannæ fœmoris crassitudine (7.A	
Caliphi Aegyptiorum reges unde ap-		ubi crescant. 50.B	
pellati. 83.D		Cantabri populî. 86.C	
Caliphus ultimus Aegyptiorû à Sar-		Capoton regulus. 69.A	
calpe urbs. 87.A (raco captus. 85.D		Capronus Ciguaiorû regia. 14.C.17.C	
Caluaca terra. 69.D		Capti à Christianis Barbari interem-	
Calydonius aper. 46.B		ptis custodib. sese libertati asserunt.	
Caramairi regio. 25.D.59.D		Caput Bonæ Sperantiæ. 38.C (70.D	
Camomorus regio. 40.C.67.B		Caput uiridæ insulæ. 7.D.15.A.20.B	
Camoteia insula. 58.A		Caramairiensis regio. 41.D.56.A	
Campechium prouincia. 69.A		Caramairiana ora. 27.A	
Campsous regno priuatur. 85.C		Caramairienses à Canibalibus ortum	
Campsous Ciarchesius Soldanus cre-		traxerunt. 26.B	
atur. 85.C		Caramairienses Christianos benigne	
Campsous Mamekuchus Acbardinû		excipiunt. 27.B	
Mameluchum insectatur. 84.D		Caramaira fluuius. 53.D	
Campsoi Gauri Soldani benignitas		Caramatexius regulus. 60.C	
& laus amplissima. 86.B. & sequëtib.		Caraqueira insula. 63.D	
Campsous Gaurus Soldanus inuitus		Carenas portus. 70.D	
creatur. 85.D.86.A		Careta regnum. 66.C	
Canabacoa regio. 59.C.61.A		Careta Coibæ rex. 26.C	
Caunaboa Cibauorû rex à Christia-		Careta Coibæ regulus capitur. 30.C.	
nis captus. 10.D		Caria coniugalis amoris paradigma	
Canaria magna insula. 53.C		Caria regio. 53.A (37.C	
Canariæ religio. 58.A		Cariai portus. 50.C	
		Caribana insula. 26.B.27.D.65.C	
		Caribes	

INDEX.

Caribes unde dicti.	63.C	Cerabaroī populi.	52.A
Caribium insulæ arborib. consitæ.	3.B	Cerabaroa regio aurifera.	51.A
Caribes antropophagi.	31.C.2.A.24.B	Cerabaronum insula.	56.D
Carpatus insula.	80.B	Cerabaroensium mores.	51.A
Carrarum urbs.	82.A	Ceraunij montes.	79.D
Carolus Comogrus rex, Christianos		Cercopithecus animal.	50.D
hospitio excipit.	49.A	Cercopithecicaues ubi.	19.C
Carolus Comogri filius pro patre ba-		Ceruisia Caramairensium.	27.B
ptizatus regnat.	48.D (63.C	Ceres quare diuorū numero habeat.	
Carthago noua, raro pluuias habet.		Cete grandia ex cucurbi-	(62.D
Carthago portus.	25.D.53.D.56.A	ta prodierunt.	22.C
Carauelæ nauigia.	1.A.2.D.26.C.68.C	Characteres à nostris multò dissimi-	
Caspus falsus lacus.	60.A.61.D	les.	73.C
Cassia fistula in arboribus nascit.	75.B	Cherfonessus aurea.	6.A
Cassia fistula ubi sua sponte nascatur.	21.B.C	Cheru regulus Christianos benigne	
Castella uetus Hispaniæ locus.	3.B	fuscipit.	66.D
Castella aurifera quæ olim Beragua.		Chiapes regulus.	64.C
Castellanæ situs.	67.D (39.C	Chiapæ regio.	45.D
Castellanorum & Portugalensium		Chiapæi populi à Christianis uicti se	
contentio.	38.D	eorum fidei committunt.	44.A
Castellani aurei nummi precium.	25.A	Chiapes reguli strages.	Ibidem
32.C.38.B.74.A		Chiorisus regulus, Christianos libe-	
Catalonia eadē quæ Laletania.	61.D	rali munere excipit.	47.C
Catalani populi.	86.C	Christus ubi locorum in Aegypto	
Catharina arx.	13.B	exulauerit.	90.B
Catharinę cuiusdā egregium facinus.		Christiani fide, non armis, fiunt.	87.C
Catullus piscis.	60.C (5.C	Christianos in sua ditioe <i>ἀπίσους</i> to-	
Caytbeius quando imperator à Ma-		lerare.	67.D
hometicis electus.	84.D	Christum Barbari colere ubi cœpe-	
Cauchietenses populi.	19.C	rint.	24.D
Caunana Hispaniolæ regio.	22.A	Christus neminem inuitum ad fidem	
Caunoa regio.	59.D	allicere conatus.	87.C
Caunaboa Cibauensū rex captus in		Christiani cur à Mameluchis conte-	
itinere moritur.	12.A	mnantur.	92.A
Cayrum Aegypti caput.	83.C	Christiani & Iudæi Soldano subditi	
Caytbeio Soldanus.	90.D	in uestibus Mahometicum morem	
Caytbeius Sultanus Turcas sæpe par-		feruant.	83.A
ua mameluchorū manu uicit.	84.A	Christianorum clades.	67.A.69.B
Caytbeius Soldanus deficientes Aeg-		Christianorum de Barbaris uictoria.	
gyptiorum seruos oppressit.	83.D	Christiani rapiunt insulares	(72.C
Caytbei obitus.	85.A	trecentos.	70.D
Cazabbi panis.	54.D.59.A	S. Christophori insula.	24.D
Cedri libani.	27.C.D	S. Christophori regionis aurum.	25.A
Cemacchus regulus proditus coniu-		Christophorus colonus præfectus	
rationem aduersus Christianos de-		marinus pro inexhaustis laboribus	
tegit.	34.B	indigna præmia accepit.	18.C
Cemobal oppidum.	73.D	Christophorus Burichenæ gubernæ-	
Centuria.	27.D	tor à Canibalibus interfectus.	39.A
Centurio quis.	34.A	Caiaho prouincia auri feracis.	61.B
Centrū maris linea equinoctialis.	55.C	Ciamba terra uasta.	49.D
Cephalenia Vlysis insula.	79.D	Ciamba prouincia ferax auri.	39.A
		Ciarcheli montes.	82.D

INDEX

- Cibaua insula ubi. 24.D
 Cibauæ regionis fecunditas. 7.C
 Cibauis in montib. aurū effodit. 25.A
 Cibauenses foedus cū Christianis in=
 tum rumpunt. 11.C
 Cibauenses cum regulis c c c. capti in
 Hispaniam uecti sunt. 12.C
 Cibauensiu apparatus bellicus. 11.C.D
 Cibi crebra mutatio periculosa. 35.A
 Ciboru genera carniū saporem mu=
 tant. 39.D
 Ciguaii populi. 17.B
 Ciguaij gens fera à Canibalibus origi=
 nem traxerunt. 14.C
 Ciguaiorū flumina & montes. 17.A
 Ciguaii à Christian. fusi, fugatiq. 17.C
 Ciguaij conditiones à Christianis pe=
 tunt. 18.B
 Citheræa insula. 80.A
 Cimeriaci montes. 79.D (58.C
 Cipanga olim Hispaniola dicebatur.
 Cistæ ex arborum folijs. 54.C
 Ciuriza regulus pauper. 47.C
 Cloëliæ Romanæ uirile facinus. 5.C
 Cobraba fluuius. 42.A
 Coccineæ sylvæ. 11.B. 12.C. 21.B. 54.B. 59.
 B. 66.A. 75.B
 Codego insula. 25.D
 Cohobba herba. 23.B
 Coiba sinus. 26.C
 Coiba regio. 30.B
 Coiba diues auri. 66.C
 Coibenses populi. 43.A.B
 Colmenaris periculosa nauigatio. 29.B
 Collocutea terra. 67.B (35.B
 Colonus praefectus marinus. 2.D
 Colossus miræ magnitudinis. 89.C
 Comani Soldani serui. 83.D
 Commendator Cacicus quidam ba=
 ptismum petit. 35.B.C
 Commendatores Equites. 35.C
 Comi prouincia. 68.D
 Comagra regio. 31.A
 Comogeus fluuius. 47.B. 49.A
 Comogri regio infelix. 47.B
 Comogri filij. 31.A
 Comogri regis atrium. 31.A.B
 Comogri regia. 48.D
 Comogrus baptizatus. 32.A
 Comogri filius baptizatus Caroli no=
 men accepit. 48.D
 Comogri iuuenis Barbari aduersus
 Christianorum auaritiā cordata
 oratio. 31.C.D
 Comoiax fluuius. 61.C
 Conceptio oppidum. 25.A. 39.A
 Conceptio arx. 11.A. 13.B
 Conchylum enixus. 65.B
 Concharum ingens magnitudo. 45.D
 Concharum corda an margaritæ sint
 & aliæ de ea naturales quaestiones.
 45.B.C
 Ad ima Conchylia staturas tres, in=
 terdum quatuor descendunt. 45.C
 Conchylia unionum, cibus lautissi=
 mus. 44.D. 45.A
 Conchylia marina, classica instrumen=
 ta. 51.B
 Coniugalis amoris paradigma pul=
 cherrima. 37.D
 Constantinopolis olim Thraciæ em=
 porium. 77.B
 Copei arbor picifera eiusq. fructus.
 62.B
 Copei arboris folia scripturae commo=
 da. 62.B
 Coquera regulus Christianis se dedi=
 dit. 44.B
 Corcyra insula. 79.C. 80.A
 Corochotus Zemes. 23.B
 Coronum oppidum. 80.A
 Corona lapidea in delicijs. 42.B
 Corphu insula. 79.D
 Cotochus regulus, eiusq. regio steri=
 lis. 47.C
 Cotochi regio in nubibus sita. 61.B.C
 Cothurni gemmis & coloribus pre=
 ciosissimi. 74.A
 Cotoy regio. 59.C
 Cozumella insula. 69.B. 71.B
 Creta insula. 80.A
 Cretæ descriptio. 80.A
 Creta nullū animal noxiū habet. 80.B
 Cretenses aliquoties à Venetis defe=
 cerunt. 61.C
 Cretenses hodie literas ignorant. 80.B
 Crocodilus quale animal. 91.A
 Crocodilorum astus. 91.B
 Crocodiloru odor suauissimus. 51.B
 Crocodilorum corium durissimū. 91.C
 Crocodilorum coitus. Ibidem
 Crocodilus zelotypus. Ibidem
 Crocodilos an aliæ præter Nilias
 producere possint aquæ. 40.B
 Croco

I N D E X.

Crocodilus molossus canem aspor-		Dariene à tigride uastata.	46.B
tauit.	57.A	Dariene leonibus, crocodilibus & ti-	
Crocodilorum copia ubi.	40.B.50.B.52.D	gribus plena.	57.B
S. Crucis insula.	4.B.54.D.69.B	Dariene pestifera.	56.D.57.A
S. Crucis præses à Canibalibus truci-		Dariennenses ærumnosi.	29.D
datum.	39.B	Dariennenses arboreorum fructuum	
Cubæ insulæ descriptio.	24.C	copia multiformi abundant.	39.D
Cubæ situs.	67.D	Dariennensium arma, & pugnandi	
Cubæ Cancræ circulus secatur.	63.C.68.C	consuetudo.	30.D
Cubæ insulæ fauces uastissimæ.	55.C	Darienis ripa orientalis.	65.C
Cuba Indici littoris pars.	7.D.8.A	Darienis fluuius crocodilos nutrit.	
Cuba aurifodinis felicissima.	63.D	28.A.40.A.B.70.D	
Cuba insula Ferdinanda appellata.		Decembri apud Canibales aues nidi-	
Cuba insula. 16.D.35.A.38.A.63.C (68.C		ficant.	6.A
Cubam Canibales prædæ gratia fre-		Decurio quid.	5.C
quenter incurritant.	35.B	Decurionis potentia.	34.A
Cubana regio.	59.C	Delationibus ad iram moueri perni-	
Cubigar fluuius.	51.B	ciosum. 87.C	
Cuchabo regio.	59.C	Delagartos fluuius.	40.B.C
Cuchibacoa regio.	21.A.26.D	Desiderata insula.	64.A
Cuchibacoæ promontorium.	41.D	Defta insula.	71.C
Cucurbitæ arbores.	51.B	Deudarius præturæ soldanicæ magi-	
Cucurbitula bracæ loco.	19.B	stratus.	85.D
Culata angulus maris.	32.C.34.A	Didonis in Libyam migratio.	58.A
Culchæ nauigia.	44.B.64.C	Diecus Cubæ Fernandinæ governa-	
Culices noxiæ ubi.	52.D	tor. 69.B	
Cultelli è lapide fluo.	49.D	Dieci Velasquen peregrinatio.	70.D
Cuamana regio.	16.C.18.D.21.A	Dies perpetua ubi.	55.D
Cumana margaritis nobilis.	38.A	Dies ubi toto anno æqualis.	16.C
Cuniculi leporibus per omnia similes		Ditis insulæ descriptio.	64.C.D
ubi. 19.A		Ditis insulæ regulus baptizatur.	65.A
Cupæ ponderis genus.	77.C	Dominica insula eadem quæ Caniba-	
Cupressinæ syluæ.	80.B	lium. 3.B.49.C.53.C.56.C	
Curiana regio.	16.C.18.D.21.A	S. Dominici urbs. 17.B.24.D.39.A.	
Curianenses callidi uenatores.	11.A	59.B.60.A	
Curianenses simplices & innocentes.		S. Dominici urbs pluuijs obnoxia.	
Cuspis. 38.C	(19.A	S. Dominici arx. 12.C	(63.C
Cybaho regio.	59.C	S. Dominici fluuius.	59.B
Cyclades insulæ.	80.A	Draconis os, fauces viij. milliariũ.	15.D
D		Draconis caput.	65.D
Dabaiba fœmina, eiusq; sacra.		Dulichium.	79.D
Dabaiba regulus, eiusq; (52.D		Duraba flumen auriferum. 42.A.51.B	
regnum auri ferax. 56.C		Duria fluuius.	38.D
Dabaiba fluuius. 52.C.67.A.75.A		Duribba fluuius.	51.B
Dabiagua regio. 59.D		Dyrrachium à Turcis captum. 79.C	
Dahabon regio. 59.C.D		E	
Damascus Soldanicorum regnorum		E Busos insula sub Hispanorum re-	
emporium. 80.D		gum imperio. 86.C	
Dardanus ex Corytho eiectus. 58.A		Eccampi Iucatanæ insulæ pars. 68.C	
Darienis ab Hispaniola distantia. 36.C		Electrifodina inuenta. 11.A	
Darienis flumina aurifera XX. 52.D		Elizabethæ Petri Ariæ uxoris uirilis	
Dariennensis aëris inclementia. 36.D		animus & amor coniugalis. 37.D	

INDEX.

- Emirchibir proximus post Soldanū
magistratus. 85.C
- Enses lignei. 33.A.43.B.46.D.50.A.51.A.
- Epileguanita Zemes. 23.B (D.75.A
- Episcopi quinque in terris nouis. 39.A
- Epitaphia laderæ urbis. 79.C
- Epitaphia Polæ urbis. 78.C.D
- Equites Centauri crediti. 72.C
- Eridanus. 41.B
- Erythreus oceanus margaritis diues.
- Esonis renouati fabula. 42.B (45.D
- Euangelista Cubæ locus. 9.C
- Europa quibus maribus circumam-
biatur. 52.C
- Euxinus pons. Ibidem
- Exundatio inaudita. 60.D
- F
- F** Ames incomparabilis. 42.B
- Fames grauissima ex cultus ne-
gligentia. 10.D
- Fames omnium esearum optimū con-
dimentum. 45.C
- Ferrea, una Fortunatarū insularū. 1.B
3.A.B.53.C.66.A
- Ferrea instrumenta magno in precio
ubi habeantur. 64.D
- Ferdinandina insula eadē quæ Cuba.
- Ferāndi Cortesij (qui et ipse li- (68.C
bros de inuentis insulis ædidit) pe-
regrinatio. 71.B
- Filices ubi nascantur. 61.C
- Filij ubi pro legitimis non habeantur.
- Florida insula. 71.A (63.B
- Fluminis cuiusdam ostium centum
mille passuum. 40.C
- Flumina plurima uno antro absorbē-
tur. 59.D
- Fluuij aliquot auriferi. 5.D.51.B.52.D
66.C.68.A.70.C
- Fœminæ Amazonum instar sine uir-
ris quibusdam in insulis agunt. 64.A
- Fœmina ex ulcere nata. 22.C
- Fogeda miser interitus. 35.B
- Folij arborum inscribitur. 62.B.73.B
- Folia per literas loqui Hispaniolis pro
digij loco est. 62.B
- Fons quidam potus senes iuuenesce-
re facit. 42.B
- Fons scaturiens quo balsami irrigan-
tur. 90.A
- Fontes in superficie dulces, in medio
falsodulces, in fundo salissimi. 62.A
- Fontium scaturientium ratio philoso-
phica. 40.D
- Fortis Ventura insularum Fortuna-
tarum una. 1.B.53.C
- Fortis insula. 26.B.D.41.D.56.A
- Fortunatae insulae unde dicta. 1.A.B
- Fortunatarum insularum recentia no-
mina. 53.C
- S. Francisci apud Hierosolymitanos
cœnobium. 90.A
- Frons sancti Augustini. 57.C
- Fructus pineae nuci similis regia esca.
- Fruementigenus panico non (51.B
multum dissimile. 55.A
- Fulgura & tonitrua mense Nouem-
bri. 32.B
- Fuluia cuiusdam Barbaræ mulieris pro-
ditio. 34.B
- Futeraca Caribanæ uicus. 65.C
- G
- G** Aira flu. 29.C.40.C.53.D.54.C
- Galana insula. 3.C
- Gaianta insula. 53.D
- Galeaceæ nauigia. 76.C.77.A
- Galeacearum capacitas. 77.C
- Galeacearum regendarū ratio. Ibid.
- Galli pyratae. 15.A
- Gallia. 52.B
- Galline patonibus nihil minores. 72.A
- Gallicæ lintheres. 19.A
- Ganges fluuius. 41.B
- Gasparis Moralis peregrinatio. 64.C
- Gaspar Spinosa licetiatus Darien-
sium prætor. 67.A
- Genuam alij lanuam appellant. 52.B
- Genua à lano condita. Ibidem
- Gemmarū magna copia. 54.B.70.A.C
- Gemmas Hispani nihili faciunt. 53.A
- Gemmae ubi calculis uitreis permute-
tur. 53.A
- Gemma longe durissima. 52.D.53.A
- Germania. 52.B
- Glacialis oceanus. 52.C
- Glaucus color præstantissimus ubi af-
fatim stillat. 11.A
- Glycyrrhiza dulcis radix. 67.A
- Golphus Larte sinus Laertiacus. 79.D
- Gomera insula. 53.C
- Goneria insula. 1.B
- Gonsali Badaioçij casus. 66.B
- Gorgodes Medusæ insulae. 20.B
- Gossampinae arbores ubi. 50.A
- Gossam

INDEX.

Gossampina supellectilia.	38.B.49.D	Guarionexius uir bonus.	17.D
Gossipium quid.	38.B	Guarionexij ditio.	61.A
Gossipium ubi sua sponte nascatur.	3.C.19.C	Guarionexij uallis.	61.A
Græcia.	52.B	Guarionexius rex Christianis tributa pendet.	12.B
Græcia magna Hispanis regibus subiecta.	87.A	Guarionexij defectio.	13.B
Græcus uentus.	21.B	Guarionexius deficiens à Christianis superatus est.	13.C
Granata urbs.	76.A	Guarionexus capitur.	18.B
Granatam per uim à catholicis captā non esse.	87.A	Guarizacca insula.	60.B
Granatenses non uī ad baptismum coactos esse.	87.C	Guarauana arbor.	39.D
Granatensium perfidia.	88.C	Guaurabo lacus.	60.D
Granatensium foedifragæ contra Hispanos seditiones.	87.C	Guazzauara classicus clamor.	64.C
Granatæ riuulus quidam, eiusq; scaurigo eleganter describitur.	41.A	H	
Grandis fluuius.	75.A	Abacoa regio.	59.D
Gratia dei locus.	28.D.66.B	Haiba fluuius.	59.B
Gripus nauigij genus.	79.C	Haiti olim Hispaniola dicebatur.	58.B
Grifalua fluuius.	69.D	Haiti quid significet.	50.B.C
Grifaluae nauigatio. 69.A. & sequētib.		Haiti montes.	59.B.C
Guacciarima prouincia.	59.B.D.63.C	Haraia Paria regio sale abundās.	19.D
Guacciarima unde dicta.	59.B	Hathathiei uallis.	60.C
Guacarapita.	22.A	Hayhay insula.	54.D
Guaccaraca agis species.	62.D	Hazoa regio.	59.C
Guaccanarillus.	59.C	Hazua mons.	Ibidem
Guaccanarilli regis humanitas.	2.C	Hazua pluuios nullos habet.	63.B
Guadalchebir fluuius.	53.C	Hebenum lignum.	14.A
Guadalupea insula.	53.D.54.D.63.D	Hebræorum aspirationes.	59.C
Guadulapus mons.	5.D (36.D)	Hellespontus.	52.C
Guahabba regio.	59.D	Herba mire noxia.	62.C
Guahagua regio.	Ibidem	Herba aduersus uenenata tela.	29.D
Guaiana arbor, eiusq; fructus.	39.D	Herculei freti eleuatio.	42.A
Guaiicanus piscis.	8.D	Hesperia pro Italia.	58.C
Guaiégari radices.	62.D	Hesperides Portugalsium insulae tredecim.	15.A
Guaiéri herba.	Ibidem	Hesperidum insulae.	7.D.20.B
Guamaonocon numen Hispaniolorum.	22.A	Hobba grani genus.	32.B
Guanama regio.	59.C	Hibuero arbor.	51.B
Guannabo fluuius.	60.A	Hiebra fluuius.	51.C
Guanaguax agis species.	62.D	Hiebra portus.	42.A
Guanahaini insula.	8.B	Hieronymus Aquillaris à Barbaris captus euasit.	71.D.72.A
Guanabba insula.	14.A.70.D	Hierosolymorū instauratio à Machometæis prohibita.	88.D
Guanassa insula.	25.B.49.D.56.D	Hierosolyma nostræ religionis initialis sedes.	58.A
Guanguan insula parua.	70.D	Higuei regio.	59.C
Guanini tabulae ex auricalco.	22.B	Hirundines ubi hyement.	80.C
Guaninicabon fluuius.	60.A	Hispali polus.	15.A
Guanybam lacus.	60.C	Hispalis urbs.	37.B
Guaricco regio.	59.D	Hispalis Baticæ emporium.	20.B
Guarionexius quid significet.	59.C	Hispani sub æquinoctiali circulo.	56.B
		Hispani intra tropicum cancri.	Ibid.

INDEX.

- Hispania margaritis diues. 45.D
 Hispanorum ornatus. 53.A
 Hispani odores arabicos, muliebres di-
 iudicant. Ibidem
 Hispani gemmas paruifaciunt. Ibid.
 Hispanis summus honor est, regi assi-
 dere. 2.D
 Hispani tum fide, tum militari arte in-
 signes. 87.A
 Hispanorum regum imperiū quā-
 ample se diffundat. 86.C.87.A
 Hispaniæ regibus, clementia innata.
 Hispanorum animus sem- (87.D
 per magna molitur. 68.C
 Hispani per lequas numerant. 66.C
 Hispani à nudis populis superati. 26.A
 Hispanorum aspirationes. 59.C
 Hispaniola insula. 1.C
 Hispaniola insula eadem quæ Ophi-
 ra. 6.D
 Hispaniola unde dicta. 58.D
 Hispaniolæ nomina. 58.B.C
 Hispaniolæ situs. 63.C.D.67.D
 Hispaniola quantum à tropico can-
 cri distet. 68.C
 Hispaniolæ motus elementorum ua-
 riij. 63.C
 Hispaniolæ solstitia æquinoctijs pa-
 ria. 58.D
 Hispaniolæ particularis descriptio.
 57.D. & sequentibus.
 Hispaniolæ forma. 58.D
 Hispaniola Italiæ præfertur. Ibidem
 Hispaniolæ primi habitatores agre-
 stes. 62.D
 Hispaniolæ panis. 24.B
 Hispaniola emporium totius oceani.
 Hispanioli Christianos sibi do- (57.D
 minaturos uaticinati. 58.C
 Hispaniola temperatissima. 58.D.59.A
 Hispaniolæ fœcunditas. 59.A
 Hispaniola uallibus, syluis, rupibusq̃
 aspera & tetra, cæterum amœnissi-
 ma. 58.B
 Hispaniolæ felicitas. 75.B
 Hispaniola quantum auri in Hispaniã
 quotannis mittat. 61.D
 Hispaniolorum admiranda humani-
 tas. 1.D
 Hispaniolorū mores et studia. 5.B.58.C
 Hispaniolæ insulæ religio. 21.D
 Hispanioli sapientiam sine literis co-
 luerunt. 58.B
 Hispaniolorum in edito partu cere-
 moniæ. 63.B
 Hispanioli filios suos pro legitimis nō
 habent. Ibidem
 Hispaniolorum testamenta. Ibidem
 Hispaniolæ senatus refarcitus. 75.A.B
 Hispaniolæ mulieres medicaminibus
 abortiunt, ne Christianorum man-
 cipia pariant. 61.B
 Hispaniolorum humandiritus. 63.B
 Hispaniolorum πολυγαμία. Ibidem
 Hispanioli laboris impatiētissimi. 61.C
 Hispaniolorū contra Christianos infi-
 diæ & coniuratio. 62.C
 Hispaniola à Matininoensibus occu-
 pata. 58.A
 Hobos agis species. 62.D
 Homocopia Christianorū. 70.C.71.A
 Honorucco regio. 59.D
 Hora. 59.C
 Hostium ossa ubi fasciculatim trophæi
 loco suspendantur. 73.D
 Houos arbor. 39.D
 Hozama fluuius. 59.B.60.A
 Huhabo prouincia. 59.B.C.61.A
 Humanæ res instabiles. 67.A
 Humana sacrificia. 70.A.71.C.73.C
 Hyperborei montes. 52.C
- I
- Iacchi regio. 59.D
 Iaches fluuius aurifer. 7.A.59.B
 Iaciga fluuius. 59.B
 S.Iacobus arx. 13.B
 S.Iacobi insula. 20.B
 S.Iacobi oppidum. 68.C
 Iamaica insula fertilis. 63.D
 Iadera Dalmatica urbs. 79.B
 Iagohaiucho regio. 59.C
 Iaia insula. 56.D
 Iaia fabula. 22.B.C
 Iainagua lacus dulcis. 60.C
 Iamaica insula. 7.D.8.A.51.D
 Iamaices arenosæ fyrtes. 71.D
 Iamaizi regio. 59.D
 Iaspidium copia. 54.B
 Idæi montes. 80.A
 Idæorum montium regio. 61.C
 Iguamu uallis. 60.C
 Inciles aquaticæ. 67.D
 Indiæ principium. 7.D
 Indiæ Gangetidis termini indiscreti à
 Cosmo-

INDEX

- Cosmographis relictū. 7.D
 Indicus Oceanus margaritis diues.
 Indica littora non longe ab His- (45.D
 pania distant. 2.C
 Indicæ contractationis domus. 37.B
 Ingratitudinis memorabile exem-
 plum. 7.D
 Insulæ paradiseæ Elysiæq̃. 54.C
 Insulæ aliquot fortunatæ. 21.A
 Insulæ cuiusdam repertæ descriptio.
 1.D. & sequentibus.
 Insula quædam remotissima æternita-
 tis opinione imbuta. 10.A
 Iocuna numen Hispaniorum. 22.A
 Ioanna insula. 1.C.7.D
 S. Ioannis insula. 4.D.24.C.39.A
 54.C.63.C
 S. Ioannis porta, insula. 71.B
 S. Ioannis flumen ostia septem ha-
 bet. 52.C
 Io. Aioræ nauigatio tyrannica inauspi-
 cata. 66.B
 Ioannes dela Cossâ cum septuaginta
 militibus à Barbaris nudis occisus.
 Ionium mare. 56.D (26.A
 Iouanaboina antrum. 22.C
 Ioppæ portus. 65.D
 Ipsicrateiæ erga Mithridatem amor
 conjugalis. 37.D
 Isabella Hispaniola quare dicta. 58.D
 Isabella urbs. 7.C
 Ister fluuius. 41.B
 Ister in ponticū pelagus labitur. 40.B
 Italia pro Latio. 58.C
 Italia in mare protenta. 41.C
 Itali caput Peloponnesi angulus. 80.A
 Italia Tyrrenum ab Adriatico mari
 determinat. 52.B
 Iuannæ serpentes. 13.D.58.C
 Iucca radicis genus. 2.B.31.B.40.A
 Iuccæ panis. 54.D.59.A
 Iucca ubi nascatur. 50.A
 Iucca primum noxia erat. 62.D
 Iuccæ panis triticeo salubrior. Ibidem
 Iucca quomodo plantetur & in pa-
 nem redigatur. 54.D
 Iuccarum genera multa. Ibidem
 Iucatana insula. 68.C.69.C.71.C
 Iudæi alienigenas à suis templis ar-
 cent. 73.D
 Iudæis ægyptium balsametum interdi-
 ctum esse. 90.A
 Iudæi contagiosum pecus Hispanio-
 rum regno eliminatū. 87.D
 Iulianus aduersus Granatenses ui-
 ctor. 87.A.B
 Iunna fluuius aurifer. 7.A.59.B.61.C
 Iupiter mons Cretæ. 80.A
 Iupiter hodie à Cretensibus ignora-
 tur. 80.B
 Iurâ id est, primarius. 50.B
 Iureche pagus. 51.A
 Ius suum tueri iure gentium licet. 87.B
- L
- Labyrinthus Minoius. 80.A
 Lacertus animal. 91.C
 Lacus quidam aquarum falsodulciū
 fluuiorum multorū receptor. 60.B
 Laertiacus sinus. 79.D
 Lagartos flumen. 28.C
 Lagarti animalia noxia. 28.C.91.C
 Laletani populi. 86.C
 Laletania falis feracissima. 61.D
 Lancelota insula. 53.C
 Lancelotus insularum fortunatarum
 una. 1.B
 Lapidea instrumenta pro ferreis ubi.
 Lares uilla. 63.C (2.A
 Lazarus regulus. 69.A
 Legationis Babylonice scopus. 88.D
 Legumina ubi bis maturecant. 7.A
 Leones ubi. 50.A
 Leonum Libycorum ferocitas. 4.C
 Lepra testudinibus mundatur. 15.A
 Lequæ mensura. 1.B.40.A.41.D.66.C
 Libri ex folijs arborum. 73.A.B
 Literæ ubi nullæ. 22.D.58.B
 Literæ inter barbarissimos etiam re-
 pertæ. 65.D
 Literis Barbarorum pueri à Christia-
 nis imbuti. 24.D
 Limonares insulæ. 50.B.C
 Lodices ex gossampino contextæ.
 Longæ regum manus, pro- (28.A
 uerbium. 86.D
 S. Lucari oppidum. 53.C
 Lunæ montes. 90.C
 Sub Lunæ orbe quæcunq; parturūt,
 post foetū æditum claudunt uterū.
 Lusitania. 38.D (53.B
 Libycum mare. 56.D
- M
- Macazina regio. 59.D
 Macoanes herbæ. 62.D

I N D E X.

- Machinnech regulus. 22.C
Machochaëlis metamorphosis. 22.A
Macorix regio. 59.C
Macoryxes populi. Ibidem
Macanæ enses lignei. 30.D.43.B.46.D
Madaninam intulam mulieres solæ
Amazonum instar inhabitant. 4.A
Madera insula. 15.A
Mæotis. 52.C
Magona uallis auriferis fontibus sca=
rens. 11.D
Magua regio. 59.C
Maguana regio. 59.C.63.C.61.A
Maguana uallis. 60.C
Magueij herbæ. 62.D
Maguey tympanum. 58.B
Mahaitin mons. 59.C
Mahometicorum primorum tres gra=
dus. 82.A
Mahometici præputiantur. 82.A
Mahometici pontificis ius. 85.A
Mahometcorum sepulchra. 91.D
Mahometici alienigenas à suis cere=
monijs arcent. 73.D
Mahometæorum anni. 84.D
Mahometicis πολυγαμία concessa.
Mahometæi uino absti=
nent. 84.C
Mahomet uoluptatibus colitur. Ibid.
Mahometæorum uestimenta. 83.A
Mahometicæ gentis sedendi mos. 82.C
Mahometæi imbelles. 84.B
Mahometes Caytbei filius per inimic=
corum dolum patri succedit. 85.A
Maia prouincia. 50.A.56.D.68.D
Maiguariti regio. 59.D
Maestas læsa apud Cubenses si quis
aliud molitur quàm regium edi=
cium habeat. 74.C
Maioanaxius capitur. 18.B
Mais radix. 31.B
Maizium frumenti genus. 2.B.50.A
54.C.62.D
Maizius panis. 47.D.56.B.64.D
66.D.75.B
Malea promontorium. 52.B
Maleum Peloponnesi angulus. 80.A
Malhambra Granatensis Maurorum
é manibus erepta. 82.B
Mameis arbor. 39.D
Mameluchi nullis caligis utentes pe=
des nudi incedunt. 82.D
Mameluchi plerunq; à pyratibus capta
mancia. 81.D
Mameluchi Soldani regij serui. Ibid.
Mameluchi, equestris ordo. 84.A
Mameluchorum priuilegia & digni=
tas. 84.B.C
Mameluchorum stipendia & alimo=
nia. 84.A
Mameluchorum pascendi mos. 89.D
Mameluchorum etiam in incolas ty=
rannis. 84.C
Mameluchi uinū contra Mahometi
institutum largissime bibunt. Ibid.
Mameluchorum summum discrimen. 83.D
Mameluchi ueteres mutuis uulneri=
bus extincti. 84.B
Mameluchi recentiores ex deficienti=
bus Christianis tantum deliguntur.
Mameluchi quater parua manu ingentes Turcarum copias pro=
figarunt. 92.A
Mammetes Soldanus per insidias ob=
truncatur. 85.C
Mamona. 22.A
Manabaho regio. 59.C
Manabaxao. 59.D
Manacapana regio. 16.C.18.D.21.A
Manacapana margaritis referta. 38.A
Manatilacus. 60.D
Manatipisces. 60.C
Mancipiorum stigmata. 66.C
Mancia pro iumentis onerarijs. 67.A
Manicauteixius rex Christianis tribu=
ta pendebat. 12.B
Marohus Zemes. 22.C
Matinino insula. 58.A
Matininoenses fedes mutarunt. Ibid.
Maragnonus fluuius. 21.A.40.C
41.D.52.C
Marchum, ponderis genus. 32.B
Maris origo fabulosus. 22.C
Maria perpetuò cursu in occasum la=
bentia. 71.D
Mare cur ab oriente occidentē uersus
torrentis instar currat, disputatio
philosophica. 53.D.55.C. & sequētibus
Maris magna effusio. 11.D
Mare utrum rursus à terra absorbea=
tur. 40.D
Mare herbidum. 53.D
Mare glaciale. 55.C
Mare

I N D E X.

- Mare ubi dulce. 15.C.21.A.50.B.52.C.D
Margarita insula. 64.C
Margaritiferi loci. 45.D
Margaritæa diues insula. 57.D
Margaritarū diues copia ubi. 64.C.D
Margaritarum quærendarum ratio. (65.B
Margaritæ pondere & pre- cio maximæ. 65.A
Margaritæ conchis recenter solutis molles sunt & piscibus cibo. 65.C
Mariæ rotundæ insula. 4.B
Sancta Mariæ antiqua colonia. 41.D. 56.D.74.C
Mariæ simulacro cultus Zemium exhibetur. 35.D
Mariæ uirginis ædes dicata apud Baros. 35.D
Mariatambal regio. 21.A.40.C
Marien regio. 59.D.61.A
S. Marinæ insula. 70.D
Marlotæ uestes. 82.D
Marmor promontorium. 29.A.42.B
Marmor candidum. 55.B
Maragonus fluuius. Ibidem
Mataræa locus Aegypti, ubi Christus exulauit. 89.D
S. Marthæ portus. 53.A.D.56.C
S. Martini insula. 4.B
Mathinino insula. 22.A
Matinina insula. 53.D
Matritum oppidum. 67.D
S. Matthæi fluuius. 28.D.40.C.41.D
Matum piscis prodigiosi nomen. 60.D
Mauicarao regio. 59.D
Maurorum in Christianum sanguinem sitis. 87.B
Maurorum ad Soldanū legatio. 86.B
Mauri Christianis mulieribus profligati. 86.C
Mauri quoque Beatam uirginem uenerantur. 90.A
Mecha Mahometæorum prima sedes. 58.A
Melecastraphi Sultani de Christianis uictoria. 84.A
Meldinus fluuius. 40.B
Melechfala Aegyptiorum Sultanus. Melechfala à seruis trucidatur. Ibidem (83.D
Mella in arboribus ubi. 64.A
Memoriæ res ueteres citra literarum usum ubi commendatæ sint. 58.B
Memphis quondam pyramidibus nobilis. 89.C
Menses uiginti ubi. 70.B.73.C
Mensis ubi uiginti dies tantum habeat. 73.C
Metamorphoses fabulosæ. 22.A.B
Methymna oppidum Hispaniæ. 3.A
Meum & Tuum malorum semina. 9.D.10.A
Sancti Michaëlis sinus. 57.C.D.67.B
Milui ubi hyement. 80.C
Minotaurus hodie à Cretensibus ignoratur. 80.B
Miramamolinus Mahometicus monarcha Christiani nominis infecutor. 87.B
Mithridatis uxor. 37.D
Modonensis urbs à Turcis expugnata. 80.A
Molæ aureæ. 74.A
Monblancum oppidum. 81.D
Μονόξυλα nauigia. 38.A
Monserratus insula. 64.A
Monstrum marinū hoīem rapit. 24.B
Mortuōs noctu uagari & uesci opinio. 22.D
Mosco oppidum. 69.A
Mulieres Amazonicam uitā ducētes sagittandi artis peritissimæ. 4.A.70.A
Muliebri cōsilio patria prodita. 34.B.C
Multoxumæ regis prouincia. 73.A
Murciense regnū raras pluuias habet.
Myrmidones ex formicis. 22.B (63.C
Myrobalanus arbor. 39.D.50.A.C
Myrobalani arbores ubi sua sponte nascantur. 22.A
Myrobalani suillas carnes sapidiores reddunt. 59.A
Myrobalanus portus. 50.C

N

- N**Aibas fluuius aurifer. 7.A.12.C
Naibæ fluminis fontes. 59.B
Naualis officinæ descriptio. 77.B
Naufragium Christianorum. 27.C
Naufragium describitur. 21.C.37.C
Naufragas naues Soldanus in fiscum redigit. 82.A
Nauigandi ratio non uulgaris. 67.D
Nattæ portus. 79.D
Neibaimao regio. 59.D
Neibaymao mons. 59.C
S. Nicolai portus. 7.D

I N D E X.

- Nicuesa deplorata fortuna & interitus. 30. A. B
 Nicuesa ubi amissus. 50. C
 Nigritæ populus. 40. B. 43. D
 Nigritus fluuius. 40. B
 Nili caput. 90. C
 Nili è montibus Aethiopũ casus. 59. D
 Nilus per Aethiopum regiones currit. 90. C
 Nilus Asiam ab Africa diuidit. 83. C
 Nili fauces arenis conclusæ. 72. A
 Nilus septem ostijs mare ingreditur. 75. A. 52. C
 Nilus in Aegyptium pelagus labitur.
 Nili utiliter inundantis terminus. 90. D (40. B)
 Nili excrementi ratio. 90. C
 Nili inundatio annua. 83. C
 Nilus quo tempore inũdet. 89. D. 90. C
 Nili aqua sapore laudabilis. 90. A
 Nilus crocodilorum nutritor. 40. B. 91. B
 Nili uarij pisces & altilia. 90. D
 Nili duo. 40. B
 Nimaca regio. 59. D
 Nizaus fluuius. 59. C
 Nobilium Venetorum ad paupertatem redactorum subleuandi ratio. 77. D
 Nomen Dei, turris. 29. A
 Norduestus uentus. 21. B
 Nortestellas antarctici poli. 45. B
 Nouaculæ ex lapidibus diaphanis. 71. A
 Nouembri mense ubi temperies. 19. C
 Nucum pinearum copia ubi. 39. D
 Nudorum Barbarorum de Hispaniis uictoria. 26. A
 Nummus castellanus. 32. C
 O
 Ocoa fluuius. 60. A
 Oceani motus uarij, libro sexto decadis tertiæ, per totum.
 Oeconomibonifofficium. 34. C
 Oloa terra. 69. D
 Onocrotalus auis. 56. A
 Ophira insula. 1. C. 6. D
 Orbem non penitus sphericũ. 16. D
 Orbis totus insula est. 21. A
 Os draconis regio. 29. D. 20. A. 38. A. 41. D
 Ossa humana ubi in sagittarum usum feruentur. 3. D
 Ouandus regulus. 70. B
 Pacra tyrani belluina forma. 46. C
 Pacra tyrannus male sibi conscius ad Christianorum aduentum au fugit. 46. A
 Padus fluuius. 41. B
 Palæstina quando in Sultani potestatem uenerit. 84. A
 Palma insula una fortunatarum. 1. B. 53. C. 64. A
 Palmaria regio. 70. B
 Palmarum genera septem. 50. A
 Palmulæ steriles ubi. 39. D
 Palos portus. 20. B
 Paludes Dabaibæ noxiorum animalium altrices. 52. D
 Pan unde dictus. 58. B
 Pananomes reguli regio auro diues.
 Panis radicalis ubi in usu. (66. D) 19. B. 28. A
 Panis ex lucca & Maizio. 46. A
 Paria regio. 16. A. B. C. D. 18. D. 38. A
 Paria terre eleuatio. 16. C. 24. A
 Paria littus. 21. A. 24. A
 Paria montium culmina paradisi delicias habent. 40. D
 Pariensis regionis homines ferocissimi. 24. A. B
 Paria incolis cum Sabæis nullũ commercium. 38. B
 Parientes à Christianis uicti. Ibidem
 Pariensium cum Christianis foedus. 38. C
 Paria psittacorum feracissima. 38. B
 Paricora regio. 4. C. 21. A
 Pariza regulus Christianos sternit.
 Pascha floridus resurrectio nis dies Hispanis dicitur. (67. A) 71. A
 Patroni Galeacearum conductores
 Pauones ubi per nemora uolitent. (77. C. D) 19. A
 Pauones non picti ubi. 40. B
 Pauonibus similes uolucres. 50. A
 Pecudes ubi nullæ. 68. D
 Pecunia ubi nulla. 43. B. 47. D
 Pegnone rupes. 51. B
 Pelgoræ uuis pendentes ubi. 50. A
 Peloponnesiacum littus ob Turcarum incursiones incultum. 80. A
 Perditorum uallis. 52. D
 Perditorum fluuius. 50. C
 Periquete regulus. 66. D
 Pesus numus. 38. B
 Pesium pöderis genus. 25. A. 44. A. 66. D
 Petr

I N D E X.

Petri Alphonſi Nigni peregrinatio.		Porcorum caro ubi ſola in uſu.	24. C
18. D. & ſequentibus.		Portugallia.	38. D
Petri Ariæ nauigatio.	37. A. 53. C	Portus Beata.	64. A
Petri Martyris periculum in legatio-		Portus deſideratus.	69. D
ne, eiusq; prudentia.	86. B. & ſeq.	Pſittacorum copia.	58. C
Petri Martyris ad Soldanum oratio li-		Pſittacoſ capiendi ratio.	67. C
berrima.	87. A	Pſittaci loquaces & uarij coloris.	2. C.
Petrus Martyr ueste ſerica donatur à		3. D. 19. C. 38. B	
Soldano.	91. D	Pſittaci phaſianis grandiores.	3. D
Petrus Martyr ut ſit à Soldano exce-		Pſittaci caponum magnitudine.	40. C
ptus.	81. C. & ſequentibus.	Pſittaci paſſerculis minores.	Ibidem
Petri Vmbræ miſer interitus.	28. C	Ptolemais quando Chriſtianis adem-	
Phæaci patria.	79. C	pta.	84. A
Pharaone in mari rubro deleto impe-		Pueri regij etiam ſine literis ſapientia	
rium Aegypti in ſeruorum pote-		imbuti.	58. B
ſtatem uenit.	83. C	Putra terra.	15. B
Phaſianorum copia ubi.	19. A. 40. B	Pyramides Aegyptiæ mira magnitu-	
Piſcaria inſula.	63. C	dine.	88. D. 89. A. B.
Piſcandi genus nouum.	8. C	Pyramides concauæ.	89. B.
Piſces uenatoriij ubi.	Ibidem	Pyramides ex marmore ſtauo.	89. C
Piſces minime noxiij ubi.	6. A		
Piſcis quidã mirifice humanus.	60. D	Q V areba fluuius.	51. B
Pix ſcopulorum arborea durior.	62. B	Quarequa regio.	43. B. C
Platæ portus uilla.	63. C	Quarequa regio quibus calamitati-	
Plinius Ariſtoteliſ ſectator.	65. A	bus ſubiecta.	43. C
Plinius minutis de rebus ad occupa-		Quarequanorum cum Nigritis per-	
tos principes ſcripſit.	63. A	petua bella.	43. D
Pocchorroſæ reguli ditio.	47. D	Quarequanorum ſtrages.	43. C
Pocchorroſenſis regio quibuscunque		Quatuor tempora, inſulæ quatuor.	
frugibus alendis idonea.	48. D	Queraqueira inſula.	54. D (50. B)
Pocchorroſæ portus.	56. B	Quicuri regio.	50. C
Pola urbs.	78. B	Quines Zemium ſacerdotes.	75. D
Polus antarcticus.	45. B	Quiriquetana regio uaſta.	49. D
Polarium graduum uarietas.	42. A	Quitilla inſula parua.	70. D
Poma miræ ſuauitatis, in herbis, non		Quizqueia olim Hispaniola diceba-	
arboribus naſcentia.	39. D	tur.	58. B
Poma dulcia, ſed noxia ubi.	25. D	Quizqueia quid ſignificet.	58. B. C
Poncha rex deletur.	31. A		
Ponchæ regio.	Ibidem	R Anarum clamor unde.	22. A
Ponchæ regia.	49. A	Ratta polæ urbis porta.	78. B
Ponchenſes populi.	43. B	Recutiiti homines.	68. B. 69. C. 70. C.
Potanchanus regulus.	70. B	71. A. C	
Potanchani oppidi deſcriptio.	72. B. C	Regaliſ portus.	5. C. 63. C
Potanchani à Chriſtianis conditiones		Regales Hiſpaniſ Milui dicunt.	80. C
accipiunt.	72. C	Reges ubi ſoli ueſtiantur.	29. C
Pontificis Mahometæorum officium		Regio quædam hyberni rigoris ex-	
eſt principes creatos cõfirmare.	85. B	pers.	28. A
Pontij inauſpicata nauigatio.	66. B	Regio quædam temperatiſſima.	52. A
Populus quidam immanis & uagus.		Religionis neglectæ paradigma ſin-	
Populus qui ora perforata	(20. D	gulare.	60. B
auro circumligant.	73. A	Reuerſus piſcis.	8. D
Porci mulabus maiores.	59. A	Reyre regio.	59. C

I N D E X.

Rhythmis res antiquæ posteritati tra-		Semperuisa herba.	62.D
debantur.	58.B	Senatus principis potestas apud Ro-	
Ricca uilla.	73.D	manos.	77.A
Riphæi montes.	52.B	Senega fluuius.	40.B
Riuus niger fluuius.	33.A	Senes iuuenescere.	42.B
Rodericus Hispaniæ rex ob stuprum		Septæ urbs.	87.A
tertio cladem accepit.	87.B	Sepulchro sancto Barbari omnes pe-	
Rodanus quidam seruus ad hono-		percerunt.	84.A
res euectus asperrimus factus.	14.B	Serpentes in delicijs.	8.B, 13.D
Rodus insula.	80.B	Serpentes innoxij ubi.	2.B
Roxetum Nili ostium.	81.C	Serpentes crocodilis similes ubi.	8.B
S		Serratus mons.	4.B
Saccari magna copia.	75.B	Seruilis ingenij euecti insolentia.	14.B
Saccarum ex cannarum radicibus		Seruorum Aegyptiorū defectio.	38.C
extorquetur.	7.A	Sesta insula.	71.C
Sacerdotes ubi cœlibes uitam agant.		Sibylla oppidum.	73.D
Sacrificij insula.	70.A (70.B	Sicilia sub Hispanorum dominio.	
Saëtum Niliaca regio.	91.C	86.C, 87.A	
Sagittarum uenenatarum usus.	27.D	Siculi maris impetus.	56.D
Sal ubi cultu diuino ueneretur.	52.A	Simeonis prophætæ sepulchrum ubi.	
Salinarum nouum genus.	19.D	Sinus perditorum.	42.A (79.C
Salinæ montanæ saxæ.	61.D	Sipangi regio à Christianis in ditio-	
Saluaterra uilla.	63.C	nem accepta.	11.C
Same à Turcorum potestate erepta.		Siuilla urbs.	37.B
Sanguine proprio ubi homi-	(79.D	Smaragdinae plasmæ ubi multæ.	54.B
nes litent.	73.D	Solarium radiorum repercussio, calo-	
Santheremus Xamanæ latus.	5.A	rem parit.	57.A
Saphiri putamen anserino ouo gran-		Soles pro diebus.	31.C
dus.	54.B	Solstitium utrunq; æquinoctijs par,	
Sapientiæ studium citra literarum præ-		ubi.	58.D
sidia ubi.	58.B	Soldanorum apud Aegyptios origo.	
Sardinia sub Hispanorū ditione.	86.C	Soldani ex Christiano origi-	(83.D
Sardum cœlum perniciosum.	56.D	ne creantur.	84.B
Sarmata.	52.B	Soldanus Babylonicus appellat.	82.A
Sarraco Syriæ regis dux Aegyptio-		Soldani recens creati quantum largi-	
rum regnum dolo occupat.	83.D	tionis in Mameluchos proceresq;	
Saturnia regio.	53.D, 56.C	expendere soleant.	86.A
Saturnus hodie à Cretensibus igno-		Soldani summo mane audituri in pu-	
ratur.	80.B	blicum prodire solent.	82.B
Scacorum ludus apud Barbaros ex-		Soldanica sedes in sexennio quinqu-	
teros.	74.C	es euacuata.	85.B
Scombria insula.	25.D	Soldanum sine muneribus & comi-	
Scoriæ reguli ditio.	67.A	tatu magnifico à Legatis accedere	
Scotia.	63.D	nefas.	81.A
Scutum Cateba insula.	42.A	Soldanorum tyrannis.	80.D
Scylla & Charybdis.	56.D	Soldani arcis topographia.	82.B
Scythæ.	52.B	Soldani profopographia.	82.D
Secures ubi auro preciosiores habean-		Soliuagi hominis factum.	62.A, B
tur.	43.B, 47.D	Solyij nauigatio.	65.D. & sequenti-
Secures è lapide flauo.	49.D	bus. eiusq; miser interitus.	66.A
Semina quarto quoq; mense ubi ma-		Speculorum precium summum.	50.A
turefcent.	29.A	Sperantia arx condita.	13.B
		Spica	

I N D E X.

Spica miræ crassitudinis.	59.A	Tigridis carnes bouina nihil deterio-
Squiuetes agis species.	62.D	res. 46.B
Stagnum quoddam in summo mon-		Tigridis ferissimæ fabula lectu nō in-
tis uertice.	59.D.60.A	iucunda.
Stois margaritarum ferax.	45.D	46.B
Striuales Vergilianæ scopuli.	79.D	Tipho uehementissimus.
Sstrophades insulæ.	Ibidem	11.D
Suduestus uentus.	20.B	Tirecotus fluuius.
Suillæ carnes ubi arietinis saporosio-		61.C
res salubrioresq̃.	39.D	Tirusipagus aurifodina nobilis.
Sumideri quid.	52.D	26.B
Symplegades insulæ.	71.A	Tirusenses iaculis uenenatis utun-
Syria in Sultani potestatem quando		tur. 26.B
uenerit.	84.A	Tintinnabula aurea fimbrijs appen-
T		sa. 38.B. 74. A
T Aia regio.	50.A	Tintinnabuli apud Barbaros precium.
Taini populi.	5.D	19.A. 43. A. 64. D. 68. D
Tanais fluuius.	41.B. 77. B	Todos sanctos, insula sterilis.
Tangaribardini interpretatio apposi-		64. A
tissima.	88. B	Tomumbeius Soldanus creatur.
Tangaribardinus q̃ partibus Chri-		85. C
stianis faueat.	88. B	Topazius ubi inueniatur.
Taprobana margaritarum procrea-		21. C. 53. A
trix. 45. D		Totonoga regulus.
Taquenazabo regio.	59. D	66. A
Tanacuru regulus.	66. D	Tramontana stella.
Taurus mons.	52. B	16. C. 45. B
Taxamarus regulus.	72. A	Tremedales quid.
Teaocha regulus Christianos beni-		52. D
gne accipit.	46. A	Triticum binis mensibus ubi matu-
Tempestat uiolentissima describitur.		rescat.
21. C. 79. A. B. 8. C		7. A
Templorum ornatus inter Barba-		Troianum solum unde.
ros. 73. C		58. A
Teneriphe insula una Fortunatarū.		Troicus ludus apud Hispanos.
1. B. 53. C		13. A
Tenora, id est, uniones.	19. A	Trucimanus Valentinus in Soldani
Terra semper uiuens.	52. A	manus quomodo uenerit. 81. D. no-
Testa marina scemoralis loco.	51. B	menq̃ Christi abnegarit.
Testudinibus mundatur lepra.	15. A	82. A
Testudines inusitata magnitudinis:		Trucimanus Mameluchus propter
eorumq̃ pariendi ratio.	64. A	Christianorum fauorem periclitat-
Teucer ex Creta eiectus.	58. A	tur. 86. B
S. Thomæ arx.	7. B. 10. C	Trucium Canibalium patria.
Thracæ.	52. B	26. B
Thuris feracissima terra ubi.	24. A. 38. B	Tubanamæ regio quibuscunque fru-
Tiburonus piscis hominem dentis		gibus alendis idonea.
ictu secat.	60. A	48. D
Tichri uicus Christianis subditus.		Tubanamæ reguli regia.
34. B. C		48. 56. C
Ticinus fluuius.	41. B	Tubanamæ imperium Sardanapali-
Tigrides ubi.	50. A	cum. 48. A
		Tubanama capitur.
		48. B
		Tubanama quanto auro se à Christia-
		nis redemerit.
		48. C
		Tumaccus regulus Christianorum fi-
		dei se committit.
		44. D. 45. A
		Tumaccus regulus.
		64. C
		Tumanamæ regnum, auro refertissi-
		mum. 31. C
		Tunna agis species.
		62. D
		Tuquemenius Sultanus ex feruis cre-
		atur. 83. D
		Turbo uiolentissimus.
		11. D
		Turcorum copiarum quater à paucis Ma-
		meluchis profligati.
		92. A
		Turui regulus.
		23. C
		Tympana classica instrumenta.
		51. B
		Tyrma prima sedes in Canaria.
		58. A

- Tyrrhenum aequor Italiam ab Adriatico difterminat. 52.B
- V
- V** Agonionē in philomenam trāsformatio. 22.A.B
- V habum prouincia. 61.C
- Valdiuix miser interitus. 35.B.71.D
- Valentinum regnum Hispanis hæreditario iure subiectum. 87.D
- Valladoletum oppidum. 41.A
- Vaschus præfectus militum creatus.
- Vaschi altera nauigatio. 42.D (49.B)
- Vaschus principatum in Dariennensibus sibi usurpauerat. 34.B
- Vaschi & Ariæ dissidium. 74.D
- Vaschus iniquo iudicio obrutus, supplicio afficitur. 74.D
- Vellera ex arboribus ubi. 2.C
- Venationis ars. 67.B
- Veneris dies Mahometæorum festus dies. 92.A
- Venetiarum situs. 76.C
- Venetiarum urbis descriptio. 78.A
- Venatorum ducis potestas. 77.A
- Venatorum comitiæ. 76.D
- Venatorum instituta. 76.C.78.A
- Venatorum lex de iuuandis nobilibus pauperibus. 77.D
- Venatorum moneta. 77.A
- Veneti terrarum omnium hospites.
- Ver ubi sit quando nobis autumnum. 45 (55.D)
- Veedor magistratus Hispanorū. 54.B
- Verzinum lignum. 11.B
- Vespertilionum noxiarum copia ingens ubi. 57.B
- Vespertilioes gallis gallinisq; infecta. Ibidem
- Vespertilioes turturibus non minores. 24.B
- Vespertilioes morfu letales. 32.D
- Vesputius astronomiæ peritissimus.
- Vibba regio. 51.B (54.A)
- Victoriæ oppidi descriptio. 72.D
- Villa noua. 63.C
- Vincentij Annez peregrinatio. 38.A
- Vincentij Annez de Barbaris uictoria. 38.B
- Vinum lege Mahometica interdictum. 84.C
- Vinum diuerforum colorum. 34.C
- Vina e granis & fructibus. 64.D
- Vina ex palmarum fructibus. 31.B
- Vinum ex radicibus expressum. Ibid.
- Virginis intemeratæ simulacrum ubi colatur. 3.D
- Virgines sine uirorum consuetudine insulam incolunt. 70.A
- Virginitas ubi ad matrimonij tempus colatur. 70.B
- Vites ubi sua sponte nascantur. 9.A
- Vitreorum calculorum merces. 50.A
- Vitreorum calculorum summum precium. 51.B.53.A.68.D
- Vitreæ fertæ magno in precio. 64.D
- Vibræ uirorum coitum simulantes euanescent. 22.D
- Vnionū copia. 16.A.B.D.18.D.20.A.64
- Vnionum precium. 20.A
- Vniones quot in uno conchyli. 65.B
- Vraba insula. 26.B.32.C.D.52.C.65.C
- Vraba continens putata. 71.D
- Vrabæ fauces. 41.D
- Vrabensis sinus latitudo. 29.D
- Vrabensium fluminum amplitudo quæ sit. 39.B
- Vrabæ rerū etiam importatarū ubertas mira. 39.C
- Vrida fluuius. 42.A.51.B
- Vrsi ichthophagi nec hominibus noxi ubi. 55.D
- Vru nauigia. 32.C.33.A
- Vtias animal cuniculo nostro simile. 12.B.13.D.50.C.62.B
- Vxores regibus mortuis ubi uiuæ cõsepeliantur. 63.B
- X
- X** Accoei fluuius. 60.A
- Xagua arbor, cuius pomi succus glauconiger. 62.C
- Xaguaguara regio, eiusq; populi mores. 51.B
- Xamana Hispaniolæ regio. 5.A.59.C
- Xagua regio. 59.C
- Xaragua. 13.D.14.D.59.D
- Xaragua pluuios nullos habet. 63.B
- Xaraguensium excipiendi regem eorum apparatus. 12.D.13.A
- Y
- Y** Aguana regio. 59.D
- Yamiroa fluuius. 63.C
- Yaquini regio pluuijs caret. 63.B
- Ymizui Hybahaino montes, quorū in uertice stagnum. 60.A
- Zaho

I N D E X.

Zahoran fluuius.	51. B	Zenu regio.	54. C
Zacynthus insula.	79. D	Zemes simulacra.	21. D. 39. C
Zamballatus Damasci Syriaeque praefes. 85. C		Zemes uarij.	23. A
Zamballatus Soldanus creatur. 85. C		Zemium cultus.	71. C. 73. D
Zamballati Soldani tyrannis & interitus. 85. C. D		Zemium expugnatio.	71. C
Zantus insula.	79. D	Zemes sublati haud usquam amplius uisi. 58. C	
Zara Dalmatica urbs.	79. B	Zeremæ uicus.	65. D
Zauana regio.	59. D. 63. C	Zizania radix amara.	67. A
Zauana Comogri regia.	48. D	Zobroba fluuius.	51. B
Zauanae regiūculæ incole efferi. 62. A		Zona torrida habitabilis.	63. D
Zazaueios agis species.	62. D	Zona torrida niues habet.	15. C

F I N I S.

E R R A T A.

Folio 8. D. uersu 15. nomine. 9. D. uer. 10. iudicium. 22. C. uer. 17. natam. 43. D. uer. 5. conferuntur. 59. D. uer. 14. proficisci. 64. B. uer. 10. distingue uersus, iam uas leant. Ipsius comites. Australis pelagi.

IO. RVFFVS FOROLIVIENSIS
Archiepiscopus Consentinus, Legatus
Apostolicus, ad Lectorem de
Orbe nouo.

Accipe non noti præclara uolumina mundi,
Oceani & magnas noscito Lector opes.
Plurima debetur Typhis tibi gratia, gentes
Ignotas, & aues qui uehis orbe nouo.
Magna quoq; autori referenda est gratia nostro,
Qui facit hæc cunctis regna uidenda locis.

PETRI MARTYRIS

ANGLI MEDIOLANEN. CONSILIARII REGII,

Protonotarij Apost. Oceanæ decadis liber primus, ad Ascanium
Sphorciam uicecomitem, Cardinalem, uicecancellarium.



AOLEBAT grata uetustas pro dijs habere uiros,
quorū industria & animi magnitudine ignotæ ma-
ioribus eorum terræ panderetur. Nobis autem, qui
deum habemus unicum, sub triplici persona, quem
colamus, restat ut huiuscemodi genus hominum si
nō coluerimus, admiremur tamen: reges uero ob-
seruemus, quorū ductu & auspicijs datum est illis
cogitata perficere; utrosq; etiam extollamus, & pro
uiribus illustremus, iure merito. Quare de insulis
maris occidui nuper repertis, & rei autoribus quid

referatur, habeto: hoc siquidem tuis literis uehemēter cupere uideris. Ab ipsius
ergo initio, ne sim cuiquam iniurius, exordiri est animus. Christophorus Colo-
nus quidam Ligur uir, Fernando & Helisabethæ regibus catholicis proposuit
& suasilit, se ab occidente nostro finitimas Indiæ insulas inuēturum, si nauigijs &
rebus ad nauigationē attinentibus instruerent: à quibus augeri Christiana reli-
gio, margaritarum, aromatum atq; auri inopinata copia haberi facile posset. In-
stanti ex regio fisco destinata sunt tria nauigia: unum onerarium caueatum, alia
duo mercatoria leuia sine caueis, quæ ab Hispanis Carauelæ uocantur. His habi-
tis, ab Hispanis littoribus, circiter Calendas Septemb. anni secundi & nonage-
simi supra quadragesimum & millesimum à nostra salute, iter institutum,
cum uiris Hispanis circiter c c x x Colonus cœpit. A Gadibus in alto oceano
Fortunatæ, ut multi putant, insulæ, quæ ab Hispanis Canariæ nuncupantur,

B iam pridem repertæ, distant millia passuum mille & ducenta, secundū eorum ra-
tionem: dicunt enim distare tercentum lequas: singulas autem lequas nauiga-
tionis periti, quatuor millia passuum cōtinere suis computationibus aiunt. For-
tunatas insulas ob cœli temperiem appellauit antiquitas: neq; enim grauis ur-
get incolas hyems, neq; atrox æstas. Sunt tamen qui eas uelint esse Fortunatas,
quas Capitis uiridis insulas, Portugalenses appellant. Canarias, ad hæc usq; tem-
pora hominibus nudis, eo quod extra omne clima Europæ ad meridiem, & sine
ulla religione degentibus, habitatas, Colonus aquandi, & rescindendarū nauium
gratia, priusquam se tam duro labori crederet, adiuuit. Non insuaue futurum ar-
bitror, quandoquidem in Canarias incidimus, si ex ignotis quomodo notæ, si
ex incultis quomodo cultæ sint effectæ, narrauerimus: longa nanq; annorum
curricula incognitas iam obliuioni tradiderant. Hæ insulæ septē Canariæ dictæ,
anno circiter Millesimo c c c c v à gallo nomine Betanchor, ex concessione
reginæ Catharinæ, regis Ioannis filij sui, dum infans esset, tutricis, repertæ forte
fortuna fuerunt. Pedem ibi fixit per aliquot annos Betanchor, duasq; ex illis oc-
cupauit ac redegit in cultum, Lancelotum & Fortemuenturam. Eo mortuo hæ-
res eius Hispanis uiris precio insulā utranq; præbuit. Fernandus dehinc Peraria
& uxor eius Ferream & Gomeram inuaferunt. Nostris temporibus tres reli-
quas, Canariam magnā scilicet, Petrus de Vera nobilis Xericij ciuis, & Michaël
de Moxica. Palmam autem ac Tenerifen Alphonsus Lugo, sed impensa regia.
Gomeria deinde ac Ferrea non cū magno labore subditæ sunt. Sed Alphonsus
Lugo duriuscule rem perfecit: gens enim illa nuda, syluestris, saxis & fustibus
bella gerens, semel eius exercitum fugauit, trucidauitq; circiter quadringentos:
tandem eos deuicit. Ita Canariæ omnes ad Castellanam additæ sunt potētiam.
Ab his igitur insulis Colonus occidentem solem semper secutus, licet in leuam

Fortunatis insu-
lis unde nomen

Canariæ
insulæ.

C paulisper, tres & triginta continuos dies, cœlo tantum & aqua contentus nauigauit. Hispani comites murmurare primum secreto cœperunt, apertis mox conuicijs urgere, de perimendo cogitare, demum uel in mare proijciendo, consulebatur: se deceptos fuisse ab homine Ligure, in præceps trahi, quâ nunquam redire licebit. Post trigessimam iam diem furore perciti proclamabant, ut reducerentur, ne ulterius procederet stimulabant hominem: ipse uero, blandis modo uerbis, ampla spe modo, diem ex die protrahens, iratos mulcebat, deposcebat: proditiōnis quoque taxandos esse à regibus, si aduersi quicquam in eum molirentur, & si parere recusarent, prædicabat. Optatum tandem terræ prospectum læti suscipiunt. Patefecit nauigatione hac prima, sex tantum insulas, atque ex ijs duas inauditæ magnitudinis: quarum alteram Hispaniolam, Ioannam alteram uocitauit: sed Ioannam esse insulam non pro certo habuit. Illarum quarundam littora cum abraderent, cantantem inter condensam nemora philomenam mense Nouembri audierunt. Dulcium aquarum ingentia flumina, natiuos portus magnarum classium capaces, adinuenit. Ioannæ littora lambens, ad occidentem à septentrione recto latere non multo minus octingentis millibus passuum percurrit (aiunt enim centum & octoginta lequas) continentem arbitratus, quod neque terminus neque terminus ullius signum in insula, quantum oculis prospectus inseruiebat, appareret: retrocedere insituit, redire etiam illum pelagi tumores cœgerunt: nam Ioannæ littora per uarios inflexus tantum iam ad septentrionem se uertebant & curuabantur, quod boreales flatus naues acrius infestarent, quoniam hyems uigebat. Ad orientem igitur proras uertens, Ophiram insulam sese reperisse refert: sed cosmographorum tractu diligenter considerato, Antiliæ insulæ sunt illæ & adiacentes aliæ: hanc Hispaniolam appellauit: in cuius septentrionali latere tentare locorum naturam cupiens, terræ appropinquabat. Cum in planam quandam & cæcam rupem aquis coopertam, carina grandioris nauis incidens aperitur, & perstat, saxi latentis planicies fuit illis, ne submergerentur, adiumento: cum reliquis igitur duabus properantes, uiros omnes incolumes educunt. Ibi primum ad terram egressi, homines indigenas uiderunt: qui uenientem inauditam gentem conspicati, facto agmine in condensam nemora omnes, ueluti à canibus gallicis timidi lepores, sese fugientes recipiunt. Nostri multitudinem insecuti, mulierem tantum capiunt: hanc cum ad naues perduxissent, nostris cibis & uino bene saturatam, atque ornatam uestibus (nam ea gens omnis utriusque sexus nuda penitus uitam ducit, natura contenta) solutam reliquerunt. Quum primum ad suos mulier concessit (sciebat enim illa quomodo fugientes diuerterent) ostendissetque mirum esse nostrorum ornatum & liberalitatem: omnes ad littora certatim concurrunt, gentem esse missam ex cœlo autumant. Aurum, cuius erat apud illos aliqua copia, ad naues natando portant: pro frusto aut paropsidis fictilis aut uitrei crateris aurum commutabant. Si ligulam, si tintinnabulum, si speculi fragmentum, si quicquam aliud simile nostri impartiebatur: tantum auri quantum petere libebat, aut unusquisque eorum assequabatur, exhibebant. Cum iam res ipsa ad familiare commercium deuenisset, & gentium mores nostri perquirerent, reges habere gentem illam per signa & coniecturas cognouerunt. E nauibus descendentes nostri, à rege & reliquis indigenis honorifice recipiuntur: nostris, omnibus quibus poterant & sciebant modis assurgebant. Sole ad occasum uergente, nostris, dato salutationis angelicæ signo, genua christiano ritu flectentibus, itidem illi faciebant. Crucem quocumque modo Christianos colere conspicerent, adorabant. Ex nauis quam saxo illisam diximus, nostros homines & quicquid in ea uehebatur, ita celeriter atque animo læto gens illa in terram suis lintribus, quas Canoas uocant, eduxerunt, quod affines affinibus apud nos nulli maiore misericordia tacti succurrant. Canoas autem illas ex solo cauato acutissimis lapidibus ligno, longas, sed angustas construunt: monoxyla propterea esse

*Admiranda
hominum hu
manitas*

A esse dicemus. Octoginta remigum capaces pleraque se uidisse multi affirmant. Vfus ferri apud eos nullus inuenitur: propterea quo modo siue domos, quas mira arte laboratas uidebant, siue alia quaecumque ad eorum usum pertinentia, fabricarent, maxima nostros detinuit admiratio: sed ex fluuiialibus quibusdam durissimis lapidibus praecutis omnia apud illos diduci certum est. Esse non longe ab illis insulis quorundam ferorum hominum insulas, qui carnibus humanis uescantur, fama didicere: id esse causam quod ita trepidi aduentantes nostros confugerent, postea retulerunt: Canibales arbitrati, sic truculentos illos, siue Caribes, uocant. Horum obscenorum insulas itinere ferè in medio ad has insulas ad meridiem reliquere. Suas insulas ij mites à Canibalibus non aliter incursionibus crebris uexari perpetuo ad praedam conuerunt, atque per nemora uenatores per uim & per insidias feras infectantur. Quos pueros capiunt, ut nos pullos gallinaeos, aut porcos quos ad obsonia uolumus pinguiore & teneriores educare, castrant, grandiores & pingues effectos comedunt: aetate autem iam matura cum ad eorum manus perueniunt, peremptos partiuntur: intestina & extremas membrorum partes recentes epulantur, membra sale condita, ut nos pernas suillas, in tempora seruant. Mulieres comedere apud eos nefas est & obscenum: si uero quas assequuntur iuuenes, ad sobolem procreandam, non aliter atque nos gallinas, oues, iuuenas, & caetera animalia, curant & custodiunt: uetulas ad obsequia praestanda pro seruis habent. Insularum, quas nostras iam possumus appellare, tam uiri quam foeminae, cum Canibales aduentare praesentiunt, aliam quam fuga salutem nullam inueniunt: sagittis harundineis praecutis licet utantur, ad Canibalium tamen uim & furores reprimendos parum prodesse comperere: decem enim Canibales centum ex alijs facile, si concurrant, superaturos omnes indigenae fatentur. Quid utraque gens praeter caelum atque eius lumina adoret, non satis exploratum habuerunt. De reliquis insularum moribus breuitas temporis atque interpretum inopia, plura noscere non permiserunt. Radicibus ij mites nostris

B naxis & magnitudine & forma, sed gustu dulci, castaneae tenerae adhuc similibus, ad cibum utuntur. Has ages uocant ipsi. Est & aliud radicis genus, quam iuccam appellat, ex hac & panem conficiunt. Agibus uero magis assis aut elixis utuntur, quam ad usum conficiendi panis. Iuccam uero sectam & compressam, succosa namque est, pinsunt, & in placentas coquunt. Sed mirum hoc: aconito letaliorem esse aiunt iuccae succum, qui epotus ilico perimit: panem autem ex eius massa sapidum & salubrem esse omnes experti sunt. Panem & ex frumento quodam panico, cuius est apud Insulares & Granatenses Hispanos maxima copia, non magno discrimine conficiunt. Est huius panicula longior spithama, in acutum tendens, lacerti ferè crassitudine. Grana miro ordine à natura confixa, forma & corpore pisum legumen aemulantur: albent acerba, ubi maturuerunt nigerrima efficiuntur: fracta, candore niuem exuperant: maizium id frumenti genus appellat. Et est apud eos aurum alicuius aestimationis, nam auricularum torulis & naribus perforatis insertum, in tenuissimas diductum laminas, ferunt. Cum tamen neque ad eos commere mercatores, nec ipsos alia littora noscere praeter sua nostri didicissent, quaerere ab eis per signa coeperunt, unde sibi id aurum compararent: quantum signis colligere licuit, ex fluuiorum arenis ab altis montibus collabentibus id, neque magno labore lectum: in pilulas priusquam deduceretur in laminas astringebant. Non tamen in ea insulae parte quam rex ille tenebat: quod postea patuit experimento: nam cum inde iam discessissent, forte in flumen inciderunt, cuius arenam multo auro mixtam esse, cum in terram aquandi & piscandi gratia exiissent, perpenderunt. Nullum animal quadrupes se uidisse dicunt, praeterquam tria genera cuniculorum. Serpentes insulae nutriunt, sed minime noxios. Anseres syluestres, turtures, anates, nostris grandiores & cigneo candore, capite purpureo repperunt. Pfitacos quorum alij uirides erant,

*Incredibilis
quorundam hominum
immanitas*

Insularium cibi

C alij flauis toto corpore, alij similes Indicis torquati minio, uti Plinius ait, quadraginta tulerunt, sed coloribus uiuacissimis & laetis maximopere. Alas habent uersicolores, uiridibus enim & flauis pennis, quasdam habent ceruleas & purpureas mixtas: quae uarietas parit delectationem. Haec uolui de psittacis, illustrissime princeps, recitare: quamuis huius Christophori Coloni opinio magnitudini sphaerae & opinioni ueterum de subnauigabili orbe uideatur aduersari, psittaci tamen inde asportati, atque alia multa, uel propinquitate, uel natura solum Indicum has insulas sapere indicant: cum praecipue Aristoteles circa finem libri De caelo & mundo, Seneca, & alij non ignari cosmographiae, ab Hispania, Indica littora per occidentem non longo maris tractu distare attestentur. Masticeis, aloes, gossampij, atque aliarum huiuscemodierum copiam suapte natura tellus illa producit. Ex arboribus, ueluti apud Seres, uellera colliguntur. Grana quaedam rugosa diuerforum colorum, caucaseo pipere acutiora: ramalia etiam ex cocicis arboribus cinamomi forma, gustu autem & odore acrem zingiberim & medulla & superiore libro imitantia, tulerunt. His igitur inuenta noua telluris & inauditi alterius terrarum orbis signis contentus, prospero reditu, flantibus zephyris iam, propter nostrum uer propinquum redire constituens, octo & triginta uiros apud eum regem, de quo supra memorauimus, reliquit: qui locorum & temporum naturam, donec ipse reuerteretur, inquirerent. Is rex ab incolis dicebatur Guaccanarillus: cum quo icto singularis amicitiae foedere, de uita & salute ac tutela eorum quos ibi relinquebat, quibus potuit modis, egit. Misericordia contactus rex erga nostros, quod alienis terris desererentur, lachrymas effudisse uisus est, atque omnem opem pollicitus. Sic alter alterum complexi, ad Hispaniam Colonus rediturus, uela dari imperat: secum decem uiros ex illis abducens, a quibus posse omnium illarum insularum linguam nostris literis Latinis, sine ullo discrimine, scribi compertum est. Vocant enim caelum turci, domum boa, aurum cauni, uirum bonum tayno, nihili, mayani. Reliquaque omnia uocabula non minus liquide proferunt, atque nos latina nostra. Haec habes quae de prima eius nauigatione memoratu digna existimaui. Rex autem & regina, quorum omnes cogitatus uel dormientium, in religionis nostrae augmento sunt siti, sperantes ad Christi legem tot nationes & simplices gentes facile trahi posse, ijs auditis commouentur. Colonus aduenientem honorifice, uti pro talibus auis merebatur, tractant. Sedere illum coram se publice (quod est maximum apud reges Hispanos amoris & gratitudinis supremique obsequii signum) fecerunt. Praefectum marinum uocari deinceps Colonus imperant. Is Almirantus Colonus apud Hispanos nuncupatur. Fratrem etiam ipsius Bartholomaeum Colonus, rei marinae & ipsum peritum, praefecturae insulae Hispaniolae titulo ornarunt. Hunc magistratum uulgo Adelantatum appellat. Almirantum igitur & Adelantatum ac nauigiorum praesentia nomina, caetera etiam huiuscemodi, data opera suis aliquando uulgaribus appellabo nominibus, quod apertius intelligar. Nunc ad institutum redeamus. Ex insulis, uti in initio Colonus ipse, iam Praefectus marinus, pollicebatur, maxima eorum quae mortales omnes totis uiribus sequimur commoda prouentura creditum est. Duabus igitur his causis commoti sanctissimi hi duo consortes, XVII ad secundam expeditionem nauigia parari iubent, tria oneraria caueata magna, XII id genus nauium quas dici apud Hispanos Carauelas scripsimus sine caueis. Eiusdem generis duas aliquanto grandiores, atque ad sustinendas caueas propter malorum magnitudinem aptas. Huius classis parandae curam Ioanni Fonsecae, uiro genere nobili, decano Hispalensi, ingenio atque animo pollenti, tradunt. Ultra ducentos & mille armatos pedites illi imperant conduci, inter quos omnium mechanicarum artium fabros & opifices innumeros stipendio accersiri iubent: equites quosdam caeteris armatis immiscerent. Ad foetus procreandos, equas, oues, iuuenas, & plura alia cum sui generis

Aris masculis, legumina, triticum, ordeū, & reliqua ijs similia, non solum alimentis, uerum etiam feminandi gratia, praefectus apparat. Vites & aliarum nostratium arborum plantaria, quibus terra illa caret, ad eam important: nullas enim apud eas insulas notas arbores inuenere, praeter pinus palmasq̄, & eas altissimas ac mirae duritiei & proceritatis ac rectitudinis, propter soli ubertatem: atque etiam ignotos fructus alias plures procreantes. Terram aiunt esse terrarum omnium quas ambiūt sidera, uberrimam. Instrumēta omnia fabrilia, ac demum alia cuncta quae ad nouam ciuitatem in alienis regionibus condendam faciunt, unicuiq̄ artificii imperat. Ex fide regis clientibus plures hanc nauigationem, & rerum nouarum studio, & praefecti auctoritate promoti, sua sponte aggressi sunt. Secundis igitur uelis, VII calend. Octobris anni IIII & nonagesimi supra quadringentesimū & millesimum a salute nostra, a Gadibus mouit. Fortunatas insulas calend. Octobris tetigere. Ex Fortunatis ultima dicitur ab Hispanis Ferrea, in qua nulla est alia potabilis aqua, praeterquam ex rore de arbore unica in insulae supremo dorso stillante assidue, & in lacunā manu factā cadente. Ab hac insula uela in altum oceanum, tertio idus eiusdem, coepit protendere. Haec nobis intra paucos dies ab eius discessu renunciata fuerūt: quicquid succedet, accipies. Vale felix. Ex hispana curia, idus Nouemb. M. CCCC. XCIII

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. PROTONOTARII APOST.

regisq̄ consiliarij, Oceanae decadis liber secundus, ad Ascan.

Sphorcia uicecomite, Cardinalē, uicecancellariū.



PETIS, illustrissime princeps, cupere te quae accidunt in Hispania de orbe nouo cognoscere: placuisseq̄ tibi quae hactenus de prima nauigatione scripserim insinuasti. Accipe quae successerunt. Methymna Campi celebre oppidum est in Hispania, respectu uestri, ulteriore: & in ea parte quae Castella Vetus dicitur, a Gadibus circiter quadraginta milia passuum distans. Ibi curia commorabatur, cum circiter nono calend. Aprilis huius anni nonagesimiquarti, cursores ad regem & reginam missi, aduētasse XII ex insulis nauigia retulerūt, Gadesq̄ prospero reditu appulsa esse: sed nihil aliud se uelle Regi & reginae ductor ipsarum nauium per nuncios significare ostendit, praeterquam praefectum marinum cum quinq̄ nauigijs & nongentis hominibus, uestigandi causa, in Hispaniola permansisse: caetera se coram recitaturū scribit. Pridie igitur nonas Aprilis, dux ipse classis frater nutricis primogeniti regis a praefecto marino legatus aduenit: ab eo caeterisq̄ simul fide dignis hominibus, quae mihi per ordinē interroganti fuerūt enarrata, ut tibi gratum faciam, recensebo: accepi etenim ego quae dederunt: quae autem dederūt cognoscito. Tertio idus Octobris ex insula Ferrea Fortunatarum ultima, ab Hispanis littoribus discedentes, cum classe nauium septemdecim in altum, unum & uiginti aequos dies, priusquam insulā ullam attingerēt, consumpserūt: ad laeuam multo magis quam itinere primo, aquilonē secuti, data opera uertere proras: propterea in Canibaliū siue Caribium insulas, de quibus fama tantum apud nostros erat notitia, inciderūt. Insulam arboribus ita consistam, quod neq̄ uulnam quidē aut nudū aut lapideū solū, conspicerē licuerit, primū uiderunt. Hanc quoniā die dominico fors obtulerat, Dominicam placuit uocari: nulla ibi mora contracta, quod desertam esse praesenserunt, progrediuntur. His uno & uiginti diebus octingētas & uiginti lequas sese arbitrati sunt percurrisse, adeo prosperi illos uēttaequilones a puppi secuti sunt. Post breue spaciū aequoris, occurrerunt insulae diuersis arboribus, uimine, trunco, radicibus & folijs, aromaticos & sua-

Cues odores emittentibus refertæ. Neq; homines, neq; ulla se ibi animalia uidisse, præterq; inauditæ magnitudinis lacertos, referunt, qui in terram scrutandi gratia descenderat: galaniam hanc appellat. Ex eius insulæ promotorio quodam monte à longe uiso, discessere. A triginta millibus passuum ab hoc mote fluuiū descendente magni fluuij latitudinis signū prospexisse uisi sunt. Hanc primam à Fortunatis terrā habitatā inueniunt: obscenorum esse Canibaliū, de quibus fama prius acceperat, nūc experimēto, & his interpretibus, quos primo itinere ad Hispaniā præfectus duxerat, cognouerūt. Insulam peragrates innumeros, sed xx tantū aut xxx domorū singulos uicos inueniunt. Ordinē plateæ tugurijs in gyrum circa plateā constructis seruāt. Quādoquidem de illorū domibus in sermonem incidimus, haud absurdū mihi fore uidebitur, si quales eas esse audiuerim, enarrauero. Ligneas omnes, & sphericali forma fabricatas esse aiunt. Ex arboribus sublicibus aluissimis terræ affixis circumferentiā primum domus construunt: alijs postmodū ab interiore parte curtis trabibus appositis, quæ exteriores altas, ne labātur, sustineant. Altarum cacumina in tentorij castrēis formā coniungūt, ita ut acuta culmina domus illæ omnes habeāt. Tegunt deinde palmarū & quarundam aliarū similium arborū folijs cōtextis, modo tutissimo à pluuia. A trabibus curtis postmodum ad trabes interius deductis funibus gossampinis, aut ex quibusdā radicibus sparto similibus cōtortis, lodices ex gossampino superimponūt. Gossipiū nanq; nutrit insula suapte natura, sic lectis pensilibus ex rudi gossipio, quod hispanum uulgus algodonum, Italum bombasiū appellat: uel stramine superiniecto utūtur. Atrium habēt quod uulgares aliæ domus circūeunt, in quod omnes lufuri cōueniūt. Domos uocāt boios, mediā acuta. Duas ligneas statuas rudes tamen singulis anguib; ipsis inhærentibus eleuatis conspicati, simulacra quæ colerēt arbitrati sunt, sed ad decorē ibi posita postmodū didicerunt: nam uti

D supra memorauimus, nihil adorare præter cœli numen creduntur: quamuis ex gossipio texto laruas, in pictorū lemorum, quos se noctu uidere prædicāt, similitudinem, conficiāt. Sed unde digressi sumus redeundum est. Aduertare nostros incolæ sentiētes, domibus derelictis tam uiri q; foeminae profugerunt. Ex pueris & mulieribus captiuis, quos ex alijs insulis prædati fuerāt, uel obsequij uel epularum gratia seruatis, ad nostros circiter xxx confugiunt. Domos ingressi, habere uasa fictilia omnis generis, fidelias, orcas, cātharos, & alia huiuscemodi à nostris nō multum dissimilia: atq; in eorū coquinis elixas cum psitracis & anserinis carnibus carnes humanas, & fixas uerubus alias affandas, comperere. Penetra-

lia & domorum latibula quæritādo, tibiarum & brachiorum humanorum ossa accuratissime apud omnes, ad cuspidēs sagittarū conficiendas, seruari cognitum est: ex ossibus enim illas, quod ferro careant, fabrefaciunt. Cætera ossa ex esis carnibus proijciunt. Inuenere etiam caput nuper occisi iuuenis trabi appēsū, sanguine adhuc madidum. Quæsitādo uero insulam interne, septem aliā flumina; præter id grādus quod esse Bæti ubi Cordubā lambit, nostro autē Ticino latius aiunt, descēdere per insulam mira riparū amœnitate, inuenerunt. Hanc uocant Guadalupeam insulā, à montis Guadulapi similitudine, ubi intemeratæ uirginis mirabile colitur simulacrum: Carucueriam incolæ appellant: est Caribium primaria habitatio. Tulerunt ab hac insula septē psittacos phasianis grandiores, qui ab alijs psittacis colore longissime absunt: habent enim totum corpus & uentre & tergo purpureum: ex lōgioribus plumis illis ab humeris lena depēdet super purpureas breues, modo quo apud nostros ruricolos sæpenumero capones habere ego ipse animaduerti: alarum autem pennas uersicolores tenēt, sunt enim earum glaucæ aliæ, aliæ purpureæ flauis immixtæ. Psittacorum nō minor est in omnibus insulis copia, quā apud nos passerulorum, aut aliarum auium nostratium. Vti nostri picas, turdos & alia huiuscemodi ad delicias nutrant, ita illi, quamuis eorū nemora psittacis plena sunt, psittacos educāt, illos tamen deinde

Ossa humana
in sagittarum
usum seruātur

A comedunt. Mulieres, quas ex captiuis ad nostros concessisse supra dictum est, munusculis donatas ad Canibales adducēdos, ire per signa præfectus imperat; nec enim illæ ubi laterent, ignorabant. Hæ apud uiros illa nocte cōmoratæ, mane sequenti Canibaliū plurimos, spe munerum commotos, adducunt. Hi nostris uisis, uel terrore uel scelerum conscientia permoti, inter sese exorto murmure, alter in alterum oculos flectentes, cuneo facto ex insperato celerrime, ut multitudo auium, cōcitati ad nemorosas ualles pedem referunt. Nostris igitur, qui insulam inquirēdi gratia aliquot dies pererrauerant, in unum collectis, sine ullo Canibale, fractis eorum linthribus uniligneis, pridie idus Nouembris ex Guadalupea anchoras eleuant. Visendorum comitū, qui primo itinere in Hispaniola uestigandæ telluris gratia superiore anno relictis fuerāt, desiderio, præfectus præmotus, à dextra læuacq; plures insulas nauigādo quotidie postergabat. Apparuit à septentrione grandis quædam insula. Et qui prima nauigatione in Hispaniam uecti fuerāt, & qui à Canibalibus redempti, uocari insulam ab incolis Madanino, affirmarunt, quam solæ mulieres inhabitāt. Ad nostrorum aures primo itinere de hac insula fama deuenerat. Ad eas haud secus Canibales certis anni temporibus concedere creditum est, atq; ad Amazonas lesbicas transfretasse thraces, retulit antiquitas; & eodem modo filios ad genitores mittere ablatos, fœminas autem apud se retinere. Has mulieres subterraneos grandes cuniculos habere aiunt, ad quos, si alio quàm constituto tempore quisquam ad eas proficiscatur, confugiant. Vnde, si aut per uim, aut per insidias tentare aditum sequentes audeant, sagittis sese tueantur, quas certissimas iacere creduntur. Hæc

B esse aiēbant, præterlabuntur; quoniam altis montibus instructa esset. Montem Serratum illam uocant. Inter cætera quæ ab ijs quos uehebāt, tum uerbis, tum signis colligere inter loquendum potuerunt, isse Canibales plerunq; uenatum, uescendorum hominum gratia, supra mille millia passuum à suis littoribus, didicere. Altero die quædam aliam uident: cui quod spherica esset, sanctæ Mariæ Rotundæ nomen indidit præfectus. Ne moram traherēt, aliam iterum sequenti ab isto die, quam sancti Martini nomine placuit uocitari, prætermisit. In tertium inde diem aliam, cuius diametrale latus ab oriente in occidentem centum & quin quaginta millia passuum esse iudicarunt, extrinsecus conspexere. Esse has insulas omnes miræ pulchritudinis & fertilitatis accipiunt. Hanc ultimam Beatam Virginē Antiquam dixerunt: à qua pluribus alijs relictis, ad quadraginta millia passuum cæteris omnibus grādiōr alia quædam occurrit, quam Ay Ay ab indigenis uocitatum, sanctæ Crucis nomine appellari uoluerunt. Anchoras è proris iacere præfectus, aquandi gratia, in hac imperat: triginta ibi uiros in terram descēdere nauis qua ipse uehebatur, iubet, qui loca tentarēt: ibi canes inuenere, quatuor in littore. Iuuenes ac fœminæ totidem statim protentis in supplicum modum lacertis, quasi auxilium, & à manu gentis nefandæ libertatem expetentes, obujs nostris efficiuntur: multo meliorem sortem sese consecuturos quæcunq; illa foret existimātes. Canibales autem eodem quo apud Guadalupeam modo se fugientes ad syluas receperunt. Biduum ibi commorati, & stantibus interea nostris triginta uiris in insidijs, ecce uenientem à longe canoam è caueis specularibus conspexere, qua octo uiros cum totidem fœminis uectari aduertentes, dato signo canoam nostris adoriuntur. Appropinquantes nostros uiri simul & mulieres sagittis mira celeritate & crudelibus ictibus transfigere cœperunt: ita priusquam sese scutis cōtegere potuerint, unū ex nostris qui Canaberat, quædā ex mulieribus peremerit, atq; aliū illa eadē alia sagitta acri uulnere.

*In mulieribus
sagittandi peritia*

C transegerit. Venenatas sagittas medicamēti quodam genere illinitas esse aduer-
 terunt, acie ipsarum circuncisa qua medicamen, ne discurreret, retineretur. Erat
 inter eos foemina quaedā, cui, uti per cōiecturas percipere fas erat, ceteri obtem-
 perabant, atq; ueluti reginae assurgebant. Hanc filius iuuenis, toruus, robustus,
 ferocissimi intuitus, leoninae faciei, comitabatur. Nostri ergo, ne grauius malum
 à longe uulnerati perferrent, multo satius esse manum conferere ducentes, re-
 mis agitata nostra nauicula qua uehebantur, Canōam impetu maximo inuer-
 tunt; ea in profundum missa, neq; pigrius, neque rarius natando tam uiri quàm
 foeminae spicula in nostros dirigebāt. Ad saxum quoddam aqua coopertum re-
 cepti strenue dimicantes tandē capiuntur, uno interempto, & reginae filio duo-
 bus uulneribus confosso. In praefecti nauim adducti nō magis feritatē ac uultus
 atrocitatem deponebant, quàm Libyci leones cum sese in uincula detrusos esse
 praesentiūt. Hos nullus est qui uideat, quin scalpi sibi horrore quodam praecor-
 dia fateatur: adeò atrox tartareusq; est illis à natura, & immanitate insitus pro-
 spectus: à me ipso & reliquis qui unā mecum plerunq; ad illos intuentes Methi-
 manae confluerunt, coniecturam facio. Ad iter redeo. Indies magis atq; magis
 procedētes, iam ultra quinq; & quingenta millia passuum ad Aphricum prius,
 deinde ad Fauonium, postea ad Argestem, protenderāt, cum pelagi quendam
 uastitatem immensam, insulis innumeris & miris modis inter se differentibus
 passim contextam, intrarunt: harum alias nemorosas atq; herbidas & amoenas,
 alias siccas & steriles ac lapidosas altissimorum montium faxeorum, transeundo
 uidebant: quarum aliae purpureos in nudis saxis colores, aliae uiolaceos, aliae can-
 didissimos ostendebant: metallis & gemmis esse conditas non desunt qui existi-
 ment. Sed ne illic naues firmarent, & obstitit maris intemperies & frequentiae
 insularum metus, ne fortē naues maiores saxo aliquo illiderētur. In aliud igitur
D tempus harum insularum inuestigatione dilata, quas ob multitudinem & con-
 fusam intermixtionem numerare non licuit, iter suum proseguūtur: sex tamen
 & quadraginta cum leuioribus quibusdam nauigijs, quibus non magno opus
 erat fundo, interfecerunt: maioribus nauibus ab alto scopulorum metu iter
 peragentibus. Archipelagus Contexturam hanc insularum uocauere. Ab hoc
 tractu procedentes itinere in medio iacet insula dicta ab indigenis Burichēna:
 hanc sancti Ioannis insulam appellauit: inde sese plures ex ijs qui à Canibali-
 bus liberati fuerant oriundos aiebant: populosissimam, cultam, portuosam, ne-
 morosamq; esse insulam fatebantur: eiusq; incolae summa cum Canibalibus
 odia atque inimicitias semper exercuisse. Non habent ipsi nauigia, quibus à suis
 finibus ad littora Canibalium possint transfretare: sed si Canibales eorum ter-
 ras praedae gratia incursionibus infestantes profligauerint, ut interdum con-
 tingit, quod belli euentus sint incerti, uices reddunt easdem: alterum enim an-
 te oculos alterius secant, assant, & rabiosis dentibus lacerant & uorant. Hac
 omnia per interpretes indigenas uectos in Hispaniam primo itinere, dicebant.
 Hanc insulam, ne moram traherent, praetermisere. Attamen in eius ultimo ad
 occidentem angulo, aquandi solum gratia, pauci in terram descendere: ubi mo-
 re gentis eius domum inuenere magnam & conspicuam, quam uulgares aliae
 duodecim sed desertae, circuibant: an quod pro anni temporibus nunc ad mon-
 tana, ratione caloris, nunc ad planicies, quando frigescit aēr, transmigrant: an
 Canibalium timore domos penitus dereliquerint, non plane constitit. Re-
 gem habet unicum uniuersa insula, cui imperanti mira parent reuerentia. Cir-
 citer ducenta millia passuum huius insulae meridionale latus, quod abraferant,
 protenditur. In mare noctu duae mulieres & unus adulescens ex liberatis à
 Canibalibus transilientes, sese natando ad natale solum receperunt. Cum
 reliquis deinde optatam Hispaniolam à prima insula Canibalium quingentas
 lequas distantem, intra paucos dies attingunt: sed infelici euentu, quod omnes

Horribilis in
 facie atrocitas

locios

A socios ibi relictos interemptos repererint. Est in huius insulae Hispaniola initio; regio Xamanā ab incolis nuncupata. Ab ea ad Hispaniam prima nauigatione praefectus rediturus cum decem illis indigenis, quos supra memorauimus, uela tetendit, e quibus tres tantummodo superstites erant; reliquis, contraria terrarum aeris & ciborum mutatione, defunctis. De tribus cum primum Santheremus Xamanā latus ab eo sic appellatū attigit, unum solui iubet; alij duo noctu sese in mare furtim deijciunt, natando profugiunt. Id praefectus, octo & triginta hominum, quos superiore anno paulo interius in insula reliquerat, miserā dāe necis ignarus, non multum aegre tulit; interpretes sibi non defuturos existimans, quā ob causam hos nō magnificiebat. Vtcrius aduectis nostris parumper, Canōa oblonga multorum remigum occurrit. In ea frater Guaccanarilli eius regis quem sibi alitricto foedere discedens ab insula deuinctum amicitia praefectus reliquerat, cui etiam nostros maximopere commendauerat, uno tantum comitatus uehebatur. Is ad praefectum duas imagines aureas, nomine fratris, dono ferens: de nostrorum morte, uti postea per rei euentum cognitū est, suo idiomate egit; sed quoniam interpretes defuerant, eius colloquia non perpenderūt. Cum autem ad castellum ligneum & casas quas sibi aggere circumducto nostri cōstruxerant, peruenissent, omnia in cinerem uersa, & silere omnia cognouerunt. Eares praefectum marinum caeterosq; uiros graues deturbauit. Viuere tamen aliquem, etsi male coniectarent, existimantes; tormenta & balistas igni supposito, unā omnes exonerāt, ut grauibus tonitruis, littoribus & altis montibus late concussis, si qui inter homines, aut inter ferarum latebras forte metu perculsi degāt, aduentasse nostros per haec signa persentirent. Id incassum, utuebat enim nullus. A praefecto post haec missi ad regem Guaccanarillū nunciij, haec dicta, quantum potuere percipere, retulerūt: Esse in ea insula maiores se reges, quod mirae sit magnitudinis, plures ait; horum duos, maximis copijs suo more comparatis, fama nouae gentis cōmotos aduentasse, belloq; uictos nostros omnes trucidasse, repagula casasq; simul & eorum suppellectilia combussisse; & se, quod nostris esse auxilio conatus fuerit, ab eisde fuisse sagitta uulneratum, crus uitta gossampina ligatum ostendens, retulit: propterea non iuisse ad praefectum, quod maximopere cupiebat. Varios ibi esse reges, hosq; illis, atq; illos his, potētiores inueniunt, uti fabulosum legimus Aeneam in uarios diuisum reperisse latium, Latinum puta, Mezentiumq; ac Turnum & Tarchontem, qui angustiis limitibus discriminabant, & huiuscemodi reliqua per tyrānos dispartita. Sed Hispaniolos nostros insulares illis beatiore esse sentio, modo religionem imbuant; quia nudi, sine ponderibus, sine mensura, sine mortifera deniq; pecunia, aurea aetate uiuentes, sine legibus, sine calumniosis iudicibus, sine libris, natura cōtenti uitam agunt, de futuro minime solliciti. Ambitione & isti tamen imperij causa torquentur, & se inuicem bellis cōficiunt; qua peste auream aetatem haudquaquam credimus uixisse immunem; quin & eo tempore, cede, non cedam, inter mortales pererrauerit. Ad rem a qua digressi sumus, redeamus. Altero die missus a praefecto Melchiorius quidam Hispalensis uir, apud pontificem summum, pro rege & regina functus oratoris officio, quo anno Malaca uenit in eorū potestatem, neque uulnus neq; uulneris ullius cicatricem, uitta sublata, se uidisse retulit: lecto illum tamen, aduersa ualitudine simulata, iacentem reperit, cuius cubiculo septem concubinarum pellicum lectuli adhærent: unde peremptos eius consilio nostros suspicari coepit: re tamen dissimulata, cum Guaccanarillo egit Melchiorius, ut postero die ad uisendum praefectum sese ad naues conferret. Naues igitur, uti pactus fuerat, ingressus, nostris salutatis, atque auro donatis primoribus, ad mulieres a Canibalibus ereptas cōuersus, in unam, quam Catharinam nostri uocabāt, oculos semifractos conijcere uisus, eam blande allocutus est: atq; sic urbaniter ac lepide a praefecto ueniam petens, aspectu equorum & aliarum

*Felicitissimum
uitae genus*

C rerum illis incognitarum admiratus, discessit. Fuere qui praefecto consulerent Guaccanarillum detinendum, fore uti si eius consilio nostros peremptos fuisse comperirent, poenas daret. Sed irritandi animos indigenarum non esse tempus praefectus ratus, eum dimisit. Postridie eius diei regis frater ad naues se conferens, uel suo, uel fratris nomine, mulieres seduxit: nam sequenti nocte intempesta, Catharina ipsa, ut sese & quascunque posset in libertatem uedicaret, aut regis & fratris eius pollicitationibus subornata, multo maius facinus aggressa est quam Cloelia Romana, quae Tiberim, ruptis uinculis Porsenae imperium fugiens, cum reliquis obsidibus uirginibus enatauit: illa enim fluuium equo, haec cum septem alijs mulieribus suis met lacertis confisa, circiter tria millia passuum, atque etiam maris non bene tranquillii, traiecit: tantum enim a litore classis omnium opinione distabat. Illas infecuti cymbis leuioribus nostri, eodem lumine, quo in litore uiso, mulieres regebantur duce, tres assecuti sunt. Catharinam cum quatuor reliquis ad Guaccanarillum euasisse creditum est: nam ubi eluxit, missi a praefecto nuncij, aufugisse cum omni supellectile Guaccanarillum simul & foeminas ipsas, cognouerunt. Id non iniuria, fuisse nostros eius consensu interemptos, suspicionem adauxit. Hunc deinde Melchiorius, de quo supra, tribus armatis centurijs acceptis quaeritans (centuriam centum uirorum numerum appello: licet me non lateat, constare centuriam ex uiris centum uigintiocto, quindecimque decuriam) in fauces quasdam retortas, quinque collibus erectis munitas, incidit: fluuij alicuius grande ostium arbitratus. Portum ibi ualde commodum ac tutum adinuenit, Portum Regalem propterea nominandum censuerunt: falcatum eius ingressum, atque adeo in arcum dispositum ferunt, quod siue in laeuam siue in dextram introductas naues flectant, unde donec ad ostium reuertantur, ingressi fuerint, non facile dignosci possit: quamuis tribus simul paribus proris onerariae naues procedere ualeant. Hinc atque inde sublatis colles littorum loco uenientes frangunt uentos. In eius medio sinu promontorium nemorosum, psittacis atque aliarum uolucrum ibi nidificantium multis generibus refertum, suauissimeque concinentium, erigitur. Duo in portum hunc flumina non mediocria defluere cognouerunt. Dum inter utrumque terram explorant, altam a longe domum uident. Ibi latere Guaccanarillum rati, accedunt. Adeuntibus nostris, uir quidam fronte rugosa & elato supercilio, centum hominibus comitatus, efficitur obuius: arcu, sagittis, & lanceis praecutis, sudalibus omnes armati, minantibus similes, accurrunt: se Tainos, id est, nobiles esse, non Canibales, inclamitant. Signo pacis a nostris dato, arma simul & feritatem illam deponere: & singulis accipitris tintinnabulis acceptis, statim cum nostris adeo strictam amicitiam iniere, ut in nostrorum potestate sese sine ulla mora in naues ex altis fluuij ripis demiserint, & suis postea muneribus nostros donauerint. Domum illam qui eam dimensi sunt, duorum & triginta magnorum passuum a circumferentia ad circumferentiam, erat enim sphaerica, iacto diametro, fuisse asserunt, xxx alijs popularibus circumseptam: lacunaribus harundineis uersicoloribus superinductis, mira arte intertextis. Interrogati quibus modis melius dabatur, de Guaccanarillo, responderunt, non esse Guaccanarilli, regionis huius, sed eius qui aderat, imperium. Sensisse sese fatebantur, quod Guaccanarillus a littoribus ad motana secesserit. Icto igitur cum hoc Cacico, id est rege, fraterno foedere, ad praefectum quae uiderant renuntiaturi, rediere. Diuersos interea centuriones exploratum longius suis centurijs comitatos praefectus emittit: inter quos Hoieda & Gorualanum nobiles iuuenes, & animosos ambos: horum alter quatuor flumina, alius alia parte tria ab iisdem montibus collabentia comperere: in quorum omnium arenis aurum, nostris praesentibus, indigenae qui eos comitabantur, hoc modo colligebat: Arena manibus effossa ad scrobem usque lacerti profunditate, ex imo scrobis plenas arena sinistras dehinc extrahentes, dextra auro delecto, sine ulteriore industria, in manus nostrorum

Audax mulierum facinus.

A rum grana porrigebant: quorum se uidisse multa ciceris crassitudine plures fa-
 tentur. Vidi ego ipse postea allatum rudem fluuiali petræ similem globum, pon-
 deris unciarum 1x ab ipso Hoieda repertum. His signis contenti rem ad præfe-
 ctum referunt. Iusserat enim præfectus (ut mihi relatum est) pœna etiam præ-
 posita, ne quid ulterius præterq̄ de locis & locorum signis curarēt. Fama etiam
 increbuit, esse quendam regem mōtium, à quibus flumina illa decidunt, quem
 Cacicum Caunabóam uocant, id est, dominū domus aureæ: boam enim domū
 dicunt, cáuni autē aurum, & cacicum regem, uti iam dictum est. Nullibi aqua-
 rum pisces inueniri posse illis præstantiores, saporosiores, aut minus noxios.
 Et aquas illorum omnium fluminum esse saluberrimas aiunt. Diem esse apud
 Canibáles mense Decembri noctibus æqualem Melchiorius ipse mihi retulit:
 sed id sphaeræ ratio nō patitur: quamuis eo mense auium alia nidificarent, alia *Decembri ni*
 filios iam natos in nidis haberent, & calor uigeret non mediocris. Abscondi to- *dificant uolu-*
 tum Plaustrum sub arctico polo, atque occidere custodes Canibálibus, mihi de *cres*
 altitudine poli ab horizonte diligentius scrutanti, enarrauit. Cui de ijs maior sit
 fides quam huic adhibēda, nullus hoc itinere redijt. Si ergo fuisset Astronomiæ
 peritus, diem ferē noctibus æqualem dixisset: nullibi enim terrarum æqua est
 uersus solstitia nox diei: ipsi uero æquinoctialem nūquam tetigere, quando qui-
 dem arcticum polum semper habuere ducem, & ab horizonte semper eleua-
 tum. Sunt enim alij neque literarum aut rerum experientia periti. Propterea
 breuibus nunc & incōposita epistola, quæ colligere potuerim, accipito: prope-
 diem, uti spero, à me cætera quæ detegētur habiturus. Scripsit enim ad me præ-
 fectus ipse marinus, cui sum intima familiaritate deuinctus, sese mihi latissime
 quæcunq; fors ostenderit significaturum. Ipse propinquum portui cuidam, edi-
 tum locum ad ciuitatem condendam elegit: ibiq; intra paucos dies domibus, ut
 B breuitas tēporis passa est, & sacello erectis, eo die quo Trium Regum solennia
 celebramus, diuina nostro ritu (in alio potest dici orbe tam extero, tam ab omni
 cultu & religione alieno) sacra sunt decantata terdecim sacerdotibus ministran-
 tibus. Tempore quo iam sese ad regem & reginam missurum fuerat pollicitus
 appropinquante, & prospera nauigatione se offerente, non ultra cunctandum
 ratus præfectus, XII has Carauelas, quas aduētasse diximus, commeauit, non
 mediocri molestia nostrorum internicione confectus: quorum morte, multa
 quæ iam de illorum locorum natura cognosceremus, adhuc nos latēt. Ut phar-
 macopolis, syrophœnicibus & aromatarijs accitis, possis quid regiones illæ fe-
 rant, quam calida sit earum superficies, dignoscere, ex granis omnis generis, ex
 libro & medulla earum arborum quas Cinnami esse autumant, ad te mitto: siue
 ex granis, siue ex animulis quibusdam, quas ex ipsis granis decidisse conspicies,
 siue ex ligno gustare uolueris, illustrissime princeps, tenuiter admoto labello
 pertingito: sunt enim, quamuis non noxia, ob nimiam tamen caliditatis acuita-
 tem acra, & linguam, si in ea diu morentur, expungunt: sed statim, si fortē eius
 degustatione lingua concoquatur, epota aqua, asperitas illa tollitur. Ex fru-
 mento etiam quo panem conficiunt, grana quædam alba & nigra tabellarius
 meo nomine dignationi tuæ dabit. Ligni, quod aloës esse dicūt, trun-
 cum affert: quod si uulseris scindi, suauem senties ex eo odo-
 rem emanare. Vale, ex hispana curia, tertio ca-
 lendas Maij. M. CCCC. XCIIII

C P E T R I M A R T Y R I S A N G L I

M E D I O L A N . P R O T O N O T A R I I A P O S T .

regijꝑ consiliarij, ad Ludouicum Aragoniũ Cardinalem,
in Oceanæ decadis librum tertium, præfatio.



E T I S iterum ut Phœbæos currus ineptus Phaëton guber-
net. Ex nudo silice suaues liquores exhaurire cõtendis. No-
uum, ut ita dixerim, terrarum orbem, catholicorum Fernan-
di & Helisabeth regum tibi patruorum ductu ab occidente,
qui hætenus latitabat, repertum, ut ego describam, Fœde-
rici regis indyti patru tibi mihi literas de hac re ostẽdens, im-
peras. Preciosum hunc lapillum plumbo inepte circũdatum
ambo accipietis. Sed cum eruditos amice, detractores inuide, mordaces rabide,
in nostras formosas Nereides Oceanæ spumantia tela detorquere præsenties:
quàm breui spacio, inter rerum angustias & ualitudinarium, hos me cõscribere
coëgeris, ingenue profiteberis: scis nanque me tanto celeriter ex præfecti ipsius
marini Coloni archetypis pauca hæc delegisse, quãto tuus à manu famulus, qui
me dictante scribebat, poterat exarare. Infestabas nanq; me quotidie, tuũ disces-
sum obijciens, ut nostri regis sororem Parthenopæam reginam, tibi amitam,
quam huc fueras comitatus, in patriam reduceres. Singulis interdum diebus, sin-
gulos me libellos cudere adegisti. Duos in prima fronte alieno cõperies nomine
signatos: quod dum ista quærebantur, ad infelicem ego Ascanium Sphorciam
tibi affinem, Cardinalem, uicẽcellarium, scriptitare incõperam: quo cadente,
cecidit & mihi animus à scribendo: quem tu nunc tuiq; indyti patru regis Fœ-
derici literæ ad me directæ excussistis. Rem, non picturam degustate. Vale, ex

D Granata, IX Calend. Maij.

O C E A N E A E D E C A D I S L I B E R T E R T I V S .



A N I B A L I V M littora Colonom præfectũ marinum præ-
currisse, ad Hispaniolamq; insulam cum integra classe quarto
nonas Februarij anni tertj & nonagesimi appulsum fuisse, su-
periore libro descripsimus. Nunc autem quid de insulæ natura
explorans repererit, quid ue postea finitimam insulam cõtinen-
tem, uti credit, terram percurrens inuenerit, enarremus. Insula

Hispaniola, si-
ue Ophiræ des-
criptio.

hæc Hispaniola, quam ipse Ophiram, de qua legitur Regum tertio, esse asseue-
rat, latitudinis est graduum australium quinq;: eleuatur enim à septentrione gra-
dus septimus & uigesimus: à meridie uero, ut ipsi referunt, uigesimus secundus:
longitudo autem ab oriente in occidentem passuum millia octoginta super se-
ptingenta. Ex ipsius præfecti Coloni comitibus nõ defunt, qui utranque insulæ
mensuram producant ab oriente ad occidẽtem. Distare à Gadibus insulam gra-
dus prædicant aliqui nouem & quadraginta, alij amplius: neq; enim certam ad-
huc rationem reperere. Insulæ forma castanæ folium æmulatur. Super edito
igitur colle, à septentrione ciuitatem erigere decreuit: quod huic loco mons emi-
nens & saxifodinis ad ædificandum & calcem concoquendam aptissimus adia-
ceat. In hæret præterea huius mōtis radicibus uasta planicies lōgitudinis millium
passuũ circiter sexaginta: latitudinis uero duodecim alicubi: alibi, ubi angustior
sit, sex: ubi uero amplior, uiginti. Planiciem salubrium aquarũ flumina interluũt
plura: sed eorum maius, & id nauigabile, in portũ qui urbi subiacet, ad stadium
dimidium cadit. Quanta sit eius uallis ubertas, quanta foli benignitas, eorum
relatu aduerte. In huius fluminis ripa hortos colendos limitibus concluderunt:
ex quibus de omni olerum genere, utputa raphanorum, lactucarum, caulium,
boraginum, & aliorũ huiuscemodi, intra diem à iacto semine sextumdecimum,
uulgò matura euulsa sunt. Melones, cucurbitas, cucumeres, & alia id genus in
diem

Mira foli
ubertas.

A diem sextum & trigessimum carpsent, Sed nusquam se meliores unquam comedisse aiebant. Hæc hortensia toto anno habent recentia. Cannarum radices ex quarum succo saccharum extorquetur: cubitales cannas, sed non coagulatur succus, intra quindecimum etiã diem emiserunt. De plantatis propaginibus aut sarmentis itidem aiunt: & secundo à plantatione anno suaves ex eis uvas comedisse: aut ex nimia ubertate racemos edunt per paucos. Rusticus præterea quidam tritici parumper circiter calend. Februarij feminauit (res miranda) in omnium conspectum maturum spicarũ manipulum tertio calend. Aprilis, qui eo anno erat uigilia Resurrectionis dominicæ, secum ad urbem tulit. Legumina quæq; quotannis maturescunt bis. Scripsi, quæ omnes uno ore inde redeunt, de eius terræ sœtura retulerunt: nonnulli tamen ferunt, tritici non esse terrã feracem in uniuerso. Interea dũ ista agerentur, triginta uiros qui Cipangi, aliã Cibai, regionem explorarent, per diuersa dimisit præfectus. Est autem hæc regio montosa, faxea, & medium totius insulæ dorsum, in qua maximã esse auri copiam incolæ signis ostendebant. Missi à præfecto, de regionis opibus mira referentes reuertuntur. Ex illis montibus quatuor ingentia flumina defluunt, quæ totam insulam, reliqua suis alueis suscipiendo, memoranda naturæ industria in quatuor ferè partes æquales diuidunt. Tendunt enim, unus recta ad orientem, qui ab accolis Lunna uocatur: ad occidentem alius, huic terga uertens, qui Attibunicus: tertius ad septentrionem quem Iachem appellat: ultimus ad meridiem, quem Nãibam. Sed redeamus ad condendam urbem. Fossis & aggeribus urbe circumuallata (ut si eo absente prælium incolæ tentarent, sese qui relinquebantur tutari possint) pridie idus Martij cum omnibus equitibus, peditibus autẽ circiter quadringentis ipsemet ad auriferam regionem recta ad meridiem proficiscitur: fluuium præterlabitur, transgreditur planiciem: montem, qui aliud planicie latus cingit, superat.

B In aliam conuallem, quam flumen priore maius, aliãq; multa mediocria interuebant, incidit: exercitum traducit. Hac ualle, quæ priore nulla parte inferior est, superata, tertium montem facit peruium, qui hactenus fuerat inuius. Descenditq; in aliam conuallem, quæ iam Cibai est initium: per hanc flumina & ex omni colle riuus currunt, in quorum omnium arenis aurum reperiatur. Cum iam secundum & septuagesimum ab urbe lapidem intra regionem auriferam profectus fuisset, in magni cuiusdam fluminis ripa eminenti super colle condere arcem instituit, ut interioris regionis secreta inde tuto paulatim scrutarentur. Hanc arcem sancti Thomæ nomine insigniuit. Dum interea arcem ædificaret, eius regionis incolæ tintinnabulorum & aliarum rerum nostratium cupidi, quotidie moram trahentem adibant: præfectus uero marinus se illis quæ peterent libentissime daturum, si aurum ferrent, insinuat. At illi, dato tergo, ad hæc promissa ad ripam propinquiores currentes, intra breue temporis spactum onustis auro manibus redibant. Grandæuus incola duos auri calculos ponderis unius ferè uncie, tintinnabulum tantummodo petens, attulit: qui cum nostros calculorum magnitudinem admirari conspiceret, eorum admiratione admiratus, eos esse paruos ac nullius momenti calculos innuebat: captisq; manu quatuor lapidibus, quorum minor nucem, maior autẽ grande aureum æquabat malum: adeo magnos auri globos in solo natali suo, quod ad dimidiã inde diætã distabat, passim reperiri aiebat, nec apud uicinos suos magnæ curæ esse aurum colligere. Cognitum enim est illos aurum in quantum est aurum nõ magnifacere, sed tanti illud aestimare, quanti artificis manus in formam cuiq; gratam diducere aut conflare didicerit. Quis rude marmor, aut ebur incultum comparat magno: nullus equidem: sed si Phidiæ aut Praxitelis dextra fabrefactum in comatam Nereidem aut Hamadriadem pulchre formatã prodierit, nusquam emptores deerunt. Præter hunc senem, accesserunt & alij plures, qui decem & duodecim drachmarum calculos attulerunt, ausiq; sunt fateri, ubi aurum illud collegerant, auri globos

Auri magna copia

C pueri caput quem ostēdebant æquantēs, fuisse aliquādo repertos. Dum ibidem dies aliquot moraretur, Luxanum quendam iuuenem nobilem cum paucis armatis regionis partem exploratum misit: hic etiā maiora sibi ab incolis fuisse dicta, retulit, nihil tamen attulit: ex præfecti putant mādato ita fieri. Aromatibus, sed non iisdem quibus nos utimur, habent plena nemora, quæ pari modo colligunt ut aurum: tantū scilicet unusquisq; quantum permutando aliquid sibi gratum à finitimarum insularum incolis assequantur: utputa paropsides, sedilia & huiuscemodi, quæ in alijs insulis ex nigro quodam ligno, quo ipsi carent, conficiuntur. Rediēs ad præfectum Luxanus circiter idus Martij, labruscas in syluis maturas inuenit, optimi, ut ait, saporis. Sed nulla est insularibus de his cura. Est hæc regio quamuis saxea (nam eorū lingua Cibauum, id quod saxosum sonat) arborifera tamen & herbida. Imò & aiunt herbam eorū montium, quæ solum gramen est, si secetur, quatuor dierum intercapedine tritico altiore crescere. Frequentes in ea pluuias cadere referunt, hinc esse riuos & flumina adeò crebra: quorum cum sit arena ubiq; auro commixta, ex montibus illud aurum detrahi per torrētes autumant. Gentem constat esse ociosam: nam interdum hyeme urgente tremunt in montibus frigore: nec quum sint illis nemora gossipio refertissima, uestes sibi laborare student. In uallibus autem uel campestribus locis minime frigescūt. His ita in initio regionis Cibauī diligēter perquisitis, calend. Aprilis, quem diem Resurrectio sequebatur, ad Isabellam, id est urbis nomen, reuertitur. Vnde in eius & totius insulæ gubernationē fratre suo & Petro quodam Margaritæo regio, antiquo familiari, relictis: ad discurrendam quam arbitrabatur continētē terram, quæ inde septuagesimum tantū lapidem distabat, sese accingit: regij imperij memor, qui illum admonuerat, ut percurrere noua littora festinaret, ne rex alius quisquam prius suæ ditioni terras illas subdere studeret. Rex enim Portugalliæ publice sua interesse, latentia illa detegere, aiebat.

D Summus uero pontifex Alexāder sextus, regi & reginæ Hispaniarū per plumbaras cōcessit bullas, ne quis princeps alius incognitas illas regiones pertingere auderet: à septentrione ad austrum linea recta extra paralellum insularum quæ dicuntur Caput Viride proiecta (ut dissidij causa tollatur) lequas centū, ex composito demum tercentum. Credimus has insulas esse Hesperides: hæ sunt regis Portugalliæ: & inde sui nauatæ noua littora quotannis detegentes, semper in læuam à tergo Africa, per Aethiopum maria, ad orientem uertebant proras: neq; ab Hesperidibus unquam ad meridiem aut ad occidentem Portugalēses adhuc nauigauerant. Cum tribus igitur nauigijs discedēs ad eam regionem, quam prima nauigatione insulam existimans Ioannam uocitarant, breui tempore peruenit: uocauitq; eius initium Alpha ω, eo quod ibi finē esse nostri oriētis, cum in ea sol occidat: occidētis autē cum oriatur, arbitretur. Cōstat enim esse ab occidente principium Indiæ ultra Gangem: ab oriēte uero terminū ipsius ultimum. Neq; enim absolum penitus est, quū Gangetidis Indiæ terminos indiscretos cosmographi reliquerint: nec desint qui ab Hispanis oris non longe Indica littora discedere sentiant. Cubam incolæ hanc partem uocant. In cuius prospectu in Hispaniolæ angulo extremo portum reperit commodissimum: sinum enim in se recipit latum in ea parte ipsa insula. Hunc portū sancti Nicolai nomine insigniuit: à quo uix uiginti lequas recedit Cuba. Transfretat igitur, & Cubæ meridionale latus capiens ad occidētem uergit. Incipiunt illi, quo ulterius procedebat, tanto magis littora in latum protendi & ad meridiem curuari. In Cubæ latere ad meridiem, primam reperit insulam, quam incolæ lamaicam uocant. Hanc insulam Sicilia lōgiorem latioremq; prædicat, uno tantū monte cōtentam, qui ab omnibus sui partibus à mari incipiens paulatim usq; ad insulæ medium eleuatur, atq; ita leniter sese in dorsum extendit, ut ascendētes uix se ascēdere sentiant. Tam in littore, quàm in internis, feracissimā & populis plenam esse asseuerat: incolasq; eius

A eius cæteris insularibus ingenio acutiores, ac mechanicis artibus magis deditos, bellicosioresq; finitimi fatentur: nam pluribus in locis uolenti præfecto terram capere, armati ac minitantes occurrerunt, pugnasq; sæpius attentarunt: sed uicti semper amicitiam omnes cum præfecto iniere. Iamaica igitur relicta, ad occidentem prospero uentorum flatu septuaginta dies nauigauit: sed non longe ab aurea Cheronesso nostri orientis ultra Persidem initio perrexisse per inferiorem nobis terræ ambitum arbitratur: credit enim se duas tantum solis horas de duodecim quæ nobis erant incognitæ, reliquisse. Dimidium enim solis cursum ueteres intactum reliquerat: cum eam tantum terræ superficiem, quæ à Gadibus usq; ad Gangem, uel ad auream usq; Cheronessum, discussam habeamus. Hoc itinere in currentia more torrentis maria, in uadosos gurgites, in angustias innumeras propter insularum adiacentium multitudinem quotidie incidebat: omnia tamen hæc pericula parui faciens, tantum procedere instituit, donec an insula esset Cuba, an terra continens, certior fieret. Nauigauit igitur eius semper littora abradens, ad occidentem duas lequas & uiginti supra bis ceterum, ut ipse ait, hoc est millia passuum circiter: tercentum & mille: Septingentisq; insulis nomen imposuit, in læuam plusquam tribus millibus passim, ut ipse dicere audet, relictis. Sed ad ea quæ memoratu digna inter nauigandum reperiēbat, reuertamur. Cum iam per Cubæ latus locorum naturam ad nauigans perquireret, ab Alpha ω, id est, ab eius initio, non magno tractu, portum multarum nauium capacem reperit: falcatus enim est eius introitus, promontorijs utrinq; uenientes undas recipiētib; inclusus: intus autē ingens spacium & immensa profunditas. Portus littora ambiens, casulas uidit non procul à littore culmeas duas, pluribusq; in locis ignem accensum: demittit ē nauibus uiros quosdam armatos qui casulas adeant. Descendunt, neminem reperiunt: uerubus tamen ligneis appostas ignibus piscium libras circiter centum, duosq; octipedales serpentes cum piscibus ipsis, inuenere. Admirati, si quos incolæ uideant, circumspiciunt: cum nemo illis in toto prospectu sese offerret (ueniētib; enim nostris sese ad montana piscium domini receperant) discumbunt, & captis alieno labore piscibus læti fruuntur: serpentes relinquunt, quos nihilo penitus ab Aegyptijs crocodilis differre affirmant, præterquam magnitudine: nam crocodilorum, ait Plinius, aliquos fuisse repertos duodeuiginti cubitorum: horum autem maiores octipedales. Propinquum nemus postmodum iam saturi ingredientiētes, ex ijs serpētib; arboribus funiculis alligatos plures comperere, quorum ora alij funibus astricta, dentes alij euulsos habebant. Cum deinde portus uicinia scrutarentur, circiter LXX homines in cuiusdam altæ rupis culmine uiderunt, qui nostris adeuntibus, profugerat: ut inde quid sibi uellet hæc noua gens, perdisceret. Nutibus & signis blanditijsq; nostri illos adducere conabantur: munerum oblatorum à longè spe motus accessit unus, sed in propinquam rupem tamen, timēti similis. Almīrantus autē qui secum habebat Didacum quendam colonum inter suos educatum iuuenem prima nauigatione abductum ex insula Cubæ uicina, nomine Guanahaini, Didaco interpretē, cuius lingua patria ferè horū linguæ quadrabat, insularem qui propius uenerat alloquitur: metu deposito adit incola, cæterisq; ut tutò uenirent nec uerentur persuadet. Nuncio habito, ex rupibus ad naues circiter septuaginta descendunt: amicitiam ineunt, muneribus à præfecto donantur. Esse piscatores à rege suo, qui solenne conuiuium alteri regi parabat, piscatum missos, præfectus cognouit. Quod pisces ignibus appostos præfecti gens comederit, æquo libentiq; animo passi sunt, quandoquidem serpentes reliquere: neq; enim quicquam est inter edulia, quod tanti faciant, quanti serpentes illos: popularibus eos comedere minus licet, quàm apud nos phasianos aut pauones. De piscibus autem se totidem ea nocte capturos dicunt. Interrogati cur pisces quos regi suo laturi erant, coquere pararent: ut recentiores & incorruptos illos afferre possent, re-

*Serpentes in
delicijs habentur*

C sponderunt. Ita dextris in amicitiam iunctis, ad sua quisque proficiscitur. Sequitur Admirantus, ut instituerat, solē occidētem, à principio Cubæ quod Alpha ω, uocatum ab Admiranto diximus. Littora ad hunc portum media quamuis arboribus confita, aspera tamen & montosa. Ex arboribus floridae erant aliae, & ad mare suaues ex se odores emittebant: aliae uero fructibus onustae. Ultra portum autem terra est feracior populosiorque: cuius incolae caeteris mitiores, rerumque nouarum cupidiores: nam ad littora omnes, uisis nostris nauibus, certatim concurrerant: panem quo ipsi uescuntur, & cucurbitas aqua plenas, nostris offerentes, ut in terram descenderent, inuitabant. Habent haec insulae omnes arboris quoddam genus, ulmos aequans magnitudine, quae cucurbitas gignit pro fructu: ad aquae usum illis utuntur, ad esum minime: medullam namque ipsius felle amariorē esse aiunt, sed cortice testudineam aequare duriciem. Idibus Maij ex altiori cauea in laeuam ad austrum speculatores prospicientes, densam insularum multitudinem uiderunt inter nauigandum, herbidas, uirides, arboriferas, uberes, & habitatas esse animaduenerunt. In continenti littore in fluuium incidit nauigabilem, aquarum adeo calidarum, quod manum in ipsis ferre diu nemo posset. Altero uero die piscatorum canoam à longe uidens, ne nostris uisis piscatores aufugerent ueritus, ut illos tacitis cymbis intercipient, imperat. Illi autem intrepidi nostros expectant. Audiuimus nouum genus piscationis. Non aliter ac nos canibus gallicis per aequora campi lepores insectamur, illi uenatorio pisce pisces alios capiebant. Piscis erat formae nobis ignotae, corpus eius anguillae grandiori persimile: sed habens in occipite pellem tenacissimam, in modum magnae crumenae. Hunc uinctum tenent in nauis sponda funiculo, sed tantum demisso quantum piscis intra aquam carinae queat inherere: neque enim patitur ullo pacto aeris aspectum. Viso autem aliquo pisce grandi, aut testudine, quae ibi sunt magno scuto grandiores, piscem soluunt: ille quum se solum sentit, sagitta uelocius piscem aut testudinē, qua extra conchyle partem aliquam eductam teneat, adoritur, pelleque illa crumenaria iniecta, praedam raptam ita tenaciter apprehendit, quod exoluere ipsam eo uiuo nulla uis sufficiat, nisi extra aquae marginem paulatim glomerato funiculo extrahatur: uiso enim aeris fulgore statim praedam deserit. Praeda igitur iam circa aquae marginem euecta, in mare saltat piscatorum copia tanta, quanta ad praedam sufficiat sustinendam, donec e nauis comites eam apprehendant. Praeda in nauim tracta, funiculi tantum soluunt, quantum uenator possit ad locum suae sedis intra aquam redire: ibique de praeda ipsa per alium funiculum escas illi demittunt. Piscem incolae guaicanum, nostri Reuersum appellant, quod uersus uenetur. Quatuor testudines eo modo captas, quae nauiculam illis ferē implebant, nostris dono dant: cibus est enim apud eos non illautus: nostri autem e conuerso gratis muneribus donatos alacres, eos reliquere. Interrogati nauitae de terrae illius ambitu, non habere finem ab occidente significarunt: institeruntque, ut Admirantus aut descenderet, aut suo nomine salutatum suum Cazicum, id est regem, cum eis mitteret: Cazicum nostris multa munera daturum si adirent, pollicentes. Praefectus autem ne ab incepto detineretur, morem illis gerere recusauit: petiere tamen nomen eius, suique Cazici nomen nostris dederunt. Uterius inde procedens ad occidentem semper, intra paucos dies monti adhaesit altissimo, habitatoribus ob ubertatem referto. Ad naues panem, gossipium, cuniculos, & uolucres ferentes incolae confluebant. Ab interprete, an e caelo gens ista descenderet, miro affectu sciscitabantur. Rex horum & alij plures qui illi a stabant uiri graues, non esse insulam terram illam inuebant. Aliam insulam postmodum, ex his quae in laeuam huic terrae adhaerebant, ingressis, comprehendere quenquam non licuit, fugere enim omnes uiri foeminaeque nostris adeuntibus: quatuor canes in ea, sed non iarrabiles, aspectus foedissimi, quos comedunt uti nos haedos, comperere. Anseres, anates, ar-

Nouum piscandi genus

deas

A deas hæc insula gignit innumeras. Gurgites demum inter insulas & continen-
 tem adeò angustos ingressus est, quod uix uertere retro nauigia fas esset: adeoq;
 uadosos, quod arenam carina interdū uerteret. Horum gurgitum per quadra-
 ginta miliaria erat aqua lactea, spissaq;, ac si farinam toto illo pelago sparsissent.
 In amplum æquor quum tandem euasissent, ad octogesimum miliare mons
 alius altissimus sese illi obtulit. Aquandi lignandiq; gratia hunc adit. Inter pal-
 meta pinetaq; altissima fontes natiuos dulcium aquarum duos reperit. Interea
 dum ligna scinduntur, cadi implentur, ex nostris sagittarijs unus uenatum syl-
 uam ingreditur: ibi uir quidam alba tunica amictus adeò improuisus sese illi
 offert, quod prima facie esse quendam fratrem ordinis sanctæ Mariæ Merce-
 dis, quem secum Admirantus pro sacerdote habebat, existimauerit: sed hunc
 statim ex nemore alijs duo sequuntur: deinde à longe uidit agmen ueniens cir-
 citer triginta hominum uestibus cōtectorum. Tunc uero terga uertens ac pro-
 clamans, ad naues quamcelerrimo potest cursu profugit. Tunicati autem illi ap-
 plaudere, & ne ueretur persuadere omnibus modis nitebātur. Sed nihilomi-
 nus noster fugiebat. His præfecto renunciatis, alacer quod gentem cultam
 inuenerit, statim armatos in terram misit cum mandatis, ut si opus fuerit qua-
 draginta miliaria intra insulam pergerent, donec aut tunicatos eos aut alios
 incolas omni studio quæsitos inueniant. Nemus transgressi, uastam planiciem
 herbidam, in qua nec semitæ uestigium unquam apparuit, offenderunt: per her-
 bas proficisci conantes, adeò sese implicauerunt, quod uix miliare processerint:
 erat enim herba nostris segetibus spicatis nihilo minor. Fessi igitur reuertun-
 tur, non reperta semita. Postero die quinq; & uiginti armatos dimittit, quibus
 imperat, ut quæ gens terram incolat, diligenter explorent. Hi cum non lon-
 ge à littore magnorum animalium uestigia quædam recentia comperissent, in-
 B ter quæ leones esse arbitrati sunt, metu percussi redeunt. Inter ueniendum syl-
 uam reperiunt, serpentibus per altas arbores passim uitibus suapte natura pro-
 ductis, arboribusq; alijs plurimis aromaticos fructus parturientibus, consitam.
 Racemos tulere ponderosos ac succi plenos in Hispaniam: de fructibus autem
 alijs quos ferebant, cum in nauibus passari non commode possent, nullus al-
 latus est, putruerunt enim omnes, & corrupti in mare proiecti sunt. In pratis
 eorum nemorum gruum agmina nostratibus duplo grandiorum se uidisse re-
 tulerunt. Inter nauigandum cum ad alios quosdam montes uela dirigeret, in
 duabus casulis in littore uisis unum tantum reperit hominem: hic ad naues du-
 ctus, terram quæ trans illos montes iacebat, esse populosissimam, capite, digi-
 tis & quibus alijs poterat modis, significabat. Applicanti se ad ea littora præ-
 fecto, multæ canoæ obuiam prodeunt: inuicem se placidissime per signa com-
 pellarunt: neq; Didacus ille qui in Cubæ initio incolarū linguam intellexerat,
 hos intelligebat. Varia enim esse idiōmata in uarijs Cubæ prouincijs, perpen-
 derunt. Incolereq; regionis interna potētissimum regem qui se indueret osten-
 debant. Hunc tractum omnem summersum & aquis coopertum, littorâque
 canosa arboribus referta, ut nostras paludes, ait. Ibi tamen cum aquandi gra-
 tia in terram descendisset, conchylia ex quibus uniones habentur, uidit. Nec eo
 magis moram traxit: erat enim eius intentus non alius tunc ex præcepto re-
 gum, quàm quotquot posset maria discurrere. Vterius igitur procedentibus,
 omnia littorum culmina, usque ad alium montem qui se ad octoginta millia
 passuum ostendebat, fumigabant. Nulla erat specularis rupes ex qua fumus
 non egrederetur. Nec an incolarum essent ignes bene constitit ad necessita-
 tem parati, an uti suspectis bellorum temporibus fieri solet, per eos fumos si-
 gna uicinis darent, ut se in tutum reciperent, aut ut in unum conuenirent, si
 quid nostri contra eos moliri tentarent: aut fortè, quod magis consonum uis

C detur, ut tanquam ad rem mirandam nostra nauigia inspecturi concurrerent. Littora iam praefecto modo ad austrum, modo ad Africum siue Libym, curuabantur: mare uero ubique insulis implicitum. Hinc igitur carinae, quae terram saepius propter uadosa maria uerrerant, quassatae: rudentes, uela, & reliquum amplius, iam putrida: alimenta quoque per rimas male stipatarum nauium madefacta, sed praecipue panis biscoctus, corrupta, uertere retro proras praefectum coegerunt. Hanc ultimam existimati continentis oram quam ipse attigit, uocauit Euangelistam. Retro uela uertens, inter alias insulas continenti non ita finitimas, in pelagus incidit testudinibus magnis adeo condensum, quod naues aliquando detardarent: gurgitemque postea ingressus est albidarum aquarum, uti alium reperisse supra scripsimus. Ad crediti continentis tandem littora quae uenerat reuersus est, insularum uada pertimescens: ad eumque (cum neminem ueniens molestia affecisset) hilari uultu, posito omni timore, utriusque sexus incolae dona ferebant: psittacos alij, alij panem, aquam, cuniculos, sed praecipue palumbes nostris grandiores, quos sapore & gustu perdicibus nostris meliores fuisse, praefectus ait: quare cum sensisset inter comedendum spirare ex eis aromaticum quendam odorem, iussit de recenter interemptis quibusdam iugulos aperire. Plena illis odoratis floribus reperit guttura: inde gustum eum in palumbibus nouum emanare arguerunt: nutrimenti enim naturam sorbere carnes animalium aequum est credere. Dum in littore rem diuinam praefectus audiret, ecce primarium quendam octogenarium, uirum grauem, nec eo minus nudum, multis illum comitantibus. Hic donec sacra peragerentur admiratus, ore, oculisque intetus adfuit: dehinc praefecto canistrum, quem manu gerebat plenum patriae fructibus, dono dedit: sedensque apud eum per interpretem Didacum Colonom, qui id idioma cum propius accessissent intelligebat, orationem habuit huiusmodi: Terras omnes istas haecenus tibi ignotas manu potenti te percurrisse, renunciatum nobis fuit, populisque incolis metum non mediocre intulisse. Quare te hortor moneoque, ut itinera duocum corpore profiliunt, animas habere scias: tenebrosum unum ac tetrum, his paratum, qui generi humano molesti insensique sunt: iucundum aliud & delectabile, illis statutum, qui pacem & quietem gentium uiuentes amarunt. Si igitur te mortalem esse, & unicuique pro praesentibus operibus futura merita ob signata memineris, neminem infestabis. His & alijs pluribus per interpretem insularem praefecto admirati tale hominis nudi iudicium, relatis, respondit: Compertissima sibi esse quaecumque dixerit de animarum e corpore exuentium uarijs itineribus ac praemijs: immo & existimasse haecenus illa ipsi & reliquis earum regionum incolis fuisse ignota, cum ita uiuant natura contenti. Ad caetera uero, se a rege & regina Hispaniarum, ut eas omnes orbis oras haecenus incognitas pacaret, missum respondit: ut scilicet Canibales, & reliquos scelestos homines indigenas debellaret, debitisque supplicijs afficeret: innoxios autem ob eorum uirtutes tutaretur & honoraret: quare ne ipse, aut alius quisquam, cui non sit animus nocendi, uereantur: immo si quid forte a uicinis iniusti sibi aut alijs bonis illatum fuerit, aperiat. Seni praefecti dicta adeo placuerunt, ut se iturum quamuis aetate iam grauescentem cum praefecto libentissime praedicaret: coeactumque id fuisset, nisi uxor & filij obstitissent. Attamen quod alterius imperio hic subiaceret, summopere admiratus est: sed tunc multo magis, quando relatam illi fuit per interpretem, qualis & quanta essent regum pompa, potentia, ornatus, bellorum apparatus, quantae urbes, qualia oppida, obstupuit. Subtristis igitur, prostratis ante pedes eius, obortis lacrymis, uxore & filijs, honoratus senex permansit: iterum atque iterum an caelum esset ea terra quae tales tantosque uiros gigneret interrogans. Compertum est

*Ad mortalium
mores formandos
efficax oratio.*

A est apud eos, uelut solem & aquam, terram esse communem, neque Meum aut Tuum, malorum omnium semina, cadere inter ipsos. Sunt enim adeo paruo contenti, quod in ea ampla tellure magis agri supersint, quam quicquam desit. Aetas est illis aurea, neque fossis, neque parietibus aut sepibus praedia sepiunt. Apertis uiuunt hortis. Sine legibus, sine libris, sine iudicibus suapte natura reatum colunt. Malum ac scelestum eum iudicant, qui inferre cuiquam iniuriam delectatur. Maizium tamen & luccam Agesque isti colunt, uti diximus in Hispaniola fieri. Inde igitur rediturus discedens, in lamaycam iterum ab ipsius latere meridionali incidit, ab occidentem ad orientem totam percurrit. Ex cuius ab oriente ultimo angulo cum a septentrione montes altos ad laeuam sibi conspiceret, nouit tandem esse meridionale latus Hispaniolae insulae, quod nondum percurrerat. Quare portum eius insulae in calend. Septembris, qui sancti Nicolai dicitur ingressus, nauigia reparabat hoc animo, ut iterum Canibaliu insulas deuastaret, canoasque eorum omnes combureret, ne nocere ulterius lupi rapaces finitimis ouibus possint. Sed obstitit ne id exequeretur aduersa ualetudo, quae illum praenimia uigilia oppresserat. Semianimis igitur a nautis ad Isabellicam ciuitatem ductus, inter fratres quos ibi duos habebat & reliquos familiares, pristinam tandem ualetudinem recuperauit. Nec eo magis Canibales infestare, ob exortas inter Hispanos quos in Hispaniola reliquerat seditiones licuit. De quibus infra dicemus. Vale.

Admiranda uita innocentia.

OCEANAE DECADIS PRIMAE,
LIBRI TERTII FINIS.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. PROTONOTARII APOST.

consiliariique regis, Oceanae decadis primae, liber quartus,
ad Cardinalem Ludouicum Aragonium, nostri
regis nepotem.



X CONTINENTI, ut ipse arbitratur, Indico, Colonus praefectus marinus rediens, fratrem Boilum & Petrum Margaritem, ueterem regis familiarem, uirum nobilem, atque alios plures ex his quos ad regionis gubernationem reliquerat, ad Hispaniam corrupto animo discessisse comperit. Quapropter ut apud reges, siquid horum relatu male sentirent, se expurgaret: necnon ut uiros peteret alios eorum loco qui redierant sufficiens: tum etiam ut prouideret alimmentorum penuriae, utputa tritici, uini, olei, & aliorum huiuscemodi quibus Hispani uesci solent, cum insularibus cibis non facile assuefieri possent: redire ad curiam, quae tunc Burgis urbe celebri in Castella Veteri morabatur, constituit. Sed quae prius confecerit, breuiter enarrabo. Insulares reguli qui hactenus suo paruoque contenti tranquille quieteque uitam duxerant, cum nostros in eorum solo natali pedem figere conspicerent, grauiter id ferebant: nihil magis quam funditus eos inde detrudere, aut euertere penitus, & omnem eorum memoriam abolere, cupiebant. Nam ea gens quae praefectum in ea nauigatione secuta fuerat, maiori ex parte indomita, uaga, cui nihil pensi esset, libertatem sibi quoquo modo posset quaeritans, ab iniurijs minime se abstinere poterat. Insularum foeminas, ante parentum, fratrum, & uirorum oculos raptans,

Impietate militum offensu insulares.

C stupris rapinisq̄ intenta, animos omnium incolarum perturbabat. Quamobrem pluribus in locis quotquot imparatos ē nostris incolæ reperiebant, rabi- de, & tanquam sacra offerentes deo, trucidauerant. Pacandos igitur perturba- torum animos, eosq̄ qui nostros interfecerant puniendos esse priusquam inde discederet, ratus, eius conuallis regem, quam esse in radicibus mōtium Cigua- norum, superiore libro descripsimus, in colloquium adducit. Hic uocabatur Guarionexius: cui ut præfecti amicitiam arctius sibi conciliaret, placuit Didaco Colono, homini apud præfectum à teneris educato, quo interprete in Cubæ di- scursu usus fuerat, sororē dare in uxorem. Ad Caunabóam deinde Cibauorum montium, id est aureæ regionis, dominū (cuius ditionarij) Hoiedam cum quin- quaginta armatis intra arcem sancti Thomæ obsessum triginta dies tenuerant, nec obsidionem unquam soluerant, donec aduentare præfectum ipsum cum magna manu persenserint) Hoiedam ipsum oratorē mittit. Hoieda apud Cau- nabóam moram trahente, à diuersis regionis regulis legati mittuntur, qui Cau- nabóæ persuadere nitantur, ne figere pedem in insula Christianos patiatur, seruire nisi malit quàm imperare: fore enim ut nisi Christicolæ ab insula peni- tus eliminentur, insulares omnes serui sint illorum futuri. Alia parte Hoieda cum Caunaboa agebat, ut ad præfectum ipsemet proficisceretur, cum eoq̄ fœdus & amicitiam iniret. Regulorum legati ad eam regionem capessendam se suaq̄ omnia offerebant. Hoieda eadem perniciemq̄ suorum, si bella quàm pacem cum Christianis mallet, minitabatur. Caunabóa igitur hinc atque in- de tanquam scopulus diuersis fluctibus in medio mari conflictatus, etiam con- scientia scelerum agitatus, quod uiginti ex nostris hominibus per dolum in- cautos obrucasset, quamuis pacem cupere uideretur, adire tamen præfectum D uerebatur. Tandem fraude pensitata, præfectum & reliquos sub pacis specie, si fors offerret, perempturus, cum omni familia sua, pluribusq̄ alijs suo more armatis, ad præfectum mouet. Interrogatus cur adeo magnas hominum cater- uas secum duceret: respondit, tantum regem quantus ipse sit, pergere iter do- moq̄ incomitatum exire, non decere. Sed aliter longe quàm cogitauerat eue- nit: decidit nanque in laqueos quos parauerat. Blanditijs enim & pollicitatio- nibus, sui erroris inter eundum quod domo discessisset pertaxum, Hoieda tan- dem ad præfectum, illum ducit: capitur, in uincula conijcitur. Nec nostrorum animæ diu inultæ sine corporibus quieuerunt. Caunabóa cum omni familia eius capto, insulam percurrere præfectus instituit: sed significatum ei fuit tan- ta fame insulares urgeri, ut quinquaginta millia hominum amplius iam perie- rint, cadantq̄ quotidie passim, tanquam morbofi gregis pecudes. Quod illis sua peruicacia accidisse scitum est. Cum enim uidebant nostros in insula uelle sibi sedem eligere, existimâtes posse eos inde propellere, si insulares commea- tus deessent, non modo non seminare plantareq̄ ulterius statuerunt, sed etiam utrunque panis genus, de quo primo libro mentionem fecimus, seminatum, perdere euellerēque in sua quisque regione cœpit: sed inter Cibauos siue Ci- pangos montes præcipue, cum aurum quo ea regio abundabat, causam esse potissimam quæ nostros in insula detineret, cognoscerent. Decurionem in- terea cum armatorum turba qui latus meridionale insulæ exploraret, dimisit. Tunc omnes regiones quas percurrerat, panis penuria adeo laborare factus est, quod nihil unquam sexdecim dierum spacio comederint aliud, quàm her- barum palmularumq̄ radices, aut arborum natiuos montanos fructus. Gua- rionexius, cuius regnum non æque ac reliqua premebatur, nostris edenda quædam impartitus est. Intra paucos dies, ut breuiora essent itinerum spacia, ut ue crebriores ac plures nostri receptus haberent, si qua uis insularium ali- quando ingrueret, ab Isabella urbe ad arcem sancti Thomæ, in finibus regni huius

Magna ex ne-
glecta cultus
ra fames

A hulus Guarionexij intra Cibauī terminos, super cliuo salubrium aquarum sca-
 turientium celebri, arcem aliam erexit, quam Conceptionem appellauit. Tum
 uero cum noua indies insulares aedificia surgere, cum in portu nostras naues
 iam putridas ac semifraetas conspicerent, ab omni spe libertatis decidere coepe-
 runt: subtristes, an essent ex insulis Christiani discessuri, sciscitabantur. Ex arce
 demum Conceptionis, Cibauorum montium internauestigantes, auri rudem
 massam in tosi natiui similitudinem concuam, pugillo grandiolem, ponde-
 ris uiginti unciarum, à quodam regulo non in amnis illius ripa, sed in sicco tu-
 mulo repertam, habuerunt. Hanc ego ipse in emporio Castellæ Veteris Me-
 thymna Campi, ubi tunc curia hyemabat, uidi, manibusq; captam admirans li-
 braui, attrectauiq;. Vidi & electri puri, quo campanæ pharmacopolarumq;
 mortaria possunt & alia huiuscemodi, ueluti ex ære corinthia conflare, frustum
 adeo magni ponderis, ut illud uix non modo non eleuare ambabus manibus
 è terra, sed aut laeuorsum aut dextrorsum mouere sufficerem: librarum octun-
 cialium tricentarum pondus superasse massam aiebant. Eam in cuiusdam re-
 guli atrio à maioribus relictam repperant. Sciebant tamen ipsi, quamuis nul-
 lius insularis uiuentis ætate electri quicquam eductum fuisset, ubi electrifodina
 esset: sed ab eis locus eius uix potuit extorqueri, adeo iam stomacho pleni in
 nostros uiuebant. Ostēderunt tandem, sed dirutam, & lapidibus ac terra super
 iniecta obcæcatam: tametsi leuius quam in ferrifodinis ferrum fodiatur. Eam
 electrifodinam si opifices fossoresq; ad id ministerium apti adeant, reduci pos-
 se arbitrantur. Non longe ab eadem arce Conceptionis in iisdem montibus
 succini copiam non paruam, alibiq; stillare in speluncis glaucum colorem, quo
 pictores utuntur, non uulgarem inuenerunt. Nemora prætergradientes syl-
 uas immensas, quæ arbores nullas nutriebat alias præterquam coccineas, qua-
 rum lignum uestri mercatores Itali uerzinum, Hispani brasilum appellant, re-
B perere. Hic fortè, princeps illustrissime, tecum ipse anceps contemplaberis, di-
 cesq; tecum: Veluti ex coccineis arboribus naues quasdam onustas Hispani
 aduexerunt: ueluti ex auro parum, ex gossipio modicum, ex succino aliquid,
 ex aromatibus pauca: cur nõ auri cæterarumq; rerum eam copiam, quam, uti
 tu prædicas, polliceri tellus illa uidetur, attulerunt? Ad hæc, quæ dederunt, re-
 spondebo. Præfectus ipse Colonus super his interrogatus, Hispanos, quos se-
 cum duxit, somno ocioq; magis fuisse quam laboribus deditos, seditionumq;
 ac nouarū rerum studiosiores, quam pacis aut quietis, aiebat. Ab eo enim pars
 maior defecit. Præterea non potuisse prius insulares uinci aut domari refert, eo-
 rumq; uires frangi, ad imperium insulæ libere capeffendum. Hispani, se impe-
 ria eius sæua iniustaq; ferre nequiuisse, multaq; in eum commenti sunt. Pro-
 pter quos obices hæcenus uix impensæ lucrum respondisse uoluit. Hoc ta-
 men anno primo & quingentesimo, quo hæc tuo iussu scribo, intra duorum
 mensium spacium, circiter ducentas supra mille octunciales libras auri colle-
 gerunt. Sed ad inceptum redeamus: hæc enim quæ per digressionem leui-
 ter tetigimus, suo loco diffusius aperirentur. Quum anxios igitur perturba-
 tisq; animis incolas præfectus uideret, nec à ui & rapinis, donec inter eos uer-
 sarentur, prohibere nostros posset: pluribus ex finitimarum regionum pri-
 moribus conuocatis, conuenerunt, ut præfectus uagari per insulam suos non
 sinat: sub prætextu enim auri & aliarum insularium rerum quærendarum, ni-
 hil intactum aut impollutum relinquebant. Ipsi uero incolæ præfecto se datu-
 ros uiritim à quartodecimo anno usq; ad septuagesimum, de suæ quisq; regio-
 nis prouentibus tributum quod uellet, seruatuosq; quod ille statueret omnes
 pollicentur. Id foedus ita ictum est: Cibauorum montium incolæ, ut singu-
 lis tribus mensibus, quos illi à luna, lunas denominant, mensuram quandam
 illis obsignatam plenam auro ad ciuitatem mittant. Qui uero terras incolunt

ubi aromata aut gossipium suapte natura oriuntur, quantitatem quandam per capita tribuant. Placuit foedus: confectumque esset, ut pars utraque promissa seruaret: sed fames improba haec omnia rescidit: uix enim illis satis corpora ad uictum per nemora quaeritandum sufficebant, herbarum radicibus & syluestrium arborum fructibus longo tempore contenti. Plerique tamen cum ditionarijs suis reguli inter eas egestatis angustias promissi uectigalis partem attulerunt: petentes a praefecto supplices, ut aërumnae eorum miserere, ignosceretque, donec insula ad statum pristinum restitueretur: fore ut quae nunc deficerent, reintegrentur in duplum. Ex Cibauensibus pauci foedera seruauerunt, laborabant enim acriore fame quam caeteri. Hos moribus & lingua non aliter ab incolentibus plana differre aiunt, ac in caeteris regionibus ruricolae montani, sunt a curialibus diuersi: licet eodem genio uiuant omnes, rudi scilicet ac simplici agrestique, aliqd tamen est inter eos discrimen. Ad Caunabóam captum redeamus. Ille cum se coniectum in uincula uideret, tanquam leo libycus dentibus frendens, die noctuque quo modo se inde liberaret animo uersans, suadere praefecto coepit, ut quandoquidem Cipangi regionem sibi assumpsit in ditionem, praesidia Christiana, quae ab incursum ueterum hostium suorum finitimorum eam tueantur, mitteret. Significatum enim sibi fuisse ferebat, eam quotidie grassatione infestari, in praedamque bona suorum cuncta trahi. Sed hoc excogitato dolo, existimauit fore, ut frater eius qui erat in regione cum caeteris propinquis, aut per uim aut per insidias tot ex nostris caperent, quot ad se redimendum permutatione suppeterent. Praefectus autem intellecta fraude Hoiedam mittit, sed cum ea armatorum copia, quae Cibauensium arma, si arma mouerint, superare posset. Vix intra regionem nostri uenerant, cum Caunabóae frater, conuocatis circiter quinque millibus suo more armatorum: nudi enim, sagittis sine ferreis cuspidibus, sudibusque & clauis quibusdam bella gerunt: intra quandam domunculam eos circumsepsit obseditque. Hic Cibauus, tanquam uir disciplinae bellicae non ignarus, ad unius stadij distantiam exercitum in quinque acies diuidit, cuique in gyrum per aequos tractus locum statuens: suam autem aciem e regione nostris opponit. Inde cum diligenter omnia instituisset, ex acie sua, ut omnes aequis passibus una gradientur, paulatim signa dari iubet, pedetentimque ut una omnes uocibus sublatis pugnam undique ineant, manusque conserant, imperatum omnibus ordinibus reliquerat: ne nostrorum quisquam ita circumuallatus posset euadere. Sed nostri cum una acie configere satius esse rati, quam eum impetum expectare, in aciem grandiore per apertos agros uenientem irruunt, eo quod equestri praelio committendo ea pars commodior esset. In eos igitur sese equites praecipitant, equorum pectoribus eos prosternebant: leuiter profligantur, perimuntur quicumque expectarunt. Caeteri metu percussi in fugam conuertuntur, ad montanasque rupes asperas, relictis domibus, se recipiunt, indeque ut eis ignosceretur precabantur, se quodcumque imperatum libenter subituros, si intra natales suos eos uiuere patiantur, attestantes. Caunabóae fratre tandem capto, popularium quenque in sua remisertunt. His actis, regio illa pacata est. Inter eos montes uallis, quam Caunabóa incolebat, Magóna uocatur, omnibus auriferis & fontibus fortunatissima, fertilisque maiorem in modum.

Turbo uiolentus

Eo anno mense Iunio inauditum ab Euro turbinem, eleuatis usque ad sidera rapidis uorticibus, exortum fuisse praedicant, qui quascumque maximas arbores offendebat, radicibus euerteret. Is tiphon quum ad ciuitatis portum iam peruenisset, tres naues quae solae in anchoris stabant, ruptis rudentibus, sine ulla maris procella aut fluctu circumactas ter aut quater, in profundum misit. Creuisseque eo anno praeter solitum intra terram, & extendisse se mare plusquam cubiti mensuram, ferunt. Gentem hanc perturbasse elementa, atque portenta haec tulisse, immurmurabant insulares. Has aëris procellas uti Graeci tiphones, furacanes isti appellant: crebro nancque surgere in ea insula inquit: sed furacanes nunquam aequae uiolentos

Inundatio aquarum magna

Atos aut furibundos: neq; enim uiuentis ullius ætate aut memoria maiorum extabat, similem unquam turbinem, qui & grãdiores arbores euelleret, ad eam insulam ruisse: neq; mare ibi tempestatem ullam fuisse unquam perpeffum cõstat: imò neq; maris æstuaria pati: ubicunq; enim littora planiciem aliquã attingunt, prata florida littoribus proxima reperiuntur. Caunabóam repetamus. Caunabóa rex & frater eius cum ad reges in Hispaniam ducebantur, dolore animi confecti, in itinere moriuntur. Præfectus autem summerfis fero turbine nauigijs, se interceptum uidens, duas statim Carauelas iussit fabrefieri: omniũ enim artium magistros secũ habebat. Interea dum hæc fieret, fratrem suum Bartholomæum Colonom, ipsius insulæ more hispano Adelantatum cum metallarijs quibusdam armata manu ad aurifodinas, quas ad lequas ab Isabella sexaginta ante Cispangas, ductu insularium repertas, ire tentatum iubet. In eis effossos ueterum tempestate profundos puteos inueniunt. Præfectus inde ingētes thesauros sibi illos, de quibus ueteri testamēto agitur, Salomonem Solymorũ regē per sinum persicum comparasse contendit. Sit an non, non est meum dijudicare: sed longe abest meo iudicio. Metallarij diuersis in locis superficiale[m] terram aurifodinarum circiter sex millia passuum duratium cribrantes in sicco, tantam ibi auri copiam iacere demersam censuerunt, ut mercenarius quisq; fossor ad id conductus tres auri drachmas singulis diebus facile queat effodere. His ita indagatis, Adelantatus simul & metallarij præfecto rem per literas significãt: quibus habitis quinto idus Martij anni quinti & nonagesimi, naues, quæ iam peractæ erãt, statim ad reges uenturus alacer conscendit: prouinciã gubernandã fratri Bartholomæo Colono Adelantato, omni potestate relicta.

PETRI MARTYRIS ANGLI

B MEDIOLAN. PROT. APOST. REGIIQUE
consiliarij, Oceaneæ decadis primæ, lib. quintus, ad Cardinalem Ludouicũ Aragonũ, nostri regis nepotem.



ADELANTATVS autem ipse Bartholomæus, ex sui fratris discedentis consilio, arcem in aurifodinis erigit. Hanc arcem auream appellat: quoniam ex terra quæ ad muros construēdos ferebatur, calones & muratores inter pinfendum aurum deligebant. Tres menses ad instrumenta quibus aurum lauari & colligi posset conficienda cõsumpsit: sed rem imperfectam fame compulsus reliquit. Ad sexagesimum inde milliãre, quò ipse cum armatis pluribus concessit, panis insularis portionem quãdam à prouincialibus habuit, permutatione rerum nostrarum. Attamen morari diutius illic nequiuit. Relictis igitur ad eius arcis præsidium decem hominibus, cum ea panis insularis portiuncula quæ supererat: relictoq; illis uenatorio cane ad capiendum genus id animalis, quod apud eos esse supra diximus cuniculo nostro simile, nomine Vtias, ad Conceptionẽ reuertitur. Erat præterea is mensis quo Guarionéxius rex, & alius illi finitimus Manicautéxius nomine, tributa erant ei laturi. Ibi totum lunium immoratus, uectigalia in integrum ab his duobus regibus, & uictui necessaria sibi & ijs quos ductabat, qui erant fortè quadringenti, exegit. Circiter calend. Iulij tres cum escarijs rebus, tritico, oleo, uino, suillis, uaccinisq; carnibus falsis, Carauelæ aduenerũt: ea uiritim pro constitutione ex Hispania lata diuiduntur: quamuis ex his aliqua madida corruptaq; uecta esse conqueerentur. Per has naues à regibus & fratre præfecto, qui iam multa antea de hac re apud reges egerat, ut ad meridionale insulæ latus habitationẽ traducat, in mandatis Bartholomæus gubernator habuit: erat enim ea pars aurifodinis propinquior. Imperatumq; etiam illi est, ut regulos eos

C qui Christianos peremisse reperirentur, cum suis ditionarijs errati participibus, uinctos in Hispaniam mitteret. Tercetum insulares cum suis regulis captos mittit. Post explorata diligentius meridionalia littora, transportat habitationem, arcemq; ibi super edito colle apud portum bene tutum condidit: quam arcem sancti Dominici, quoniam die dominico eo apulsus est, uocitauit. Amnis salubritate & fructuum ubertate felix. aquarum & uarijs piscium generibus optimis referatissimus, in portum amoenis utrinq; ripis defluit. Miras esse fluminis naturae dotes referunt: quacumq; enim fluat, omnia iucunda, utilia omnia, palmeta, frutetaq; insularia omnis generis, nauigantibus ramos floribus, fructibusq; onustos in caput interdum declinabant, æquamq; soli eius uel beatorem Isabellica ubertatem prædicant. In Isabella ualentudinarios tantum nauiumq; magistros quosdam, qui duas quas inceperant Carauelas perficerent, reliquit. Cæteros ad sanctum Dominicum ad meridiem traducit. Post arcem conditam, relicto in ea uiginti hominum præsidio, cum reliquis ipse, occidentales insulae partes internas, hæcenus nomine tantum notas, exploraturus, sese accingit. Ad triginta inde lequas, id est, miliaria nongenta, in fluuium Naibam, quem à Cibauis montibus ad meridiem recta per insulae medium descendere memorauimus, incidit. Hoc amne superato, cum singulis armatorum hominum quinque & uiginti turmis, decuriones duos ad regulorum terras, quorum nemora ex coccineis arboribus constant, per diuersa dimittit. Læuorsum isti tendunt, syluas inueniunt, ingrediuntur, scindunt, cadunt altæ intactaq; hæcenus præciosæ arbores: singulas insulares casas decuriones singuli coccineis implent truncis: ubi donec nauigia ducantur quæ illos abducant, feruentur. Adlantatus autem dextrosum iter capiens, non longe à ripa fluminis Naibæ potentem quendam, nomine Beuchium Anacauchóam, regem castris positus, contra Naibenses incolas in armis esse, reperit, ut illos suæ ditioni, D ueluti plures alios insulares regulos, subiiceret. Huius potentis regia, occidentalem uersus insulae calcem sita Xaraguá, à flumine Naiba triginta lequas distans, montosa, aspera: sed quicumq; reguli medium tenent, huius imperio parent. Omnis ea regio à Naiba ad ultimam occidentis oram auri expers est. Nostros, depositis armis, datoq; pacis signo, placidissime, incertum metu an humanitate, suscipiens, quidnam tibi uellent, interrogauit. Adlantatus inquit: Ut quemadmodum & reliqui huius insulae principes, præfecto marino fratri meo Hispanorum regum nomine uectigalia præstes. Cui ille: Quomodo id à me potestis exigere, cuius nulla regio de multis quæ mihi imperanti auscultant, aurum gignit: audierat enim gentem exteram, quæ aurum auide quæriraret, ad insulam aduentasse: sed quod aliud quam aurum cuperet, minime arbitratur. Tunc Adlantatus: Absit ut cuiquam tributa iniungamus, quæ persolui facile non possint, quibus uel regiones careant. Gossampij, canabi, & aliarum huiuscemodi rerum copiam, regionem producere compertum habemus: ex quibus prouentibus ut nobis aliquid impartiaris, petimus. At ille, his auditis, hilari fronte, sereno uultu, se quantum uoluerint accipere de his daturum pollicetur. Dimissoq; exercitu, ipsemet præmissis nuncijs, Adlantatum usq; ad locum ubi ipse regiam habebat, ad lequas, uti diximus xxx comitatus est, totoq; eo tractu per regulorum ei subditorum dioceses iter semper fecerunt: alijs canabi, quod non peius nostro ligno ad nauium amplustræ contexendū esse dicunt: panis alijs, alijs gossampij, pro telluris uariæ natura, tributa imperantes. Ad regiam tandem Xaraguensem ueniunt. Hanc priusquam ingrediatur, incolæ omnes regem suum Beuchium Anacauchóam ac nostros honorifice suo more recepturi occurrunt. Inter cætera pompe hic spectacula, audi duo inter nudas & incultas gentes memoratu digna. Appropinquatibus primum triginta foeminae, regis uxores omnes, ramos palmarum manibus ferentes, tripudij, cantibusq; ac sonis, ex regis præcepto, nudæ toto corpore præter pudibunda, quæ femoralibus quibusdam gossampinis corruptæ

contæ

A contegunt, obuiam prodeunt. Virgines enim capillis per humeros sparsis, frontibus tamen uitta ligatis, nullam sui corporis partem cooperiunt. Faciem, pectora, mammam, manus, cæteraque subalbido colore prædicant fuisse pulcherrima. Dryades formosissimas, aut natiuas fontium nymphas, de quibus fabulatur antiquitas, se uidisse arbitrati sunt. Palmarum manipulos, quos dextris gestabant chorizantes, præfallentesque inuicem, poplitibus flexis Adelantato omnes dono dant. Domum deinde regis ingressi, eorum more laute paratam coenam inueniunt: uires reficiunt: nocte uero superueniente, pro cuiusque statu, ad hospitia obsignata per regis ministros ducuntur, ubi in paratis pro eorum consuetudine lectis pensilibus, quos alias descripsimus, quieuerunt. Altero die ad eam domum quam sibi loco theatri construunt, nostri ducuntur. Ibi post multas uariasque choreas & salutationes, in latam planiciem duæ ex insperato ingentes armatorum acies descendunt, quas ludi & delectationis gratia (ut apud Hispanos ludus troicus, id est harundineus, sæpius instruitur) rex apparari iusserat. Cominus accedentes, ac si hostes collatis signis, pro opibus, pro focis, pro natis, pro imperio, pro uita denique ipsa certaturi, concurrerent: ita duæ ille acies utrinque manus conferunt, missilibus telis & sagittis. Intra breue horæ momentum quatuor cecidere, pluresque uulnerati fuerunt. Acrius pugnatum fuisset, nisi rogatu nostrorum, rex dato signo pugnam diremisset. In tertium inde diem, consilio regi præbito, ut gossampij plus deinceps in ripis aquarum, quò impositum per focos tributum facilius persolueretur, sererent, ad Isabellam, ualetudinarios & nauigia quæ incepta reliquerat uisurus, tendit. Varijs morbis circiter trecentos reperit cecidisse: quare anxius, & quid consilij caperet erat ignarus: cum non modo ad ualetudinem resarciendam, sed uictui necessaria ferè cuncta deessent: neque enim ex Hispania nauis ulla aduētabat. Sic hæsitans, ualetudinarios per regiones & castella in ipsis

B erecta dispartiri constituit. Castella enim ab Isabella recto itinere ad sanctum Dominicum, id est, à septentrione ad meridiem, per insulam hæc erexerunt. Ab Isabella ad lapidem sextum & trigessimum Speranciam arcem condidit. A Sperancia uero ad lapidem quartum & uigesimum diuam Catharinam. A Catharina ad uigesimum, sanctum Iacobum arcem. A diuo Iacobo ad alia uiginti miliaria Turritam condidit munitiorem, quam Conceptionem appellauit: quod in radice Cibauorum montium, quodque in planicie ualidissima ubere & populosa. Aliam deinde mediam inter Conceptionem & sanctum Dominicum condidit Conceptione munitiorem: quoniam intra terminos reguli, cui supra quinque incolarum millia parebant: Bonauum nomine uocant insulares eius regionis uicum, qui caput est regni: propterea Bonauum etiam uoluit arcem præfectus appellari. Per hæc igitur castella castellorumque uicina, in insularium domibus infirmis dispartitis, ad sanctum ipse Dominicum proficiscitur, à regulis qui medium tenebant, imposita exigens inter eundem uectigalia. Vbi cum aliquot dies moraretur, rumor exoritur, regulos omnes finium Conceptionis desperatis in nostros animis uiuere, studereque defectioni. Ad eos igitur, ubi hæc nunciata sunt, longis mouet itineribus. Cum propius accederet, Guarionexium regionis huius capeffendæ imperatorem ab omnibus fuisse delectum, fama increbuit: seductumque & sollicitatum, semi inuitum tamen ab alijs fuisse, cum nostrorum astus & arma iam alias expertus pertimesceret. Conuenerant certo die cum quindecim millibus hominum suo more armatorum, fortunam belli iterum tettare. Ibi Adelantatus consilio habito cum arcis præfecto reliquisque militibus quos ducitabat, adoriēdos esse incautos & palātes regulos in proprijs laribus, priusquam exercitum compararent, constituunt. Ad singulos igitur regulos singuli centuriones mittuntur, qui ex insperato dormientes, priusquam sparsis populis liceat conuenire, uicos eorum ingressi, quos non moenibus, non fossis, non aggeribus circunseptos habent, impetunt, captant, uinciunt, ducunt quisque suum, uti fuerat imperatum.

*Arces quas
ædificarunt
in insulis.*

C Ad Guarionexium Adelantatus ipse tanquam ad potentio-
rem perrexit, cepitque sicut & alij eadem hora constituta suos. Quatuordecim ea nocte ex eis ad
Conceptionem tracti sunt. Paulò post duobus ex ijs qui Guarionexium, reli-
quosque rerum nouarum studiosiores seduxerant ac subornauerant, supplicio
affectis; ne suorum regum dolore confecti incolæ agros desererent, quod sum-
mum incommodum propter semētes, nostris afferre potuisset, Guarionexium
& reliquos dimisit. Ditionarij ad quinq; millium numerum confluxerunt, pro
suorum regum liberatione inermes: intonuit aër, contremuit terra, præ clamo-
re illorum usque ad sidera eleuato. Adelantatus Guarionexium atque alios pol-
licendo, donando, minando, ut in posterum cauerent ne quid molirentur, ad-
monet. Guarionexius apud populum orationem habuit de nostrorum poten-
tia, indulgentia in delinquentes, liberalitate in fidos: ut sedent animos, nec quic-
quam ulterius astruant cogitentque contra Christianos, sed ut illis obtemperent,
obsequantur, seruiant: nisi se in maiores indies calamitates trudi cupiant. Ora-
tione habita, pensilem illum humeris captant, pensilemque usque ad suæ regiae pa-
gum humeris portant. Ita per aliquot dies regio pacata est. Solliciti tamen & tri-
stes nostri, in exteris regionibus deserti, quod quintusdecimus iam mēsis à præ-
fecti discessu ageretur: quia cuncta quibus indui uescique solebant deficerent,
demisso uultu incedebant. Adelantatus eos, quam melius poterat, inani spe de-
pascendo solabatur. Dum hæc ageretur, Beuchius Anacauchóa (sic enim Xara-
guæ occidentalis partis, quam supra memorauimus, rex uocabatur) ad Adelan-
tatum nuncios mittit, qui gossampium cæteraque uectigalia quæ sibi suisque inco-
lis imperauerat, parata esse significaret. Ad iter se accingit Adelantatus, pergit,
honorifice à rege recipitur & eius sorore, quæ quondam Caunabœ regis Ci-
bauu uxor, non minoris erat in fraterni regni gubernatione momenti & con-
siliij quam frater. Aiunt enim eam esse urbanam, facetam, ac prudentissimam:
fratrique ut Christianis assentetur, blandiatur, obtemperet, exemplo mariti eius
edoctus, persuaserat. Hæc fœmina Anacaóna nūcupatur. Duos & triginta ibi
regulos in Beuchij Anacauchœ regia congregatos cum tributis expectantes
reperit: qui omnes præter imperata uectigalia, ad beneuolentiam cum nostris
captandâ, munera tulerunt ingentia ex utroque pane, radicali scilicet ac paniceo:
utias, id est, cuniculos insulares innumeros, piscesque: sed ne putrescerent aut
corrumperentur assos tulerunt: & de serpentibus, quos inter edulia principa-
tum obtinere, crocodilisque similimos esse supra descripsimus: iuannas serpentes
uocant. Has in insula nasci serò didicerunt: neque ex eis nostri ob fœditatem, quæ
horrorem, non modò nauseam inducere uidebantur, gustare hætenus ausi fue-
rant: præmordere paulatim Adelantatus iuannam, regis sororis plectus face-
tius, statuit: sed ubi demulcere carniū earum sapor palatum & guttur cœpit,
plenis deinde faucibus eas expetere uidebatur: non mordicus deinde neque uix
uncto labello illas delibabant, sed eluones omnes effecti, de re nulla iam præ-
terquam de serpentium suauitate fermocinabantur, lautioresque esse dapes illa-
rum, quam aut pauonis aut phasiani uel perdicis apud nos. Sed si aliter quam
uno condiatur modo, uti pauones & phasiani, nisi lardo inuoluti ueribus assen-
tur, saporem perdūt. Euisceratas à iugulo ad inguina, lotasque ac deterfas diligen-
ter, & in gyrum postea, in modum anguis dormientis in se recepti, insinuatas,
in ollam sui tantū capacem, paulisper aquæ cum pipere insulari super iniecto,
comprimunt, tenuiter igne ex quodam ligno odorato minime fumoso suppo-
sito. Ex abdomine sic stillato ius efficitur, ut aiunt, nectareum, nullumque esse epu-
larum genus ouis ipsarum serpentium par ferunt, quæ per se & lenius coquun-
tur. Sic coctæ & recentes suauissimæ & seruatæ per aliquot dies iucundissimæ
sunt. De edulij satis, ad alia ueniamus. Quū uectigali gossipio insularem quan-
dam casam Adelantatus impleuisset, panis sui quantumcunque uellet se liben-
ter

A ter impartituros reguli pollicentur. Is oblata eorum acceptans, gratias agit. Interea igitur dum per regiones panis conficeretur, ad regiamq; Beuchij Anacauchóæ Xaraguenſis regis portaretur, ad Ifabellam nuncios mittit, qui adduciperactam carauelam de duabus, quas inceptas reliquerat, ſuo nomine impellent. Pane nanque ſe onuſtam ad eos illam remiſſurum renunciauit. Læti nauitæ, nauim ad Xaraguenſe littus, inſulam circumeuntes, plenís uelis tendunt. Beuchij Anacauchóæ regis ſoror, illa faceta, prudens & magni ingenij mulier Anacaóna, uxor quondam Caunabóæ, ubi nauim noſtram ad patrium littus ſuum applicatam cognouit, fratri perſuadet, ut ambo ad illam uidendam proficiſcantur: ſex tantū paſſuum millia littus à regia diſtabat. Itinere autem medio, in uico quod eſt ipſius regis ſororis gazophyſiacium, pernoctatum eſt. Illius uero theſauri, non aurum, non argentum, non gemmæ, ſed utēſilia tantum, reſq; ad humanum uſum attinētia, utputa ſedilia, paropſides, lances, pelues, patellæ ex ligno nigerrimo, lubrico, lucido (quod hebenum eximius artium & medicinaræ doctor tuus Ioannes Baptiſta Eliſius eſſe contendit) conſectæ, & arte mira laboratæ. In his enim quicquid eſt incolis ingenij à natura tributum, exercent. Sed hæc illi ſceminæ in inſula ſua Guanabba (quam in faucibus occidentalibus Hiſpaniolæ inſulæ, ſi pictam uideris, iacere conſpicias) fabreſiunt; in eis lemurum, quos noctu uidere ſe prædicant, ſerpentum, hominum & aliarum rerum quæcunq; ſemel intuentur, uiuos uultus cælant. Quid facturos illos, illuſtriſſime princeps, putares, ſi ferrū & chalybem aſſequerentur: illa enim omnia igne prius interius mollefacta, lapillis poſtmodum fluuiatibus quibuſdam cauant & diducunt. De ſedilibus Adelanato quatuordecim, de utenſilibus autem menſarijs & coquinarijs fictilibus ſexaginta, dono dedit. Quatuor præterea neti goſſampij glomos ponderis immenſi tribuit. Ad littus igitur poſtero die cum perueniſſent, ubi pagus erat alter regius, ſeruitoriã iuſſit Adelanatus cymbam inſtructam aduehi. Rex autē canóas ſuo more depictas duas, unam qua ipſe cum familiaribus ſuis, alteram qua ſoror Anacaóna & eius ancillæ ueherentur, apparat. Sed in ſeruitoriã cymbam uoluit Anacaóna cum Adelanato uehi. Cum nauim appropinquaret, ex compoſito ignem tormentis ſuſſigunt: mare tonitruis, aër puluereo fumo, implentur: tremunt, terrentur, mundi machinam laborare ea concuſſione arbitrati ſunt. Verum enim ubi Adelanatum ridere, in faciem eorum uerſum, uident, ſedant animos. Cum autē propius irent, fiſtulæ, tibiæ, tympanaq; inſtructis choreis pulſantur. Illi ſonitus dulcore allecti ſtupent, admirantur. Ingreſſi nauim, ubi proram, puppim, caſtella, tabulata, carinam, cubicula diligenter percurreunt, frater in ſororem, ſoror in fratrem oculos uertentes obmuteſcebant: neq; quid præ nimia admiratione inuicem loquerentur, intueniebant. Dum his intenti per nauim uagarentur, eleuari anchoras ex temporeq; uela ex antennis deuolui & protendi, in altumq; dirigi iubet. Tum uero ſtupidiores, cum ſine remis, ſine hominum robore, molem ita grandem adeò celeriter, per æquor uolitare conſpicerent: flabat enim è terra optatus ad id uentus: ſed tunc multo magis cum eodem uento duce, ire modo, modo redire, modo in dextram, in læuam modo, uti libebat, uertere nauim cererent, admirabantur. His ita peractis, nauim pane radicali cæterisq; muneribus repleta, noſtris etiam muneribus donatis, nō modo Beuchium Anacauchóam regem ſororemq; eius, ſed miniſtros ancillasq; utriuſq; alacres ſtuporeq; ple-nos dimiſit. Ipſe uero terreſtre iter aggreſſus cum militibus ad Ifabellam cōceſſit. Ibi Rodalnum quendam Ximenum facinoroſum, quem foſſorum & calorum ductorem ex famulo ſuo, deinde iuſtitia præſidem, præfectus erexerat, malo uiuere in Adelanatum animo ſignificatum eſt. Comperit inſuper Guarionexium regem huius Rodalni, & aliorum relictorum inſolentias & rapinas pati ulterius nequiuiſſe, cum familiaribusq; ſuis & ditionarijs pluribus, deſpe-

*Seruilis ingenij
euecti intempe-
ries & malitia.*

Crato animo, ad montes quosdam, qui ab Isabella decem tantum lequas, occidentem uersus, in littore septentrionali, distant, secessisse. Montes montiumque incolas uno nomine Ciguaios uocant. Regem regulatorum monticularum principem Maiobanexium appellant: eius regia Capronus dicitur. Montes asperi, alti, inaccessi, in arcu a natura dispositi, ad mare cornua porrigunt. Inter utrumque montis eius cornu pulchra planities, per quam in mare plura flumina a montibus ipsis delabuntur. Gens fera, bellicosa, quae a Canibalibus originem traxisse creditur: cum enim e montibus ad planiciem bellum finitimis illaturi descendunt, si quos perimant, comedunt. Guarionexius igitur ad hunc regem monticolam confugiens, dona illi regia multa suo more quibus monticolae carent, impartitus est: retulitque sese nefarie, foede, uiolenter a nostris tractatum: nec humilitatem, nec superbiam quicquam sibi apud nostros profuisse conqueritur. Propterea se supplicem ad eum uenire, ut illum tutetur, defendatque ab iniurijs facinorosorum hominum, precatur. Maiobanexius autem omnem illi opem, tutelam, praesidium contra Christianos pollicetur. Ad Conceptionem igitur Adelantatus proficiscitur. Roldanum Ximenum, qui in insularum pagis ad miliare duodecimum cum ijs qui eum sequebantur hospitabatur, accersiri facit: quid sibi uellent hi motus interrogat. Ille perfricata fronte respondet: Admirantum fratrem tuum interisse, regibusque nostris paruae curae res nostras esse uideamus: fame dum te sequimur perimus, cogimur infelicem uictum per insulam quaeritare. Praeterea me una tecum insulae gubernatorem praefectus reliquit: quare mens nobis est, nolle ulterius tuo imperio parere. Haec & alia Roldanus. Adelantatus autem manu in eum iniicere cupiens nequiuit, euasit enim, secuti que illum sunt septuaginta homines, quibus comitatus ad occidentem in

D Xaraguam regionem se contulit: ibique, uti Admirantus nunc & frater eius testantur, solutis habenis stuprari, praedari, trucidare coeperunt. Interea dum haec fierent in insula, a regibus tandem nauigia Admiranto obsignantur octo: de quibus primum duo ex Gadibus Herculeis recta cum alimentis mittit ad Adelantatum fratrem. Haec duo nauigia ad eam insulae partem occidentalem in qua Roldanus Ximenus cum consortibus agebat, casu primum appulsa sunt. Sed uicit illos Roldanus, pro ligone puellarum papillas tractandas, pro labore uoluptatem, pro fame affluentiam, pro lassitudine & uigilijs, quietem promittens. Guarionexius interea, comparata manu amicorum, ad plana saepenumero descendens, insulares nostrorum amicos, Christianosque quoscunque assequebatur, trucidabat, agros hostiliter uastabat, semetes diripiebat, pagos depopulabatur. Roldanus comitesque quamuis Admirantum propediem uenturum sensissent, quandoquidem nouos homines cum duobus nauigijs praemissis uectos subornauerant, minime perterrebantur. Dum inter hos fluctus miser Adelantatus fratrem indies expectans uersaretur, praefectus frater ex Hispanis littoribus cum reliquis nauigijs discedit. Sed non itinere recto ad Hispaniolam, uertit enim se ad meridiem. Qua nauigatione quid sit operatus, quas maris ac terrarum oras peragrauerit, quid, nouos tractus detegens, inuenit, prius enarremus. Harum enim seditionum & tumultuum euentum, in sequentis libri calce late referemus. Vale.

PETRI MARTYRIS ANGLI 15

A MEDIOLAN. PROTONOTARII APOST.

consiliarijꝫ regij, Oceanæ decadis primæ, liber sextus,
ad eundem Cardinalem Ludouicū Aragonium.



X OPPIDO Barramedabætis, ostio à Gadibus parum
distanti, cum octo nauibus onustis, tertio Cal. Iunij, anni
octaui & nonagesimi, Colonus dat uela: assuetumq; iter
suū per Fortunatas, ob piratas quosdā Gallos, qui, ut illum
adorirentur, in itinere recto operiebantur, detorsit. Ad For-
tunatas ituris, ad milliare uigesimum & septingentesimum
læuorsum, Madera incurrit insula, quæ australior Hispalis

est quatuor gradibus. Eleuatur enim Hispali polus arcticus gradus sex & trigin-
ta: huic autē insulæ, uti nauitæ referūt, duo & triginta. Maderam igitur primum
ad nauigauit: inde missis ad Hispaniolam itinere recto nauibus reliquis commea-
tus uehētibus, cum una naui caueata, & duabus mercatorijs caruelis, australis
plagæ iter aggressus est, lineam petiturus æquinoctialem: deinde ut eius occi-
dentem sequens, locorū quæ reperirēt naturam, Hispaniola ad septentrionem
dextrorsum relicta, uestigare. Iacent in eo discursu mediæ Hesperides Portuga-
lensium insulæ tredecim, præter unam, inhabitatæ, quæ Caput Viride appellan-
tur. Hæ sunt interiori Aethiopiæ e regione ad occidentem duorum tantū dierum
nauigatione uicina. Ex his uocant Portugalenses unam Bonauistam: cuius te-

studinibus multi quotannis leprosi sua labe mundantur. Inde, cum esset ibi aër
contagiosus, subito discedens, ad aphricum, qui medius est inter austrum & fa-
uonium, millia passuum cccclxxx nauigauit. Ibi malacijs & ardoribus,
nam erat is Iunius mēsis, adeò, ut ait, oppressus fuit, ut ferè nauigia illi incende-
rentur: cadorum circuli crepebāt & rumpebantur, aqua dispergebatur. Homi-

B nes eos æstus sufferre nequibāt: eleuabatur enim eis, ut ipse retulit, ab horizon-
te polus gradus quinq; tantū. Octo dierum quibus ea perpessus est, primus fuit
serenus, reliqui nubilis ac pluuiosi, nec eo minus seruidi. Quare sapius, adisse,
non mediocriter poenituit. Actus in eo discrimine & angustia his octo diebus,
uulturnus illis flatu secūdo exoritur: quē uentū secutus rectā ad occidentē, eius
paralleli aliam stellarum faciem, aliamq; aëris gratiam, ait præfectus se reperisse.

Nam in tertiu inde diem temperiem se amœnissimam sensisse, inquit omnes.
Assueuerat enim præfectus se à malacijs & ardoribus semper ascendisse per ma-
ris dorsum, ueluti per altum montem cœlum uersus ascenditur: nec tamen ad-
huc in omni prospectu terram ullam uiderat. E cauea tandem grādiōris nauis,
pridie calendas Iulij, nauita quidam speculator tres montes altissimos, sublatis
præ lætitia ad cœlum uocibus, se conspiciere proclamat: ne fragātur animo hor-
tatur: mœsti enim erant, tum adusti solis ardoribus, tum quoniam aqua illis defi-
ciebat, cum cadi, qui præ nimio calore concrepuerant, aquam per scissuras euo-
muissent. Læti ergo adeunt: attamen ubi primum terram attigerūt, eo quod ibi
esset mare uadofum, quamuis portum à longe uiderint, aliās satis commodum,
non potuerunt terram capere. Habitata esse regionē & bene cultam perpen-
derunt e nauibus: nanq; cultissimos hortos, & amœna uiridaria uident: ex quo-
rum herbis & arboribus matutini rores ad eos suaues efflabant odores. Ad ui-
gesimum inde lapidem in portum incidit recipiendis nauibus satis aptum, sed
nullus in eum amnis decurrebat. Procedens igitur reperit tandem portum re-
parandis nauibus aptum, & aqua & lignis sumendis accommodatum: Arenas-
lis Putam hanc terram uocat. Vicina portui domicilia nulla reperere, sed innu-
mera quorundam animalium uestigia, ueluti caprina, inuenerunt: de quorū ge-
nere unum uidere mortuum, ut aiunt, quasi capræ simile. Altero die canoam
à longe uenientem prospiciunt, qua uiginti quatuor homines uehebantur, iu-

*Testudinū geo-
nere quodam
medetur lepræ*

C uenes omnes elegantes & proceræ staturæ: scutis, præter arcus & sagittas, ultra morem aliorum armati: capillis oblongis, planis, & quasi more Hispano scissis in fronte. Pudibunda uitta gossampina uarijs coloribus intextra tegebant, cæterum nudi. Tunc uero terram illam reliquis eius paralleli regionibus cœlo proximiorē esse, & à crassis conuallium ac paludum uaporibus remotiorē credidit, quanto altorum montium à profundis uallibus suprema culmina recedunt. Quoniam se ab Aethiopiæ parallelis nunquam exiisse in tota ea nauigatione pertinaciter Admirantus affirmat, tantaq; sit in utriusq; terræ incolis, continentis scilicet Aethiopiæ & insularū, naturæ uarietas: Aethiopes enim nigri, crispi, lanati, non autem capillati: hi uero albi, capillis oblongis, protentis, flauis. Vnde discrimen hoc tantum oriri possit aliās nō uideo. Terræ igitur dispositio, non cœlorum flatus, eam causantur uarietatem. Scimus in torridæ zonæ montibus niues cadere, durareq; scimus & in ualde distantibus ab ea ad septentrionem urgeri magno calore habitatores. Iuuenes obuios ut alliceret præfectus, specula, uasa ænea, tersa, lucida, tintinnabula, aliaq; eiuscemodi ignota illis ostendi iussit. Illi autem quo magis uocabantur, tanto magis fraudem inesse & strui timentes retrocedebant: cum summa tamen admiratione nostros & eorum res ac nauigia fixis oculis intuentes, at remis semper innixi. Videns præfectus muneribus illos adduci non posse, iussit è cauea grandioris nauis tympana tibiasq; pulsari, cantariq; inferius, ac instrui choreas: cantus & insoliti sonitus dulcedine illos posse uinci existimans. Iuuenes autem ad certamen canere nostros è caueis arbitrati, citius ictu oculi, relictis remis, sagittas arcubus, scuta brachijs aptarunt, cuspidibusq; in nostros directis, quid sibi uellent hi sonitus, parati operiebantur. Nostri e conuerso paratis sagittis ad illos paulatim mouent. Illi uero à nauis prætoriam discedentes, dexteritate remorum freti, unam ex minoribus adeunt: adeoq; illi adhæserunt, ut nauis gubernatori sagulum, pileumq; cuidam primario alteri è puppi porrigere licuerit. Per signa, ut eius nauis gubernator in littus descēdat, ibi inuicē collocuturi, ut aptius poterunt, data fide, conueniunt. Sed cum ipsum nauis gubernatorem ad prætoriam nauim, ueniam colloquij petiit, accedere conspexerunt, insidias ueriti, statim in canoam profiliunt, auracq; uelocius auolarunt. Non longo ab ea insula spacio semper ad occidentem, præfectus se fluxum aquæ ravidum ab oriente in occidentem, atq; adeo impetuofum, reperisse ait, ut nihilo torrenti uasto ex altis montibus decidenti cederet. Ibi se, ex quo nauigare à teneris cœpit, nusquam tantum formidasse fatetur. Vterius aliquantulum per id discrimen procedens, fauces reperit quosdam octo milliariū, ueluti alicuius maximi portus introitum: ad quas aquarum ille defluxus ruebat. Os Draconis fauces appellauit, & insulam Ori oppositā, Margaritam. Ex faucibus autem non minor impetus aquarum dulcium, uenientibus falsis occurrēs, egredi conabatur: ita quod ibi esset inter utraq; undas non leue certamen. Sinum ingressus tandem potabiles ac suaues aquas esse cognoscit. Atque aliud maius ipse præfectus & reliqui nauigationis eius comites fide digni, mihi diligentius omnia percunctanti retulerunt: se uidelicet lequas sex & uiginti, hoc est millia passuum quatuor supra centum, per semper dulces aquas adnauigasse: quantoq; ulterius, ad occidentem præcipue, procederet, tanto asseuerat dulciores. Occurrit deinde monti altissimo, quem cercopithecorum ab ea parte orientali multitudo tantum incolebat. Id latus asperum, propterea hominibus inhabitatum: apud littus tamen in terram exploratum missi, cultos plerosq; fatosq; agros reperisse retulerunt: gentem autem aut casas nullas: ut ruricolæ nostri sæpius etiā à uillis aut stationibus, quas incolunt, seminatum longius forte proficiscuntur. In montis eius occidentali latere latam agnoscunt iacere planiciem, hanc læti adeunt, iaciunt anchoras in lato flumine. Cum primum indigenæ gentem ad eorum littora nouam appulsam esse cognoscunt, certatim uisendi studio

A dio sine ullo metu ad nostros festinant: à quibus per signa Pariam uocari terram illam, quæ maxima esset, & quanto ulterius ad occidentem tanto populosior, collegerunt. Quatuor igitur hominibus ex eius terræ incolis in nauē suam sumptis, occidentale latus prosequitur. Ex aëris temperie, ex amœnitate terræ, ex populorum amplitudine, quibus indies magis ac magis inter nauigandum occurrebant, quod regio illa magni aliquid portenderet, omnes recentent: neque illos sua fefellit opinio, uti suo loco uidebimus. Sole nondum exorto, surgere tamen iam uolente, quodā die, locorum suauitate allecti, sentiebāt enim ex terræ uiretis gratissimos odores afflari, terram captant. Ibi numerosiore quàm alibi usquam incolarum multitudinem esse perpenderunt. Statimque nostris propius se applicantibus, eius terræ Cacicì nomine nunciij ad præfectum mittuntur, se suaque omnia hilari fronte per signa & nutus offerendo: à præfecto ut in terram descenderet, nec quicquam uereretur, petunt. Renuēte præfecto, ecce uisendi studio, cum eorum cymbis innumeri ad naues confluunt: colla lacertosque maiori ex parte auro & unionibus Indicis torquati armillatique, atque id adeo populatim gestabant, ut ex uitro non maiora calculorum ferta foeminae nostrates ferant. Vbinam illa quæ gerebant legerentur, interrogati: proprium littus digito monstrabant: manuumque ac labiorum torsione & motu, uniones apud se non magnificari significare uidebantur. Imò & canistris manu captis, posse ibi si apud eos uersari uellent, canistratim colligi, insinuare uidebantur. Sed quoniam frumenta quæ uehebat ad Hispaniolam, ferè iam salo corrumperentur, differre id commercium in accomodatius tempus statuit. Duas tamen ex seruitorijs cymbis ad terram hominibus onustas misit, qui de unionibus aliqua ferta, per rerum nostrarum permutationem, referret: & de locorum ac hominum natura quæcumque possent scrutaretur. Illi nostros adentes hilares & animo lato suscipiunt. Mirus ad nostros tanquam ad portentum aliquod erat numerus confluentium.


B Duoque uiri graues nostris primum obuij, quos reliqua turba sequebatur, prodeunt, grandæuus alter, alter iunior. Patrem & filium successurum, autumant fuisse. Salutationibus utrinque peractis, in domum quandam sphericam, cui magna platea adiacet, nostros adducunt. Ex ligno nigerrimo, arte mira laborato, sedilia feruntur multa. Postquam nostri & eorum primates assederunt, ecce ueniunt ministri dapibus alij, alij uino onusti: sed eorum cibi fructus tantum, uarij tamen generis, nostris penitus ignoti. Vina uero tam alba quàm rubentia, non ex uuis sed ex diuersis fructibus compressa, non iniucunda tamen. Sumptis apud seniorerem cibis, iunior illos ducit in tabernaculum suum. Viri foeminaeque astabant plures: sed ubique uiri semper à foeminis separati. Vtriusque sexus indigenæ albi, ueluti nostrates, præter eos qui sub sole uersantur: mites, hospitales, pudenda gossampino uelamine, uarijs coloribus intexto contegunt: cætera nudi. Nemo aderat qui non esset unionibus & auro aut torquatus aut armillatus: multi utrunque: sed uti uitreos nostri rurales calculos ferunt. Interrogati ubinam aurum illud quod gestabant, gigneretur: digito signabant è regione in quibusdam montibus, sed nostris tanquam minitantes accessum dissuadere uidebantur: comedi enim illic homines gestu manibusque innuebant. Sed an à Canibalibus dicerent, an à feris syluestribus, non bene perceperunt. Quod nostros intelligere, à nostrisque intelligi nequirent, ingenti molestia afficiebantur. His qui missi fuerant, hora tertia post meridiem cum quibusdam unionum fertis ad naues redeuntibus, anchoras eleuant: neque propter frumenta, uti ipse ait, quæ uehebat, diutius moratus est: animo tamen, compositis rebus Hispaniolæ, intra paucos dies redeunt: sed tanti præmiū inuenti surripuit alter. Instat & eius pelagi profunditas modica, aquarum uel cursus præcipientes, qui assiduis conflictibus gradiorum nauem, si uis uentorum aliqua surgebat, conuassabat. Ad euitanda uadorum discrimina, leuiorē ex carauelis, quæ breui fundo contenta erat, tanquam exploratricem, plumbatis fundi altitudinē tentantem,

Unionum utilitas & copia.

C semper praemittebat, sequebatur alia. Cumana & Manacapana, in uasta Pariae
 prouincia, dicebantur ab incolis illae regiunculae, in spacio milliarium ducento-
 rum triginta: a quibus altera regio distat lequas sexaginta, nomine Curiana.
 Cum autem longum ita maris tractum percurrisset, putans assidue insulam esse,
 dubitansque posse per occidentem se ad septentrionem, ut ad Hispaniolam iter cape-
 ret, exoluere, in fluuium incidit profunditatis triginta cubitorum, latitudinis ue-
 ro inaudita: ait enim octo & uiginti lequarum fuisse. Paulò autem ulterius, ad
 occidentem tamen semper, sed meridionalius aliquantisper, cum ita littorum se
 flectentium ratio exigeret, mare herbidum ingressus est: supernatans herbarum
 semen lentisci baccas æmulabatur. Quare herbarum densitas ne bene fluerent
 nauigia impediēbat. Ibi praefectus refert diem esse nullum toto anno multo lon-
 giorē aut breuiorem altero. Arcticum polum in ea regione quinq; tantū gra-
 dus, sicuti Pariae, disputat eleuari: in cuius tractu haec omnia littora iacēt. De poli
 etiam uarietate quaedam refert, quae, quoniam contra omnium astronomorum
 sententiam prolata mihi uidentur, sicco pertingam pede. Compertum est, illu-
 strissime princeps, polarem illam stellam, quam nauitae nostri Tramontanam uo-
 cant, non esse arctici poli punctum, super quo caelorum axis uertatur: quod fa-
 cile dignoscitur, si stellis primum apparētib; per angustum aliquod foramen
 stellam ipsam conspexeris, eandemque si ultima uigilia aurora illas fugante per
 idem foramen conspicias, locum mutasse comperies. Sed quo modo fieri possit,
 ut primo noctis corpusculo in ea regione quinq; tantum gradus tempore Iunij
 eleuetur, stellis autem discedentibus obuenientes solares radios sumpto eodem
 quadrante quindecim, non intelligo: nec rationes quas ipse adducit, mihi planē
 nec ulla ex parte satisfaciunt. Inquit enim, se orbem terrarū non esse sphaericum
 coniecisse, sed in sui rotunditate tumulum quendam educum, cum crearetur
 fuisse: ita quod non pilae aut pomi, ut alij sentiunt, sed piri arbori appensi for-
 mam sumpserit. Pariamque esse regionem quae super eminentiam illam caelo ui-
 ciniorem possideat. Vnde in trium illorum culmine motum, quos ē cauea spe-
 culatorem nauitam a longe uidisse memorauimus, paradisum esse terrestrem
 asseueranter contendit, rabiemque illam aquarum dulcium de sinu & faucibus
 praedictis exire obuiam maris fluxui uenienti conantem, esse aquarum ex ipsis
 montium culminibus in praecipua descendentium. De his satis, cum fabulosa
 mihi uideatur. Ad historiam a qua digressi sumus, reuertamur. Cum se, praeter
 optatum, tam uasto sinu implicitum cerneret, nec iam reperiendi ad septentrio-
 nem exitum, quo ad Hispaniolam uertere prorae possent, spem ullam haberet,
 eadem qua profectus fuerat regreditur, iterque suum per septentrionem eius terrae
 ab oriente ad Hispaniolam capit. Hanc qui postmodum accuratius utilitatis causa
 inuestigarunt, continentem esse Indicum uolunt, non autem Cubam, uti praefec-
 tus: neque enim desunt qui se circuisse Cubam audeant dicere. An haec ita sint,
 an inuidia tanti inuenti occasiones quaerant in hunc uirum, non diiudico: tem-
 pus loquetur, in quo uerus iudex inuigilat. Sed quod Paria sit uel non sit conti-
 nens, praefectus non contendit: continentem ipse arbitratur. Pariam autem esse
 Hispaniola octingentis octogintaduobus millibus passuum australiorem, praefec-
 tus refert. Ad Hispaniolam tandem uisendorum militum, quos ibi cum fratri-
 bus reliquerat, tertio calend. Septembris octauis & nonagesimi anni,
 cupidissimus tetedit. Sed, uti pleraque mortaliū solent, inter
 tot secunda, dulcia, lata, absinthij semen fortuna
 in medium proiecit, zizaniaque omnibus
 eius suauia commaculauit.

PETRI MARTYRIS ANGLI 17

MEDIOLAN. PROTONOTARII APOST.
 consiliarijꝑ regij, Oceaneæ decadis primæ, liber septimus,
 ad eundem Cardinalem Ludouicū Aragonium.



ENIENS ad insulam præfectus, ultra spem omnē per-
 turbata omnia, in præceptis iam labentia cuncta inuenit.
 Roldanus enim, qui eo absente à fratre discesserat, multitu-
 dine quæ eum sequebatur fretus, ad præfectum quondam
 dominum, qui eum euexerat, non modo non uenire insti-
 tuit, sed conuictis illū lacerare, scribereꝑ ad reges de utroꝑ *Partium a*
 fratre nefanda incepit. Præfectus autem ad reges nuncios *regem acc*
tiones.

mittit, qui de eorū defectione certiores faciat: instatꝑ simul ut militares homines
 ad se mittantur, quibus uires eorum infringere, punireꝑ pro cōmissis quencꝑ ua-
 leat. Illi de utroꝑ fratre grauiter conquesti, iniustos, impios, Hispani sanguinis
 hostes & profusores, uocabant: quod leuibus de causis torquere, iugulare, ob-
 truncare, quoquomodo perimere delectarētur: ambitiosos, superbos, inuidos,
 intolerabiles tyrānos esse, proclamabāt: propterea se ab eis tanꝑ à feris sanguine
 gaudentibus, & regum inimicis, discessisse: perspexisse enim se, aiebant, nil aliud
 ipsos moliri aut animo uersare, quàm de usurpando insularum imperio: idꝑ
 mille coniecturis perpendisse argumentabantur: sed præcipue quod adire au-
 rifodinas aurum collectum neminē præter familiares suos patiebātur. Præfe-
 ctus autem e contrario, cum à regibus auxilia, quibus debitis illos pœnis posset
 affi ere, poscebat: homines eos esse, qui talia in se commentarentur, omnes fla-
 gitiosos, facinorosos, lenones, fures, stupratores, raptores, uagos, quibus nihil
 pensi, nulla ratio inesset, periuros, falsos, conuictos in prætorijs, aut pro com-
 missis minas iudicum timētes: sese de medio sustulisse, ibiꝑ uiolando, rapiendo,
 ocio, uentri, somno, libidinibus deditos, nemini parcere: & qui ut foderent offi-
 cioꝑ calonum fungerētur adducti fuerant, nunc neꝑ stadium domo egrediun-
 tur pedibus: ab insularibus nancꝑ miseris pensiles per totam insulam, tanquam
 ædiles curules, feruntur. loci etiā gratia, ne manus ab effundendo sanguine de-
 suescat, ut lacertorum uires experiantur, eductis ensibus, inter se certant super
 obtruncandis innocētum capitibus uno ictu: & qui agilius ictu suo caput miseri
 deiecit in terram, ille fortior honoratorꝑ inter ipsos censebatur. Illi in præfe-
 ctum ea, præfectus in eos hæc & alia multa. Dum hæc ita gerūtur, ut Ciguauis
 populis, de quibus supra, Guarionexio duce, multa damna inferētibus obuia-
 retur, Adelantatum fratrem cum nonaginta tantum pedibus, equitibus uero
 paucis, mittit: tribus tamen millibus insularium, qui à Ciguauis aliās acriter sti-
 mulati, inimicitias cum eis capitales exercebant, sequentibus illum. Cum igitur
 Adelantatus ad cuiusdā magni fluminis ripam, per eam planiciem, quam supra
 inter Ciguaiorum montiū cornua & mare iacere memorauimus, defluētis exer-
 citum duxisset, exploratores hostium in dumis quibusdam latentes comperit
 duos: quorum alter in mare se præcipitans, per fluminis fauces trans fluuium
 ad suos euasit: alter autē captus, in nemore trans fluuium delitescere dicebat sex
 Ciguauorum armatorum millia, ut nostros transeuntes incautos adoriantur.
 Quamobrem Adelantatus aduersa ripa, uadum quo trañceret quærans, ascen-
 dit. Vado tandē reperto in lata planicie, in trañcere uolētes nostros, emissis uno
 spiritu horrendis clamoribus, e syluis Ciguauī, facto agmine, aspectu fœdo ac
 formidoloso, prosiliūt: prodeūt ita Maroniani Agathyrsti: picti omnes & aspersi *Ciguauī*
 maculis: nigro enim coccineoꝑ coloribus, quos ex quibusdā fructibus, piro simi *eti, &*
 libus, ex hortis ad id summo studio enutritis, legunt, sese à fronte ad genua usꝑ *lis asp*
 depingūt: crinibus mille modis compactis, quos nigros longosꝑ arte, si natura
 negat, nutriunt. Lemures e tartareis speluncis prosilire uidebantur. Nostri flu

C uium superare adnitētibus, sagittarum, ac missilium sudium iactu trāsītum prohibētes, obuiam prodeunt. Tanta erat telorum multitudo, quod solem fere illis demeret, & nisi scutati in se ictus recepissent, male actum fuisset, Adelantatus, uulneratis utrinq; in eo certamine non paucis, traiecit tandem: fugiunt hostes, insequuntur nostri, perimūt, paucos tamen, ualent enim pedibus maiorē in modum: ad syluas se illico recipiūt, ex quibus tutō nostros accedētes arcubus conficiebant: ipsi enim nudi per uepres & dumos & arbuſta, uti apri, sine ullo obice, syluis assueti, prolabūtur: nostris autē scuta, uestes, longæ hastæ, locorum impetritia intra dumos, officiant. Quare cum frustra ibi pernoctasset, posteroq; die neminem in syluis moueri sentiret, insularium, qui Ciguauos ueteri odio prosequabantur, consilio & ductu, ad montes in quibus Maiobanexius rex Capronum uicum regiam habebat, proficiscitur: ad milliāreq; duodecimum in alterius reguli uico, incolis omnibus præ metu uicum deferentibus, castrametatus est. Duos assequūtur, à quibus esse apud Maiobanexiū decem regulos in Caprono eius regia, cum octo millibus Ciguauorum cōgregatos, cognouerunt. Leuibus incursionibus sese inuicem duabus laceſſunt: nec procedere Adelātatus ausus est, donec regionem diligentius exploraret. Nocte sequenti intempeſta exploratores mittuntur, ductu insularium qui terram nouerant, Ciguauī ē montibus nostros senserunt: ad pugnam se, uti solent, sublatis clamoribus accingunt, neq; tamen ē syluis egredi audent, Adelātatum cum omni exercitu adesse existimantes. Altero die Adelantato exercitum ad eos ducente, bis fortunam belli ē syluis pugnando proſilientes, tentarunt: impetu maximo in nostros ruunt, uulnerant plerosq; priusq; scutis se tegere licuerit. Proſligant nostri illos, insequūtur, perimunt, capiunt multos: ad syluas non ulterius egressuri, reuertuntur. Ex captis unum cum altero insulari ex amicis, ad Maiobanexiū cum mandatis huiusmodi mittit: Non ut tibi, o Maiobanexi, aut incolis tuis bellum inferret, exercitum duxit Adelantatus: amicitiam enim tuā exoptat: sed efflagitat ut Guarionexius qui ad te confugit, tibiq; ut arma in maximum tuorū incommodum, fumeres persuasit, commissorum pœnas deprehensus luat: propterea hortatur, monetq; ut Guarionexiū tradas: id si feceris, te præfectus marinus frater eius in amicitiam admittet, & tuorum regnorum amplitudinem integram seruabit ac tutabitur: sin facere recusaueris, dabitur opera ut te facti pœniteat. Regni enim quicquid tibi est, ferro igniq; uastabitur, omnia diripientur. Maiobanexius autem propositione intellecta, illis respondit: Guarionexiū uirum bonum esse omniq; uirtute præditum, neminē latet: propterea auxilio præsidioq; dignum illum esse iudico: ipsos autem uiolentos & malos homines, qui aliena tantopere expetant, qui sanguinē innocentum semper exoptent, nolle se cum sceleratis hominibus commercia aut amicitiam inire. His auditis, Adelantatus uicum ubi castra metabatur, aliosq; uicinos complures cremari iussit. Maiobanexioq; propior factus, iterum nuncios mittit, qui cum eo agant, ut ex familiaribus intimis aliquem ad se uenire iubeat, quo cum possit de pace tractare. Charissimum quendam ex primoribus, duobus alijs illum comitantibus, rex ire imperat. Huic Adelantatus proponit, suadetq; ac monet, ne floridum eius regnum Maiobanexius diripi pro Guarionexio patiat: ut tradat illum hortatur, nisi perditum iri se suaq; omnia, simul & incolas in prædam abduci mallet. Nuncio redeunte, populum Maiobanexius conuocat, quæ acta sint, præponit. Populus autem tradi debere Guarionexiū proclamat, detestariq; & execrari diem, quo Guarionexius turbatum eorum quietem uenerat, incipiunt. Maiobanexius autem Guarionexiū uirum esse bonum & de se bene meritum, quod regia illi dona cum ad eū ueniret multa præbuiſſet, uxoremq; suam & ipsum chorizare tripudiareq; docuiſſet, quod non paruifaciebat, sibiq; curæ esse respondit: propterea se nullo pacto eum, quandoquidem ad se cōfugerat,

&

A & ipse tutandi fidem dederat, deserturum: malleque se extrema omnia cum eo perpeti, quam obloquendi causam, quod hospitē tradiderit, detractoribus præbere. Ita populo suspirijs anhelate dimisso, Guarionexium ad se uocat, omnem opem denuò pollicetur, uelle se fortunam omnem quoad uixerit cum eo expectare; neque ad Adelantatum quicquam referendum censeret; imò & eum qui primus ab eo missus fuerat in itinere, quo Adelantati nūcī uenire ad se soliti erant, cum fida custodia locat, imperans ut ueniētes interimat, nec cuiusquam sermones admittat. Mittuntur ab Adelantato duo, unus ex captiuis Ciguaiensibus, ex amicis insularibus alter: obtruncantur ambo. Sequitur illos Adelantatus cum decem tantū pedibus, equitibus quatuor: mortuos reperit in itinere nuncios. Quare iratus, sauire acrius in Maiobanexium constituit. Vadit instructo exercitu ad Capronum regiam. Fugiunt reguli per diuersa, imperatorem Maiobanexium deserunt. Ad montes asperos Maiobanexius cum omni familia profugit. Alij uero Guarionexiū, quod tanti mali causa fuisset, Ciguai, ut eum perimerent, quæsierūt. Sed pedibus uitam seruauit, intra rupesque desertorum montium ferè solus delituit. Cum iam longo bello, uigilijsque ac laboribus & fame Adelantati milites fatigarētur (agebatur enim iam tertius mēsis quo inceptum fuerat) ueniam multi petunt, & ut redire ad Conceptionem liceat, ubi plurimi ex eis prædia insulari more habebant cultissima: datur cōmeatus, recedunt multi. Triginta tantum cum Adelantato comites permanent. Id trimestre bellum satis ærumnose egerunt, neque enim trimestri toto cibos ullos sunt assecuti, præter cazabi, id est, radicalem eorum panem, atque ex eo raro ad saturitatem: & de utijs, id est eorū cuniculis, si quos ipsimet cum suis canibus uenando capiebant: potusque eorum suaues interdum, interdū cænosæ & palustres aquæ. Inter has delicias sub diō ferè semper, ac in perpetuo motu: sic enim belli natura exigebat. Cum his igitur paucis Adelantatus mōtana scrutari, & latibula quærere, si qua Maiobanexij aut Guarionexij uestigia reperiat, constituit. Fortefortuna uenatores quidā ipsius Adelantati, quos fames ubinam utias uenando captare possent indagare coegerat, cum cætera deessent, in duos Maiobanexij familiares incidunt, qui ad pagos quosdam ipsius missi panem ferebant ab incolis datum. Hi ubinam dominus delitesceret propalare coguntur: quibus ducibus, Ciguaiō more, duodecim ex nostris depictis, per dolum Maiobanexius cum uxore & filijs capitur: ad Conceptionem ad præfectum ducuntur. Paucos post dies Guarionexium de speluncis exire fames compulit, quem insulares præfectum ueriti, uenatoribus quibusdam prodiderūt. Præfectus ubinam uerfetur certior fit. Peditum turmam mittit, qui ex insidijs de plano ad montana redire uolentem adoriantur. Eunt, capiunt, ducunt. Ita illius regionis cōuicina pacata, sedataque sunt omnia. Maiobanexium cognata quædā alterius reguli, cuius regnum intactum adhuc erat, uxor in his aduersis comitabatur. Eam foeminarū omnium, quas natura in ea insula creauit, formosissimam omnes prædicant. Hanc cum uir ipsius, ut eius forma merebatur, arderet, insanus & mentis inops, uxore capta, per deserta, quid consilij caperet ignarus, uagabatur. Ad præfectum tandem, se suaque omnia ditioni eius, sine ullo obice, subditurum, si uxorem redderet, promittens, uenit. Vxor redditur, & ex incolis primarij plures. Iureiurando astringuntur, se imperata facturos. Sponte sua regulus hic idem, incolarum quinque millia inermium cum agricultorijs instrumentis secū ducens, adiit, maximamque præfecto sementem in conuallis eius amplissimæ fundis sua impensa cultam reliquit. A præfecto donatus, lætus reuertitur. Hæc fama ad Ciguaios delata, regulatorū animos ad clemētiæ spem mouit. Ultro igitur ueniunt, se deinceps imperata facturos fidem præstant: pro rege suo & omni familia supplicat. Vxor & tota domus eius, regulatorum rogatu liberantur, rex uinctus detinetur. Hæc in insula à præfecto, quid contra se apud reges aduersarij

Stratagema

Pro tot laboribus exhaustis indigna premia. **C**molirentur in scio, gerebantur. Cum reges tot querelis undique conflictati, & maxime quod ex tanta auri & aliarum rerum amplitudine parum, ob eorum discordias & seditiones, afferretur, gubernatorem instituunt nouum, qui diligenter inquirat hæc omnia, fontesque deprehensos corrigat, aut ad se mittat. Quid in præfectum & eius fratrem, quid uero in illos qui eis aduersati sunt, fuerit perquisitum, non bene percipio. Hoc unum scio, capitur uterque frater, in uincula, omnibus bonis spoliatus, coniectus ducitur, uti uides illustrissime princeps. Cum primum tamen reges Gades uinctos adductos esse didicerunt, utrumque statim per celeres tabellarios solui iubent, utque liberi adeant permittunt, moleste se tulisse eam ipsorum iniuriam ostendentes. Nouus ille gubernator ad reges præfecti dextera exaratas, ignotis characteribus scriptas literas misisse dicitur, quibus Adellantum fratrem absentem armata manu, ut se, si uim gubernator inferre pareret, ab eius iniuria tutaretur, uenire propere hortabatur, monebaturque. Propterea cum Adellantatus præcessisset armatos, incautos ambos, priusquam multitudo conueneret, gubernator apprehendit. Quid futurum sit, tempus, rerum omnium iudex prudentissimus, aperiet. Vale.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. PROTONOTARII APOST.
consiliariique regis, Oceanæ decadis primæ, liber octauus,
ad eundem Cardinalem Ludouicum Aragonium.



D

PIMVM oceanum hactenus latitantem à Christophoro Colono præfecto marino, nostrorum regum auspicijs, repperit, tanquam aureum torquem, etsi male ob ineptas artificis manus fabricatum, tuo splendore, illustrissime Princeps, condonauit. Nunc autem gemmatum accipito monile, quod torqui appensum perpèduli uicem gerat. Ex ipsius præfecti nauium gubernatoribus, qui uentorum ductus diligenter annotauerant, plerique à regibus impetrata uenia scrutandi ulterius proprijs impensis: regibus tamen partem daturi illis contingentem, quæ est quinta, prouinciam aggressi sunt. Sed quoniam secundiore fortuna Petrus Alfonso quidam cognomento Nignus, ad meridiem nauigauit, ab eo incipiendum merito existimaui. Hic, ut reliquum iter omittamus, una tantum nauis suamet impensa instructa (licet non desint qui aliena dicant) edicto regio sumpto, ne anchoras deiceret ad lequas quinquaginta ab ullo loco quem præfectus tetigerit: Pariam, ubi unionibus torquatos armillatosque tam uiros quam feminas præfectum repperisse supra memorauimus, proficiscitur. Procedensque ex regio edicto per idem littus, tamen Cumana & Manacapanæ regionibus postergatis, in regionem incidit, quam Curianam uocari ab incolis ipse refert. In qua portum se repperisse ait, Gaditano portui similitimum: quem ingrediens casus quasdam in littore uidet: adiuuit, octo tantum domorum pagum reperit: attamen ex populofo quodam alio uico, tria tantum miliaria distant, nudi homines quinquaginta, duce primario, propere cucurrerunt, petuntque ab Alfonso Nigno, ut ad eorum littus proficiscatur. Nignus ipse descendens, tintinnabula, aciculas, spintheres, armillas, uitrea calculorum ferra, anulosque, & alias huiusmodi institorum merces secum portauerat, quibus cum eis in horæ momento unionum, quos collo & brachijs appensos gestabant, uncias quindecim permutat. Tum magis ac magis illi ut ad suos nauigaret, Nignum amicum amplectentes institerunt: habituros se ibi de unionibus copiam quamcumque optarent, inuunt. Altero die aurora surgente ad eos mouent: adeunt, anchoras iaciunt, ut ad se descenderet, omnis populus concurrens supplex

A supplex orabat. Nignus autē cum innumeram eorum esse multitudinem cer-
neret, ipse uero tres & triginta tantū homines secum haberet, non est ausus sese
illis credere, sed per nutus & signa, ut cū suis linthribus ad se nauigarēt, significa-
uit. Eorū linthres uniligneæ, sicuti aliorū sunt: sed rudiores ineptioresq̃, quā
Canibalicæ, aut insulares hispanicæ: has Gallitas uocant. Certatim igitur unio-
num ferta, nostrarum mercium cupidissimi, cuncti ferebāt. Vniones appellant
Tenóras, Mites, simplices, innocētes, & hospitales esse uiginti dierum commer-
cio cognouerunt. Cum eis intra eorum domos uersari incipiūt. Domus eorum
lignæ, palmarum folijs tectæ. Cibi maiori ex parte cōchilium, ex quibus unio-
nes adipiscuntur, quibus habēt plena littora: & syluestribus animalibus uescun-
tur. Ceruos, apros, cuniculos uillo & colore ac magnitudine leporibus similes:
palumbes, turtures, uulgò tellus illa parit. Anseres, anatesq̃ in domibus foemina-
næ, sicuti nostrates, nutriunt. Pauonesq̃ per nemora (sed non picti aut uersico-
lores: discrepat enim à foemina parum masculus) & per paludum arbuſta pha-
siani, passim uolabant. Sunt Curianenses callidi uenatores: certisq̃ ictibus sa-
gittarum quodcunq̃ quadrupes siue uolucrem, facile interficiūt. Lautos ibi dies
aliquot nostri egerunt. Pauonem enim ferenti quatuor dabantur aciculæ, spin-
theres. Si phasianum quis ferret, duas præbebant. Si palumbem aut turturem,
unam: si anserem, totidem, uel uitreum calculum tribuebant. Haud aliter inter
eos replicando, arguendo, differendo agebatur in ea permutatione, quā no-
stratibus accidit mulieribus, cum sese cum institoribus implicant. Cum nudi ipsi
essent, quid illis aciculæ prodesse possent, sciscitabatur. Nostri autem callido illis
responso satisfecerunt: per signa enim ad spinas, quæ sæpenumero eorum car-
nibus figuntur, euellendas, dentesq̃ purgādos, esse accommodatissimas signifi-
carunt: tunc illas magnifacere coeperunt. Sed tintinnabuli colore ac sonitu alle-
cti, magna tribuebant, ut tintinnabulum assequerētur. In syluis, quas ex uarijs
B altissimisq̃ arboribus densissimas esse aiunt, animalium grandiorum horrēdos
mugitus ex incolarū domibus noctu sentiebant, sed minime noxiorum. Libere
enim incolæ nudi cum arcibus & sagittis per illas uenatum cōtinue uagantur,
nec peremptum unquam ab ulla fera quenq̃ meminerunt. Quotquot ceruos,
quotquot apros nostri illos capere iubebant, tot sagittis peremptos ad eos affe-
rebant. Bouibus, capris, ouibus carent. Pane radicali paniceoq̃, uti insulares hi-
spanici utuntur. Capillos habet hæc gens nigros, crassos, semicrispos, longos ta-
men: dentes albos reddunt: herbam quandam ad id aptam toto ferē die inter
labia ferunt: cum autem illam eiiciunt, os lauant. Mulieres rebus familiaribus
& agriculturæ magis intendunt quā uiri: uiri autem uenatu magis, ac rebus
bellicis & ducēdis choreis & ludis, inuigilant. Hydrias, cantharos, ollas, cæteraq̃
utensilia uarij generis fictilia habent, aliunde comparata. Nundinas enim inter
se celebrant, ad quas uicinus quisq̃ incola, ut peregrinum aliquid assequatur,
de suæ regionis prouētibus portant, sed ē proximo. Nullus enim est qui parare
sibi noui aliquid, quo sua tellus careat, non delectetur: cum hominibus cunctis
sit à natura tributum, ut nouis rebus studeant & alliciantur. Auiculas aliaq̃ ani-
malia multa pulchre formata ex auro, nō puro tamen, unionibus annectebant:
sed ad eos aliunde per permutationem feruntur: est enim aurū illud ueluti ger-
manicum, quo floreni cuduntur. Ibi homines cucurbitula quadam in anterioris
braculæ caligarum nostrarum similitudinem scissa, uel testa marina, mentulam
& genitalia includūt: funiculo ad lumbos alligato cucurbitula sustinetur: de cæ-
tero nudi. Alibi in eo tractu intra uaginam mentularem neruum reducunt, funi-
culoq̃ præputium alligant. Animalia, de quibus supra mentionem fecimus,
& multa alia quæ in nulla insularum reperiuntur, continentem terram esse te-
stantur. Sed præcipua id ita esse cōiectura arguunt, quod per eius telluris littora
à Paria ad occidentem circiter tria millia milliariūm adnauigauerint, neq̃ ullum

C finis signum repererint. Curianenses, unde aurum illud assequerentur, interrogati: ex quadam regione, nomine Cauchieta, quæ à se ad occidentem recto litore sex soles, id est, sex dierum iter distabat, afferri, in easque formas ab ipsius terræ opificibus conflare innuebant. Eò tendunt nostri: regionem reperiunt: in calendis Nouembris anni millesimi quingentesimi anchoras in Cauchieto iaciunt litore. Incolæ adueniunt intrepidi, ferunt de auro, quod natuum illis erat. Vniones & isti collo gestabant: sed ex Curiana per auri mutationem ad eos ferebantur. Nullus ex eis uoluit quicquam, quod aliunde assequeretur, permutare: utputa neque Curianenses aurum, neque Cauchietenses uniones: auri tamen parum apud Cauchietenses lectum reperere. Cercopithecos tulerunt inde pulcherrimos, uariorumque colorum psittacos plures. Menſe Nouembri temperies illic suauissima, frigus nullum. Custodes arctici poli utrisque populis occidebant, adeo proximi erant æquinoctio. De gradibus polaribus nesciunt aliam reddere rationem. Bonæ mentis homines, & minime suspiciosi: tota ferè nocte cum suis cymbis, uti Curianenses, ad nostros proficiscebantur, nauimque securi intrabant. Vniones isti uocant corixas. Sunt zelotypi: nam si quis illos peregrinus adierit, mulieres semper à tergo locant, ut & ipsæ noua hæc tanquam prodigia inspectent. Gossipium apud Cauchietenses uulgo & suapte natura nascitur, ut apud nos arbuta syluestria producuntur: propterea fiunt apud eos femoralia, quibus in plerisque regionibus pudenda cõtegunt. Cum ulterius postmodum per idem littus processissent, ecce circiter duo millia hominum, suo more armatorum, ad littus descendant prohibitori. Qui adeo agrestes, adeo efferos sese ostendunt, ut nullum unquam commercium aut cõsuetudinem cum nostris inire passi sint. Quæ uenerant igitur nostri, suis unionibus cõtenti, reuertuntur: apud Curianenses uentres lautis cibus replendo, uiginti dies alios demorati sunt. Haud absurdum

*Nouembri mense
tẽperatũ cœli.*

Pugna cũ Canibalibus, huiusmana carne uescentibus.

D alienumque ab historia fore mihi uidetur, si quid illis acciderit, cum Paria littus uenientes iam cerneret, immiscuero. In Canibaliũ, qui uenatum homines proficiscebantur, octodecim canoarum classem apud Os Draconis & fauces sinus Pariensis, de quo supra mentionem fecimus, inciderunt. Canibales nostris uisus intrepidi nauim nostram adoriuntur, & circumsepium, undique sagittis & missilibus nostros infestant. Nostri autem tormentis illos adeo deterruerunt, quod in fugam statim uersi sint. Insequentes illos seruitoria cymba, unam ex eorum canoas affecuti, unum tantum Canibalem, cæteris natando fugientibus, alterumque hominem uinctum deprehenderunt. Ille quem uinctum seruabant, obortis lacrymis, manuum, oculorum & capitis gestibus, sex eius comites misere euisceratos & in frustra crudeliter sectos, gentem illam nefandam comedisse: identidemque de se sequenti die futurum significauit. De Canibale igitur homini potestatem fecere. Ille autem in Canibalem fustibus, manibus, pedibus, frendens sauire cepit: nec adhuc satis ultam suorum comitum necem existimabat, cum exanimem totumque fustibus & calcibus commaculatum cerneret. De natura & moribus Canibaliũ, cum eo modo per terras peregrinas grassentur, interrogatus, dixit: Canibales ex fustibus aggerem secum quocumque eant ferre, quos descendentes è nauibus terræ infigunt, seque positis castris intra illos sæpiunt, ut tuti possint pernoctari. In Curiana caput Canibalis cuiusdam primarij foribus affixum, quod tanquam uexillum aut galeam ab hostibus ereptam pro summa laude seruatum, repererunt. In ea Paria ora regio est nouo genere salinarum insignis, nomine Haraia: uinque uentorum agitata ibi mare, aquas impellit in adiacentem latam planiciem, quæ sole superueniente, pacato æquore, congelantur in candidissimum sal optimum: quod si priusquam pluat propere aderint, onerari quirent quotquot nauigia mare sustinet. Illico nanque cadentibus imbribus, liquefit, & forbetur arena liquor, reditque per terræ meatus ad suam originem unde fuerat impulsus. Dicunt alij non è mari planiciem repleri, sed è quibusdam

Salis copia.

dam

A dam fontibus salietibus aqua marina amarioribus, qui remouet illas aquas tempestate uigente. Salinas eas magnificiunt incolae, qui sale non ad usum modo patrium fruuntur, sed in laterum formam redactum, peregrinis permutatione rerum alienarum uenundantur. Primatum ibi cadauera super cratibus, igni lento superposito, distendunt, ut paulatim consumptis carnibus ossa pelle inclusa desiccata detineantur: quae postmodum in honore habent, seruanturque tanquam penates. Virum se uidisse ibi, atque alibi foeminam, hoc pacto impositos & seruiatos, memorant. Cum uero ex Curiana octauo idus Februarii, ad reges redituri, discederet, sex & nonaginta se libras unionum octunciales precio forte quinque solidorum comparasse cognouerunt. Discedentes igitur, unum & sexaginta dies in itinere, licet breuius quam ex Hispaniola, consumpserunt, propter maris decurrentes ad occidentem fluctus continuos, qui nauim non modo remorabantur, uerumetiam interdum retrahebant. Accedunt tandem nauis unionibus, uti paleis, onusti. Ast magister ipse nauis Petrus Alonsus cognomento Nignus, quod preciosorum unionum copiam non mediocrem suffuratus fuisset, regionum redditus, qui sunt pars quinta, defraudasset, a comitibus accusatus, a Fernando de Vega, uiro litteris & rerum experientia pollenti, gubernatore Galleciae, quod appulsi erant, capitur: in uindictam diu detentus, soluitur tandem. Sed habuisse partem unionum sibi contingentem adhuc negat. Unionum auellanas multi aequant, orientalibus similes: sed quoniam male perforati, non tanti precij sunt. Me praesente, cum apud illustrem Methynae Sidoniae ducem inuitatus pranderem Hispali, unam supra centum uncias uenum ad eum tulerunt. Sua profectio pulchritudine ac nitore me delectauerunt. Sunt qui Nignum ferant non in Curiana, quae centum uiginti amplius lequas distat ab Ore Draconis, sed in Cumana & Manacapanana regiunculis, Ori & Margaritae insulae uicinis, uniones habuisse: negantque Curianam feracem margaritis. Adhuc sub iudice lis est: nos ad alia redamus. En habes quid ex his nuper in uentis terris, ex his occidentalibus oris, possit utilitatis expectari per annorum curricula: quandoquidem hac prima fronte talia de se argumenta opulentiae ostendant.

*Qua industria
primatum cada-
uera exiccetur
conseruenturque*

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. PROTONOTARII APOST.

consiliariusque regij, Oceanae decadis primae, liber nonus,
ad eundem Cardinalem Ludouicum Aragonium.



INCENTIAGNES, cognomēto Pinzonus, Ariescus Pinzonus, illius ex fratre nepos, qui Colonom praefectum marinum prima nauigatione fuerat comitati, duarumque minorum nauium illarum, quas supra diximus carauelas uocitari, domini a praefecto conducti, nouorum tractuum nouarumque terrarum amplitudine pellecti, quatuor impensa propria carauelas in portu ipsorum natali solo, qui dicitur ab Hispanis Palos, in occidentuo oceano sito, construunt: & a regibus habita uenia, circiter calend. Decembris anni noni & nonagesimi a quadringentesimo supra millesimum, e portu soluunt. Est autem is portus Palensis a Gadibus millia passuum duo & septuaginta: ab Hispali uero Baeticae emporio miliaria quatuor & sexaginta. Sunt oppidani omnes, nullo excepto, rebus marinis dediti, continuisque nauigationibus intenti. Ad Fortunatas & ipsi primum tendunt per Hesperides, id est, per insulas Caput Viride dictas, quas alij dicunt Gorgodes Meduseas. Ad meridiem recta proficiscuntur. Ab ea Hesperidum quae sancti Iacobi a Portugalensibus possessoribus appellatur, idibus Ianuarii discedentes, africanum, quem Suduestum appellant, qui medius inter austrum est ac zephyrum, capiunt in proram. Cum lequas se tertium

C nauigasse, uentum illū secuti, arbitrarētur, poli arctici, aiunt, se aspectū amississe: quo illis occidente, uētorum uorticumq; atq; æstuum fera tempestas continuo oborta est. Vterius tamen, licet cum summo discrimine, quadraginta super ducentas lequas, uentum semper eundē per polum iam amissum sequentes, processerūt. Vnde an habitabilis sit an inaccessa linea æquinoctialis, isti & prisca philosophi quā poēta & cosmographi discutiant. Hi nanc; frequentibus habitam populis contendūt, illi uero inhabitabilem, ob solis perpendiculum, scribunt. Nō defuere tamen apud antiquos, qui habitabilem esse probare niterentur. Interrogati à me nautæ hi, an antarcticū uiderint polum: stellam se nullam huic arcticæ similem, quæ discerni circa punctum possit, cognouisse inquirunt. Stellarum tamen aliam, aiunt, se prospexisse faciem, densamq; quandam ab horizonte uaporosam caliginem, quæ oculos ferē obtenebraret. Tumulum attollē in terræ medio contendunt, qui ne antarcticus uideatur obstat, donec illum penitus traiecerint. At stellarū imagines, ab hemisphærij nostri stellis ualde diuersas, se uidisse credunt. Hæc dederunt: hæc accipito. Daui sunt, nō Oedipi. Septimo calend. Februarij tandem à longe terram prospiciūt: & cum turbidam esse maris aquam uiderent, iacto funiculo plumbato, sexdecim ulnarum, aiunt uulgò brazatas, altitudinem reperiunt. Adeunt, descēdunt, biduo ibidem commorati, quia nullum ibi hominem eo tempore uiderint, licet uestigia in littore humana compererint: sculptis arboribus & saxis littori uicinis, regijs suisq; nominibus de aduentu suo, discesserunt. Non longe ab ea statione nocturnos ignes secuti, castrensi more gentem reperiunt pernoctātem sub dio. Hanc donec elucescat nolle perturbare fuit consilium. Sole autē exorto, armati ē nostris quadraginta tendunt ad illos. Ad nostros duo & triginta ueniunt obuiam, arcubus ac missilibus telis onusti, parati ad certamen: cæteri sequebantur eodē modo instructi. Germanis aut Pannonibus proceriores, aiunt eos esse incolas. Vultu toruo ac minitātibus similes, nostros inspectabant. Non armis esse agendū nostri censuerunt, siue id metu, siue ne aufugerent illi, non habeo compertum. Blanditijs atq; oblatione munerum illos allicere nostri conantur. Illi autē, ut qui commercium inire cum nostris nullum statuerant, omnem sermonem reijciunt, parati semper ad pugnam: colloquia & nutus suscipiebant: ita quisq; regreditur. Nocte autem intempesta illi aufugiunt, uacua relinquunt quæ occupauerant loca. Gentē esse uagā, ueluti Scythas eos qui terræ fructus sine certis domibus cum uxoribus & filijs sequantur, existimāt. Iureiurando asserunt qui pedum illorum in arena dimensi sunt uestigia, nostrorum pedum mediocris hominis ferē quantitatem in duplum æquare. Vterius adnauigantes flumen aliud reperiunt, sed nō ita profundum, ut caraelis percurrere quiret. Seruitorios igitur lembos quatuor, armatis onustos, ad terram uestigatum mittunt. Super eminētī colle littori uicino, incolarum cateruam conspiciunt. Nostri ad commercium per unum peditem præmissum inuitant. Illi ex nostris apprehēdere aliquē abducereq; uelle uisi sunt. Ad nostrum nanc; paxillum cubitalem auratum à longe proijciunt, quia noster prius adiecerat tintinnabulū, ut eos alliceret. Cum pronus iactum paxillum auratum uellet noster sumere, dicto citius illum incola circumeunt, ut apprehendant. Is scuto enseq; tectus, quibus armatus ueniebat, se ab eis tuetur, donec cymbis auxiliū socij attulerunt. Vt breuibus absoluam (quandoquidem discessum tuum ante oculos mihi tam anxie præponis) sagittis & missilibus sudibus ē nostris octo peremerunt, plerosq; uulnerarūt. Intra fluuium lembos sepiunt, ad manus usq; temere ueniūt, apprehēduntq; ex ripa cymbarum spondas: lanceis ensibusq; ueluti oues, quia nudi, trucidantur. Nec eō magis cedunt: Vnam ē cymbis ē nostrorum potestate rapuerunt, uacuum tamen hominibus: & illius præfecto sagitta transfuerberato ac perempto, reliquæ euaserunt. Ita bellices illos deseruere. Ad occidentem septentrionalem, per idem littus moesti ob

Stella à nostris uariates

interfere

A interfectos, tendūt. Lequas circiter XL percurrerāt, quādo in pelagus incidunt aquarū adeò dulciū, ut implere ibi cados aqua recēti licuerit. Vestigātes eius rei causam, defluere magno impetu ē uastis mōtibus rapidos fluminum concursus reperiunt. Intra id æquor iacere plures insulas, & fortunatas, soli ubertate & populis refertas, aiunt. Huius tractus incolas mites sociabilesq; esse referūt, aut ipsis parum utiles, quia nullos optabiles nostris prouentus assequantur, auri utpote aut lapillorū. Sex propterea ac triginta inde captiuos abduxerūt. Regionem appellāt indigenæ Mariatambāl. Regio autē ab eius fluminis oriēte Camomorus dicitur, ab occidentē Paricōra. In huius oræ internis non negligendā auri copiam iacere innuebāt incolæ: huius nanc; fluminis septentrionem rectā captantes, sic exigente littorū inflexu, arcticum recuperarūt polum. Id littus uniuersum Parriā est: quam Colonū ipsū, huius tanti inuēti autorē, reperisse diximus, unio- nibus ornatā. Contiguū esse aiūt littus id, idemq; cum Ore Draconis, de quo alibi, & reliquis oris ut Cumana, Manacapana, Curiana, Cauchiero, Cuchiba- chōa: propterea Gangetidis Indiā continentē putant. Nec enim is uastus ambi- tus, ut insula sit, pati uidetur: licet uniuersum terræ orbē large sumptū insulam dicere fas sit. Ab ea terræ cuspide quæ polū amittit arcticū, lequas circiter tercen- tum cōtinuo tractu uenientes ad occidentē Pariam uersus, spacio ferē medio in fluuiū se, inquirunt, incidisse, nomine Maragnonū, adeò latum, ut fabulatos su- spicer. Interrogatī a me postmodū, mare ne esset terras dirimens: respōderunt, esse dulces eius gurgitis haustus, quoq; altius tenditur aduerso flumine, eo dul- ciores ferunt esse: in insulisq; refertū & piscibus. Lequas dicere audent triginta am- plius latū: rapaciq; cursu defluere in pelagus cedens eius furori. Si tamen pen- sauerimus quanta esse ferātur borio stomachē, spirostomeaq; Istri ora, quantoq; spacio uiolent maris aquas, & nauigantibus præbeant dulces potus, mirari desi- nemus: licet hoc flumen maius esse prædicetur. Quis naturæ auferet quin hoc

B illo grādus, atq; illo hoc flumen potis sit generare? Flumen, de quo Almirātus Colonus eas oras percurrēs mentionē fecit, hoc esse arbitror. Apertius ista intel- ligemus aliquādo: nunc ad terræ prouentū redeamus. Coccineas in plerisq; de Pariesibus insulis syluas reperere: librarū millia allata sunt tria. Verzinum mer- catores Itali, Hispani brasillū appellāt. Aiunt coccineas Hispaniolæ arbores esse his longe meliores ad colorē lanis præbendū. Aquilonē deinde, quem Hispani nauaræ Norduestū, Itali græcū appellat, secuti, multas intertextunt Canibalium sæuitia desertas insulas, aut feraces. Descenderunt nanc; pluribus in locis, & ui- corum dirutorū multa uestigia ingressi sunt. Viderunt tamen alicubi homines, sed trepidos, aspectu peregrinæ cuiusq; nauis aufugientes ad mōtanas rupes & abstrusa nemora, sine certis iam domibus uagantes ob Canibalū insidias. Arbo- res inuenere maximas, quæ cassam fistulā, ut uulgò dicitur, passim & suapte na- tura producūt. Nō ineptiorē esse aiunt hanc illa quam à pharmacopolis febris la- borantes petūt: at nondū maturuerat, cum iam iter facerēt. Malo illis alijsq; hæc referentibus credere, quā ea laboriosius scrutari. Arbores ibi esse adeò proce- ras balbutiunt, ut pleræq; sexdecim hominū manu iunctorū in gyrū uix lacertis concludi quirēt. Inter eas arbores mōstrosum illud animal uulpino rostro, cerco pithecea cauda, uespertioneis auribus, manibus humanis, pedibus simiā æmu- lans: quod natos iam filios aliò gestat, quocunq; proficiscatur, utero exteriori in modū magnæ crumenæ, repertū est. Id animal licet mortuū tu ipse mecū uidisti, conuoluisti, crumenamq; illā nouum uterū, nouum naturæ remediū, quo à ue- natoribus aut aliās à cæteris uiolētis & rapacibus animalibus natos liberet, illos secū asportādo, admiratus es. Experimēto esse compertū aiunt, eo semper utero crumenali animal filios secū portare, nec illos inde unq; emittere, nisi aut recre- andi aut lactādi gratia, donec sibi uictum per se quaritare didicerint. Cum filijs animal ipsum prehenderant, aut in nauibus catuli propediem perierūt, mater

C autē filijs per aliquot menses superstiterit: sed & ipsa tandē tantā aëris & ciborum mutationē ferre nequiuit. De hoc animaliam fatis multa: redeamus ad rei autores. Hi duo Pinzoni, patruus & nepos, horrenda p̄ nauigationē hanc passi sunt: per Pariense littus sexcentas iam lequas, atq; ut ipsi putant, ultra urbem Cataij & littus Indicū, ultra Gangen, percurrerant, quādo in eis oris mense Iulio insperata illis exorta est tēpesta adeo fera, ut ē quatuor quas ducebāt carauelas duas ante illorū oculos summerferit: illico tertiā uī ex anchoris raptā ab eorū aspectu asportauerit: quartā in anchoris cōcufferit, ut omnis compago iam solueretur. Vnde ad terrā tamen ipsi ex hac ultima descenderūt: de nauī penitus omni spe amissā. Quare inito cōsilio, cum de parādisiam sibi domicilijs in regionibus illis, tū de perimēdis omnibus incolis uicinīs, cogitabāt: ne finitimis reliquis aliquādo conuocatis ad se trucidandū conueniāt. Ast melius. Cessit tēpesta: redijt quam raptauerat hyems carauela: ea octodecim uiri uehebantur: & quæ in anchoris in eorū prospectu steterat seruata est. His igitur duabus ad Hispaniā iter capiūt. Palos natale solū ad uxores & filios concussi fluctibus & hominibus amicis non paucis amissis, pridie cal. Octobris reuertunt. Hi ex arboribus pleraq; frustra tulerunt, quæ cinamomi & zingiberis esse putant: ast nō utilis, quia nō conditi, ut aiūt in sui excusationē, quod nihil preciosum aliās repererint. Lapillos tamē se uīdisse in eorū manibus inde allatos, ex maritimis illarū orarū littoribus collectos, Baptista tuus Elysius philosophus eximius, & medicus nō inferior, quos ueros esse topazios prædicat, mihi tibiq; ut arbitrator, enarrauit. Post hos & alij uicinarum æmulatione ad meridiem longissimos tractus percurrere: sed per aliorum inuenta, Coloniq; præfecti marini uestigia, per littus, utputa, Pariense. Casiam & hi fistulā, preciosumq; illud ad capitis grauedinem suo suffumigio tollēdam, quod Hispani Animæ album uocāt, reperere. De his nil noui aliud quod tuo sit dignum ingenio percepi: finem propterea libello huic, quia me iterum de tuo discessu fatigas, imponā. Ast qui decadem impleat, de uanis insulæ Hispaniolæ superstitionibus alium libellum accipito. Si non fuerit Liuiana decas, id esse causæ cognoscito, quod tuus hic Martyr Liuiano haudquaquam fuerit pro Pythagoræ intellectu afflatus spiritu. Si quid ultra montes isti prægnātes parient, habebis. Nunc insulares illusiones accipito, ueris Luciani narrationibus tanto superiores, quanto hæc in usu hominum sunt, licet infantilia: illa uero cōficta iocitanti gratia, uel ea credentiū irrisui cōdonata. In Hispaniola insula nostri priusq; indigenas quicq; aliud quāam cœli lumina colere, aut religionē ullam exercere didicissent, diu uersati sunt. Sapius enim suprā memorauimus, nihil eos colere præter uisibilia cœli lumina. Cum tandem familiarius apud eos cōtubernium, permixtis utrinq; linguis, pleriq; ex nostris agerēt, uarias apud eos cerimonias uariosq; ritus obseruari compererūt. Ex cuiusdam eremitarū studio fratris Ramoni scriptis, qui ex Coloni mandato apud insulares regulos, ut eos Christiane erudiret diu uersatus, de insulariū ritibus libellū composuit Hispano idiomate. Pauca hæc leuioribus omissis, colligere fuit animus: illa igitur accipito. Nocturna insularibus apparere fantasmata, quæ in fatuos errores eos inducāt, ex simularibus ritibus, cultusq; lacris quæ palam colunt aperte cognoscitur. Ex gossampio nancq; intexto stipatorū, Hispaniolæ insulæ. to interiori sedentes imagines formant, quæ nocturnos, quo pacto parietibus illos nostri pictores infigunt, æmulantur lemures. Cum ex simulacris opera mea ad te missis quatuor tu ipse uideris, qualia sint, quam ue depictis lemurebus similia, poteris regi serenissimo tibi patruo melius corām significare, quā ego illa scribere. Hæc simulacra zemes appellant indigenæ: quorum minora infantulos zemes angelo rū loco colunt: dæmones referētia, cum hostibus manus collaturi, frontibus alligant: propterea aliās unū deum funiculis quos uidisti cōplexa sunt. Ab his pluuias, si pluuiæ desint: soles, si sole à quo omnia, indigeant, se impetrare arbitrantur. Eius enim quem unicum, sine carentem, credunt. omnipotentem, inuisibilemque esse fatentur, internuncios esse zemes putant.

Quisq;

A Quisq; regulus suum habet zemen, quem colat. Coelesti numini aeterno, duo hæc nomina, Iocaina, Guamaonocon, maiores eorū indiderūt. Numen ipsum habere genitricē quinq; his nominibus appellatā ferūt, Attaberam scilicet, Mamōnam, Guacarapitam, Liellam, Guimazōam. In terris autē quid puerascant de hominis origine, aduertito. Est in insula regio, nomine Caunanā, ubi ex duobus montis cuiusdam specubus prodijisse genus hominum garriunt: maiorem hominū partem ex amplioribus faucibus antri, minorem ex arctioribus exilijisse prædicant. Rupem ex qua specus aperitūtur, Cautam appellant. Maius antrum Cazibaxaguā, minus Amaiauna nomināt. Priusquam hominibus inde egredi licuerit, simpliciter inquit, per hominem nomine Machochaël singulis noctibus antri fauces custodiri solitas. Is Machochaël cum lōgius ab antro uifendi studio perrexisset, à sole deprehensus, cuius aspectum minime pati posse dabatur, in lapidem mutatus dicitur. De pluribus item alijs blaterant, quod cum piscandi cupiditate noctu ab antro tantū processerint, ut redire ante solis ortū nequiuissent, quē non licebat intueri, in arbores myrobalanos, quarū sua sponte copiam terra illa producit, fuisse trāsformatos. Aut præterea, Vagonionam primarium quendam ex antro clausis familiaribus piscatū emisisse unum, quem inde in philomenam eadem causa, quod sol superuenerit priusquam se reciperet, mutatum, inquit quotannis quo tempore uersus est in auiculā noctu suo cantu & sortem cōqueri, & domini Vaguonionæ auxiliū implorare: hinc noctu cantare luscinia putāt. Vaguoniona uero familiaris sui desiderio, quem ardēter amabat, uiris in antro relictis, foeminas tantū cum paruulis quos lactabāt, eduxit: e quibus foeminas in una insularū eius tractus, quam appellāt Mathinidē, reliquisse fertur, infantulos autē secum asportasse: qui miselli fame oppressi, in cuiusdā fluminis ripa, toa toa, id est, mama mama clamitantes, in ranas conuersi feruntur: inde uocem illā ranis uerno tēpore dicūt in sedisse. Ita in antris illis e quibus per Hispaniolā sparsi sunt homines, uiros tantū sine foeminis permānisse balbutiūt. Referunt insuper Vaguonionam ipsum per diuersa uagātem, nec unq; ex speciali gratia mutatum, ad mulierē quam in fundo maris formosam uiderit descendisse, ab eaq; marmoreos calculos, & quos cibas uocāt, & tebellas quasdā flauas ex auricalco, quas guaninos appellant, habuisse dicunt. Hæc monilia pro sacris apud reges habētur in hunc usq; diem. Viros autē illos quos sine foeminis in antris relictos diximus, lotum se ad pluuiarum aquarum receptacula noctu referunt exijisse: atque una noctium animalia quædam foeminas æmulantia, ueluti formicarum agmina, reptare per arbores myrobalanos à longe uidisse. Ad foeminea illa animalia procurrūt, capiunt: ueluti anguillæ de manibus eorū labuntur. Consiliū ineunt. Ex senioris cōsilio, scabiosos leprofosq;, si qui sint inter eos conquirūt, qui manus asperas callosasq; habeāt, ut apprehensa facilius queant retinere. Hos homines ipsi caracaracoles appellant. Venatum proficiscuntur: ex multis quas capiebant quatuor tantū retinent: pro foeminis illis uti admittuntur: carere foeminea natura comperiūt. Iterum accitis senioribus, quid faciendum consulunt. Ut picus auis admittatur, qui acuto rostro intra ipsorum inguina foramen effodiat, constituerunt: ipsimet caracaracolibus hominibus callosis, foeminas apertis cruribus tenentibus. Quam pulchre picus adducitur: picus foemina sexum aperit. Hinc bellissime habuit insula quas cupiebat foeminas: hinc procreata soboles. Eia mirari iam desinito, quod de Myrmidonibus Græcia uerax tot uoluminibus descripserit, e formicis utpote Myrmidones procreatos. Hæc & alia huiusmodi multa pacato serenoq; uultu sapientiores e podijs suggestiolisq; turbæ simplici mirabūdæ suadent, recitantq; pro sacro. Ast de maris origine seuerius: qua in re fuisse quondā in insula potētem uirū nomine Iaiam, qui filium unicū hominem exuentem, intra cucurbitā sepulchri loco cōdiderit. Is Iaiā paucis exactis mensibus impatiens morte filij redijt ad cucurbitam: eam

Cum aperuisset, balenæ ingētes & grandia cete prodierūt: quare inclusum in ea cucurbita mare cōuicinis quibusdam prædicauit. Ea permoti fama quatuor fratres iuuenes eodem partu geniti, ast partu matre perempta, cucurbitam spe habendorum piscium adeunt, manu capiunt. Iaia superueniente, qui crebrò nati ossa inclusa reuisebat, perterriti sunt iuuenes. Sacrilegio furtiq; suspicione deprehensi, ueluti qui iaia obseruabāt, ut celerius fugerent, cucurbitam e manu soluerūt: ea pondere nimio pressa frangitur, per eius rimas effunditur mare, ualles implentur: ea uasta planities quæ uniuersum illum insularem orbem sicca occupabat, summergeitur, mōtesq; tantū ob altitudinē ab ea inundatione euaserunt, qui nūc eas continēt insulas, quas licet aspicere. En, illustrissime princeps, omni præconia dignā maris originem. Nec ab eis parui eum fieri putes, qui hæc recitare didicerit. Aiunt deinde fratres hos iaia metu tandiu per diuersa fuisse uagatos, ut ferè iam fame perirent, quia nullibi sistere pedem audebāt. Hinc quoniam acrius urgerentur, pistoris domū pulsare cœperunt, cazabi, id est, panem petentes. Pistor autē in primo ingredientem conspuisse ita acriter fertur, ut illi ex ictu sputi exortū sit turgidissimum intercus, quo ferè interierit. Ast fratrum cōsilio, accepto lapide acuto apertū est: ex cuius ulcere natū aiunt foeminā, quam uicini fratres illi omnes uisunt: atq; ab ea ferunt filios filiasq; genuisse. Iucundius aliud aduertito, princeps illustrissime, Antrū extat Louanabōina nomine in cuiusdam reguli diocesi, qui Machinnéch uocatur. Id religiosius q̄ Corinthum quondam aut Cyrrham Nysamq; Græci colunt ac uenerantur: millefarijs ornatū picturis. In huius antri foribus duos habent sculptos zemes, quorū unum Binthaitélem, Maróhum alterum uocant. Cur tanta specum colerent pietate interrogati: quia sol inde lunaq; lumen orbi præbituri prodierunt, grauiter sensateq; respondent. Concurfationibus antra, ueluti nos Urbem & Vaticanum nostræ religionis caput, aut Compostellā & Hierusalem domini sepulchrū, frequentāt. Subiacent & alteri superstitionum generi, Mortuos putant noctu uagari, ac uesci guannāba fructu nobis incognito, cotono simili: lectisq; inter uiuos uersari aiunt, ac decipere mulieres: sumpta nanq; uirili forma, coire uelle uidentur: ast cum ad opus peruenitur, euanescūt. Si quis autē apud se iacere mortuum aliquando suspicatur, cum quid noui senserit in lecto, uteri attræctatione se dubio soluibalbutit. Cuncta nanque aiunt mortuos posse humana membra suscipere, præter umbilicum: si umbilico igitur mortuum esse dignoscit, tactus illico resoluitur. Noctu & sæpissime in itineribus præcipue uisq; publicis mortuos occurrere uiuis credunt: contra quos si uiator intrepidus steterit, dissoluitur fantasma: si uero pertimescat, illum ita adoriendo perterret, ut sæpius ea formidine multi debilitētur ac stupeāt. Interrogati à nostris insulares, unde sibi eos ritus inanes, tanquam contagionem, comparauerint: à maioribus hæreditarios respondent: rhithmísq; aiunt, ultra hominum memoriam ista contexta, quæ neminem licet præter regulatorum filios edoceri. Memoria illa commendant: neque enim literas unquam habuere. Diebusq; festis populo canentes, ueluti solennia sacra præponunt. Instrumentū habent unicum ligneum, concauum, reboans tantum, quod cōcutitur tympani more. His illos imbuunt superstitionibus eorum augures, quos Boitios uocāt: sunt & ijdem medici qui plebeculæ rerum insciæ mille astruunt fraudes. Credere cogunt plebem hi augures, quia sunt apud eam autoritatis egregiæ, quod zemes ipsos alloquantur, futuraq; prædicent. Et si quis aduersa laborans ualetudine conualuerit, se dono zemis id affecutum persuadent. Ieiunio & purgationi se obligant boitiij, quando curam de primario sumunt aliquo: herbamq; uorant inebriantem: quam cum pulueream sorpserint, ueluti Menades in furorem uersi, multa se à zemibus audisse immurmurant. Valetudinarium adeunt, osse uel lapillo in os sumpto aut frustulo carnis: ex hemicyclo eijciunt omnes, præter unum aut duos quos ipsemet

De maris origine, fabula.

A ipsemet inualidus elegerit. Circuit primariū boitius ter aut quater, faciem, labia, naresq; extorquens foedis gestibus: in frontē, in tempora, in collū sufflat, ægroti absorbens aërem: post hæc se morbū ex laborantis uenis exhaurire dicit. Per humeros deinde ac femora & crura ægrotum fricans, connexas a pedibus manus deducit, atq; sic manibus complexis ad ostiū procurrat apertū, ac manus excutit patētes, seq; morbum effugasse, futurumq; propediem incolumem persuadet. Ast a tergo illū adoriens carnis frustulum, uti præstigiator, ex ore attollit, ægrotocq; inclamitat, dicēs: En quid ultra necessitatem comederas: ualebis, quoniam illud tibi detraxerim. Si uero ægrotum fallere grauius intēdit, zemen esse suum iratum suadet, quod uel ei domum non construxerit, aut minus illum religiose coluerit, quod prædium nō dicauerit. Si ægrotum perire contigerit, affines eius ueneficijs cogunt mortuum fateri, fato ne an boitiij incuria, quod nō integre ieiunauerit, aut consonum ægroti pharmacum nō præbuerit. Si medici boitiij culpa diem obierit, de boitio uindictam sumunt. De lapillis aut ossibus quos ore gestasse boitius aliquis putatur, si foemina aliquem assequuntur, panniculis religiosissime inuolutū seruāt. Puerperijs enim prodesse plurimū posse credunt: habētq; foemina lapillos eos loco zemiū. Zemes autē uarios, uarij colūt insulares. Ligneos quidā construūt, nocturnis inter arbores umbris moniti. Alij si respōsa intra rupes habuerint, marmoreos insculpūt. In radicibus alij coluntur, reperti inter ages, id est genus edulij, de quo supra. Hos zemes curā habere ut panis ille coalescat arbitrātur. Veluti antiquitas Dryades, Hamadryades ac Satyros & Panes aut Nereides fontiu, syluarū & pelagi curā habere putabat: suosq; rei cuiq; deos assignauit, ut suū quisq; genus tueretur: ita & insulares hi suos zemes inuocatos eorū optatis auscultare autumāt. Quare cum de belli uentu, de annonā, de incolumitate, zemes reguli consulunt, domum zemi dicatam ingrediuntur: ibiq; absorpta per nares cohōbba, sic herbam uocant inebriantem, qua & boitiij in furorē statim uertuntur: domum illico tectis ad fundamenta uersus moueri, homines uersis uestigijs ambulare, se uidere gariunt. Tanta est pulueris illius contusi uis ex cohōbba, ut sensum omnem illico sumēti eum tollat. Ut primum cessit infania, brachijs, demisso capite, genua cōplectitur: quo in statu attonitus paulisper immoratus, caput ueluti somnolētus eleuat, atq; oculos in cœlum attollens, intra se primū cōfusa quædā obloquitur. Cui tunc primarij aulici astantes (neq; enim de populo quisq; ad ea sacra admittitur) sublati uocibus gratias agunt, quod iam a zemis colloquio ad eos redierit: & quid uiderit percunctantur. Ille autē os aperiens, zemen eo tempore se allocutū fuisse delirat: ipsiq; aut uictoriā aut perniciem, si cum hostibus manus cōseruerint: aut famem uel ubertatem, pestem aut incolumitatem, & quicquid uenit in buccam, prædixisse illi zemen, ueluti lymphaticus prædicat. Eia illustrissime princeps, quid miraberis post hæc de apollineo spiritu, suas ingenti rabie sibyllas concutienti? Putabas superstitiosam illā antiquitatē deperisse. Quandoquidē generalia de zemibus tonarrauimus, quid de particularibus quibusdā referatur, silentio prætereūdum minime censeo. Regulus quidā Guamarētus habuisse zemen dicitur, nomine Corochótum. Hunc e supremo domus culmine, ubi uinctū Guamarētus adseruabat, saepenumero, aiunt, uel coitus aut cibi gratia, uel ut sese absconderet, ruptis uinculis, descēdisse: per aliquotq; interdum dies latuisse iratum, eo quod in ipsius cultu & sacris Guamarētus rex defecerit. In Guamarēti regio uico nasci aliquando infantes, coronas habentes dūas referunt, hos Corochoti zemi filios esse opinantur. Ferunt & ab hostibus uictum fuisse in acie Guamarētum, uicūq; ipsius ac regiam ferro igniq; uniuersam uastatam: Corochótum autem, incēsa domo, exiisse uinculis ad stadium usq; fuisse, deinde repertum. Zemen habet alium, Epileguanitam nomine, ligneum, quadrupedem: qui saepe ad syluas e loco ubi colebatur fertur profugisse. Hunc quoties discessisse sentiebant.

C p̄is facto agmine supplicationibus, solícite quæritabant: inuentum religiose ad dicatum ei sacellū humeris reportabant. Ast Christianis ad insulā euntibus aufu gisse illum, nusquamq̄ fuisse ultra repertū, patriæ perniciem ob id augurantes, conquerūtur. Hæc à senioribus audita sunt. Marmoreū colebant zemen, alium sub fœmineo sexu, cui duo masculi pro ministris astabant. Horū alter fœminæ iussu præconis officio fungebatur, ad reliquos zemes qui auxiliō adsint fœminæ imperio, ad uentos pluuiasq̄ ac nubes concitandas. Alius autē dicitur ex fœminæ mandato, aquas in uallibus ex altis montibus collabentes congregare, ut inde, facto impetu more torrentis, solutæ uastent agros, si simulacro debitos optatosq̄ honores indigenæ nō præstiterint. Dignū memoratu hoc unum accipito, princeps illustrissime, quod opus iam claudat. Tritissimum apud insulares nostri reperere, duos fuisse quondam regulos, è quibus unus Guarionexij, de quo supra mentionem sæpe fecimus, fuit genitor, qui à cibo potuq̄ dies quinq̄ continuos abstinerint, ut de futuris aliquid à zemibus acciperent. Eo ieiunio grati zemibus, se habuisse in responsis retulerunt, uenturam non multos post annos ad eam insulā gentem coopertā uestibus, quæ ritus ac cerimonias omnes insulares esset uastatura, filiosq̄ omnes ipsorū aut peremptura aut priuatura libertate. De Canibalibus iuniores coniecturam facientes, ubi aduentare Canibales sentiebāt, fuga sibi consulere statutum erat: neque unquam manus ultra cum Canibalibus cōseruerunt. Cum uero Hispanos insulā ingressos uiderunt, collectis de hac re cōiecturis inter se, hanc esse gentem illam augurati sunt. Nec illos fefellit opinio: submissi Christianis iam sunt omnes, peruicacibus omnibus interfectis: nec ultra de zemibus extat memoria: ad Hispaniam nanque sunt omnes asportati, ut eorū ludibria & dæmonum fallacias nosceremus: è quibus tu plures, me tractante, princeps illustrissime cōspexisti. Multa prætereo, quia te cras proculdubio in patriā discessurum, ut reginam tibi maiorē amitam, quam huc es comitatus ex Federici regis patruī tui mādato, reducas, monuisti. Tu pe-tasatus, ego autē lassus: ergo uale, memor tui Martyris, quem de grandi rerum aceruo pauca hæc, sub nomine Federici patruī tui, deligere coëgisti.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. OCEANEAE DECADIS
primæ perpendicularis epilogus, ad Inacū Iopez Mendocium Tendillæ comitem, Granatæ proregem,
LIBER DECIMVS.



B ORIGINE prima & recenti consilio sumendæ à Colono huius prouinciæ oceanæ, ab urbe Roma literis amicorum & principum stimular, ut ea conscriberem quæ acciderant. Admiratione quippe summa mussitabant, cum repertas esse nouas terras nouasq̄ gentes quæ nudæ, natura contentæ uitam agerent: desiderioq̄ ardenti cognoscendi hæc tenebātur. Detrusit in præceps Ascanium fortuna, fratre Ludouico à Gallis Mediolano eiecto, cuius autoritas torpescere me non sinebat, quin assidue calamum in dextra haberem. Ad eum, præter alia multa quæ ex meis latentibus adhuc commentarijs aliquando uidebis, libellos huius decadis præeūtes direxeram duos. Haud secus mihi fortuna detorsit ingenium à scribendo, atq̄ Ascanium deturbauit à potentia. Cessit à suadendo ille procellis agitatus, cessit & mihi feruor ista perquirendi, donec anno quingentesimo supra millesimum, cum Granatæ curia moraretur, ubi tu prorex, Ludouicus Aragonius cardinalis, Federici regis ex fratre nepos, qui Granatæ erat cum re-gina

A gina Parthenopæa, nostri regis Catholici sorore: Federici regis ipsius literas ad me directas porrexit, quibus me hortabat, ut cætera colligerem quæ Ascanianos epistolares duos libellos sequebantur. Ambo nanque fatebantur se ad manus habuisse, quæ ad Cardinalem Ascanium scriptitaueram. Laborabam tunc ego, uti nosti, aduersa ualetudine sumpsit tamen onus, & animum impulit ad scribendum. Pauca hæc ex magno cumulo rerum, quæ relatu autorum illas cõquirentium accepi, memoratu dignarum delegi. Nunc uero (quandoquidem tu exemplar integrum meorum operum extorquere à me fueris conatus, quò tuæ bibliothecæ uoluminibus, quæ habes innumera, nostra cõmisceres) fuit consilium addere paucis, quæ post eum annū quingentesimum à millesimo ad hunc usq̃, qui est decimus ab illo, patefacta sunt. Late aliquando scribentur, si uixerimus. De superstitionibus insularium solum per se libellum scripseram, ut decadem impleret: nunc placuit perpendiculum ad te directum decimi libelli titulo munire, tanquam huius turmæ substriem & tergiductorem: prioremq̃ decimum nono connectere: non sublata de ducatu decimi præpositione, ne toties cogere totum opus transcribere, aut mittere lituratum. Propterea non miraberis, si nonum legens, promissum reperies irritum: nō semper oportet stare pollicitis. Ad rem ueniamus. Varia diuersi nautæ hoc decennio littora percurrerunt, secuti tamen Coloni inuenta. Parix nanq̃ littus tractu continuo lambentes, quod Indicum esse continet credunt, in plures orientales ij, occidentales illi regiones nouas inciderunt, auriferas thuriferasq̃: inde nanq̃ aurea pleriq̃ monilia, thuriscq̃ copiam, ab incolis partim nostrarum rerum permutatione, partim acri bello stratis, tulerunt. Alibi nostros, licet nudi sint, incolæ strauerunt tamen, & acies integras trucidauerunt. Feroces quidem sunt, sagittis certant uenenatis, & adustis præcutis sudibus. Animalia reptilia, insecta, quadrupedia etiam, à nostris dissimilia reperere, multiformia, uaria, innumeraq̃: noxia tamen, minime, præter leones, tigrides, crocodilos. In uarijs magnæ illius telluris Paricis regionibus dico: in insulis haudquaquam, necq̃ unum quidem: mitia sunt omnia insularia, præter homines in plerisq̃, uti iam diximus, qui humanarum sunt carniū heluones, Caribes siue Canibales dictos. Diuersi quoq̃ generis uolucres. Plerisq̃ in locis uespertiones, turturibus nō minores: ad eos acri furore, primo noctis crepusculo, uolitabant, & uenenato morsu ad rabiem usq̃ læfos traherent, ita ut aufugere inde, ueluti ab harpyis, fuerint coacti. Alibi cum in terra noctu quidam in arena dormirent, e mari monstrum exiens, furtim unum arripuit

*A monstro
marino raptur
pitur homo.*

medium, asportauitq̃ in conspectu sociorum, nec misero clamanti opem ferre potuerit, donec in mare bellua cum præda profluerit. In his terris figere pedem arcesq̃ ibi condere est animus regis, nec desunt qui terræ illius subdendæ pacandæq̃ onus sumere desiderant, & regi supplicant, ut ipsis prouincia demandetur. Magni sunt tractus, uasta terrarum amplitudo. Europam, aiunt, uniuersam sui magnitudine has regiones, tum continentes, tum insulares, triplo superare: præter eas quas Portugalenses ad meridiem reppererunt, quæ maximæ sunt. Magna laude digna est hac nostra tempestate Hispania, quæ latentes hactenus tot antipodum myriadas nostris gentibus cognitas effecerit, ingenioq̃ pollentibus amplam adeo scribendi materiam præbuerit: quibus ego iter aperui, cum ista nude, uti uides, collegerim: tum quia elegantioribus nequeo uestibus quicq̃ ornare, tum etiã quoniã calamum ut historice scriberem nūquam sumpsit: sed ut per epistolas raptim scriptas, his à quorū mandatis referre pedem non licebat, satisfacerem. Iam satis digressus sum, ad Hispaniolā redeamus. Panem agnoscunt insularem parui esse roboris nostro triticeo pani assuetis, hebetantur ob eam causam uires hominum. Propterea nuper rex imperauit, ut diuersis in locis uarioq̃ anni tempore seratur. In harū dineas nanq̃ paleas inanes cū raris, sed illis crassis & prægnantibus spicis prodibant, Sentiant eandem esse in herbis mollitiem.

Crescunt ad segetum mensuram: armēta mirum in modum impingunt: sed carnes reddunt inspidas, imò & aiunt sine medullis, aut, si insint, aquosis. De porcis econuerso: salubres sapidosq̄, ob insulares quosdā syluestres fructus, quibus auide uescuntur, esse ferunt. In macellis nil secant aliud. Creuit porcorum multitudo, & syluestres effecti sunt qui ē subulcorum cura euaserunt. Non egent ultrā ut aliūde genus ullum quadrupedum aut altitium ad eos inuehatur. Animum malium omnium pulli propter herbæ luxuriem patribus grandiores euadunt, licet solo gramine, sine hordeo aut ullo grano nutriantur. De Hispaniola satis.

Cubæ insulæ descriptio. Nunc eius uiciniam complectamur. Cubam, tellurem illam quam diu ob eius longitudinem continentem putauerunt, insulam esse reperiunt. Neq̄ mirum uideatur, quod ipsius incolæ, dum percurreretur à nostris, sine carere dicerent: quia gens hæc nuda, paruo & finibus suis natalibus contenta, quid uicini facerent, minime erat sollicita. Esset ne aliud quicq̄ sub cœlo, nec ne, præter id quod pedibus terebāt, haudquaquam sciebant. Est uero Cuba ab oriente in occidentem multo longior Hispaniola: lata uero à septentrione in meridiem, contra eorum priorem opinionem, multo minus. Est angustissima, si longitudinem respexeris. Terra ferax maiori ex parte atq̄ amœna. Ab oriente non longe ab Hispaniola iacet insula, dimidio amplius minor Hispaniola, sancti Ioannis nomine à nostris dicta, quadrata ferè. In hac aurifodinas esse ditissimas reperiunt. Sed intenti nunc aurifodinis Hispaniolæ, nondum opifices in eam insulam miserunt: parare tamen paulatim sese ad id incipiunt. Hispaniolæ uero prouentus reliqui posthabentur omnes, omnisq̄ ad aurum legēdum cura est directā, cui opificio ordo est datus huiuscemodi. Cuiq̄ uiro industrio qui alicuius momenti sit, unus aut plures cacici, id est reguli, cum suis quisq̄ subditis assignantur. Cacicus certis anni temporibus ex fœdere cum incolarū turma uenit ad eius, cui addictus est, aurifodinam. Ibi instrumenta illis fossoria assignantur. Statutumq̄ est cacico & incolis præmium laboris certum, propter alimoniam. Discedentibus nanq̄ ex aurifodinis ad semētes, quibus suis temporibus inuigilant, ne desint alimonie, reportant thoracem unus, interiorē textam alius, alius sagulum aut pileum. His nanq̄ iam delectantur, nec ultrā nudi incedunt. Ita & auro & agriculturæ incolarum, haud aliter ac feruorum, opera intendunt. Ferunt iniquo animo iugum, aut ferunt. Anaborias uocant hos mercenarios insulares: non tamen rex patitur ut pro feruis habeantur. Dantur & tolluntur ad regis arbitrium. Tempore quo accersuntur à cacicis eorum regulis, ueluti à cēturionibus milites, aut calones, incolæ si queunt ad syluas & montes euadunt multi: contenti eo tempore syluestribus cibis latitantes, ne laborem illum subeant. Dociles uero sunt, prisorum rituum penitus oblitipie credunt, & recitant quæ de nostra fide edocentur. Regulorum filios erudiunt domi primarij ex nostris: literasq̄, aut uulgares, & urbanos mores facile pueri ebibūt. Grandæuos ad natales mittūt, si præcipue patres interierint, gubernatū auitos incolas. Hi iam fide ualent in Christum & nostros, incolasq̄ suos in amore retinēt, ac blandis suasionibus hilares ducūt ad aurifodinas: quæ duabus in regionibus insulæ iacent, ad milliare circiter trigessimum ab urbe Dominica, sancti Christophori dicta una: ad milliare uero circiter nonagesimum altera, quæ dicitur Cibaua: ubi portus regalis. Magni tractus sunt hæc regiones: ubi passim superficialiter interdū, alicubi inter saxa, globi aut laminæ reperiuntur aureæ, minutæ interdum, plerisq̄ in locis magni ponderis.

Auri globus maximi ponderis. Tricētorum pondo globi, interdū amplius. Aut unus repertus fuit triū millium trecentorum decem auri pondo: qui, ut aliquando audisti, integer ad reges ferrebatur in ea nauī qua Boádilla gubernator in Hispaniā redibat: & præ nimio gentium & auri pondere summersa interiit, cum his qui inerant omnibus. Globum eum mille amplius homines uiderunt, atq̄ attrectauerunt. Ponderus autem hoc à me sic appellatum, non libram intelligi uolo æquare, sed ducati aurei & trientis

A trientis summam: uocant ipsi pelum: summamq; ponderis eius Castellanum aureum appellant Hispani. Quicquid auri effoditur in montibus Cibauis & portu regali, ad Cõceptionem, oppidum ita appellatum, fertur: ibi officinæ paratæ aurum suscipiunt, & conflant in uectes: dantq; accepta parte regia quæ est quinta, cuiq; portionem quam attulit ex suo labore. Id uero auri quod in regione sancti Christophori legitur, ad officinas oppidi Bonauenturæ affertur. Supra trecentum millia auri pondo quotannis in duabus officinis cõflatur. Si quis fraudasse detinendo deprehenditur, ut non magistratibus regijs adsignetur quicquid auri reperitur, lege mulctatur auri dominus. Incidunt inter eos sæpe contentiones, quas nisi potis sit infularis magistratus sedare, per appellationem ad curiæ senatum lis defertur: à cuius sententiâ non licet in omnibus Castellæ regnis retrocedere aut diuertere. Sunt autem nostra tempestate senatores insignes, uiri nobiles omnes ex sanguine nitido: quos est cõsiliium eo ordine hic nominatim inferere, quo de rebus dubijs iudicaturi sedent in senatu. Primâ sedem sibi legit Antonius Roies archiepiscopus Granatensis, tibi affinis: ingenio primas uir Catoniano, qui neq; sibi ipsi aut affinibus, si delinquerent, didicit ignoscere: uita integerrimus, literarum & ipse cultor. Princeps hic senatus est: uos Præsidentem dicitis. Cæteri huic astant ordine, quem tempus instituit: qui nanq; prior ad senatum accitus fuit, hic prior sedet. Doctores omnes, aut designati, aut insignibus decorati. Designatos autem uocat hispanum idioma Licẽtiatos: ex iureconsultis regnorum delecti omnes. Præsidenti assidet ueteranus, nomine Petrus, cognomẽto Oropesa. Sequitur hunc Ludouicus nomine Zapata. Ab hoc habet locum Fernandus cognomento Tellus. Quartam sibi sedem habet Garfias, cognomẽto Moxica. Quinto sedet loco Laurẽtius cognomento Carauaial. Astant huius lateri Toribius, cognomẽto Santiago. Sequitur Ioannes Lopez Palacios Ruuios. Dehinc Ludouicus cognomẽto Polanco. Ab hoc sedẽ tenet Frãciscus cognomento Vargas, qui unã est & regius thesaurarius. Vltimas occupant stationes duo sacris initiati Sofa & Cabrero, iuris pontificij periti: his nõ licet in criminali ulla causa suffragari. Horum omnium humeris quicquid litis aut cõtentionis exoritur, incumbit. Ad nouas iam terras, à quibus digressi sumus, redeamus. Innumerae sunt, uariæ, fortunatae. Non Saturno, nõ Herculi, nõ cuiquam ueterum, qui nouas oras quæritarunt, ad cultumq; redegerunt, nostri iuniores cedent Hispani. Prò quàm late distentam posteris Christianam uidebunt religionem: quàm late iam peruagari hominibus licebit. Quid de hisce rebus sentiam, nequeo lingua uel calamo ullo pacto promere. Claudio igitur decadis perpendicularem epilogum: animo tamen explorãdi colligendiq; cuncta particulatim, ut mandare literis illa queam quando per ocium licuerit. Colonus nanq; idem Almírantus cum quatuor nauigijs & hominibus centum septuaginta à regibus præbitis, percurrit anno M D II terram quæ occidentem Cubæ ultimam spectat angulum, ad lequas centum triginta circiter: quo medio spacio iacet insula frugibus & fructibus arboreis fortunatissima, nomine Guanassa: uertitq; se inde ad orientẽ per eius littoris oras, uersis uestigijs putans se littus Paria reperiturum: sed minime cessit. Percurrissẽ quoq; feruntur ea littora occidentalia Vincentius Agnes, de quo supra, & Ioannes quidam Diaz Solisius Nebrissensis, multiq; alij: quorum res nondum bene didici: modò uiuam, aliquando illa uidere licebit. Nunc uale.

OCEANEAE DECADIS PRIMAE,
LIBRI DECIMI FINIS.

PETRI MARTYRIS

ANGLI MEDIOLAN. PROTONOT. APOST.

regijꝫ consiliarij, de nouo orbe decas secunda, ad Leonem
decimum pontificē maximum, Crediti continentis

LIBER PRIMVS.



N X Q V O, beatissime pater, Galeacius Butrigarius Bononiensis, & Ioannes Cursius Florentinus, ad catholicū regem, pro tua sanctitate ille, hic uero pro clarissima Repub. sua, in Hispaniam se contulerunt, uiris astiti semper, & ob eorum uirtutes & sapientiam obseruauī utrunq;. Ii cum assidua uariorum autorum lectione delectentur, in libellos quosdam ex nostra officina decussos, de uastis hactenus latentibus orbis terrarū regionibus, deq; occiduis ferē Antipodibus ab Hispaniis iam pridem repertis, inciderunt. Nouæ narrationis, licet male compitæ, amore pellecti, rem commēdarunt; petieruntq; à me, cum suo, tum sanctitatis tuæ nomine, ut quæ post ea tempora reperta sunt, scriptis superadderem, eisq; exemplar ad beatitudinem tuam mittendum traderem, quo intelligat, quantum nostra tempestate, felicibus Hispanorum regum auspicijs, & humano generi decoris, & militanti ecclesiæ augmētī accesserit. Gentes nanq; ille nudæ, ueluti rasæ tabellæ, religionis nostræ ritus facile induunt, nostrorumq; commercio efferam natiuamq; rusticitatem excutunt. Placuit uiuorum sapientum, & de tua sanctitate bene meritorum, obtemperare mandatis: quippe qui, audito beatitudinis tuæ nomine, nefas inexpiabile fore putassem, nisi illico paruisssem. Quæ igitur ordine suo littera latentia Hispani discurrerint, quibus ue autoribus res actæ sint, ubi pedem **D** fixerint, quid etiam spei afferatur, quid illi terrarū tractus polliceatur, breuiter recensēbo. In decadis nostræ oceanæ narratione, quæ me inconsulto per Christianum orbem impressa uagatur, Christophorum Colonom Ligurem eas insulas, quarum meminimus, reperisse, in laeuamq; dehinc uersum ad meridiem, in uastis terrarū pelagicis regiones, ab æquinoctiali linea à quinto ad decimum gradum tantū discedētes, incidisse, descripsimus: ubi lata flumina, niuales altissimi q; montes littoribus imminentes, & placidissimos portus, inuenerat. Colono iam uita functo, regi cura ingens exorta est, ut terræ illæ nouæ à Christianis habitandæ, in religionis nostræ augmētum, occuparētur. Propterea facultatem per chirographa regia id aggredi uolentibus præbuit honoratam. Sed duobus præcipue uiris, Diego Nicueta Baecensi Vandalo, & Alphonso Fogeda Conchenfi. Quare ex Hispaniola, in qua urbem & colonias cōstruxisse Hispanos diximus, quamq; ipsi incolebāt, circiter idus Decembris Alphonfus Fogeda prior cum milibus circiter tercentū discessit: iēdensq; ferē recta ad meridiem, e portibus iam antea repertis unum adijt, cui nomen erat à Colono inditum Carthagini: quoniam & insula uenientibus fluctibus opposita, lociq; amplitudine, & falcatissimis lateribus, Carthaginēsem Hispaniæ portū æmulatur. Insulā uocant incolæ Codego, uti Carthaginēses Hispani suā appellāt Scombriam. Regio ab incolis Caramairi dicitur: in qua uiros simul & scēminas aūt statura pulcherrimos esse, nudos tamen, capillis aure tenus scissis mares, scēminas oblongis: quorū uterq; sexus sagittis plurimū ualeat. Arbores in hac prouincia nostri reperere dulcium pomorum seraces, sed maxime noxiorum: in uermes nanq; comesta conuertuntur. Sed arboris umbra præcipue letalis: nam qui sub ea aliquando dormierunt, turgido capite, & amisso penitus lumine, excitati sunt. At si breui tempore somno indulserint, post aliquot dies cæcitate liberantur. Distant is portus ab ea parte Hispaniolæ, quam uocāt Hispani Beatam, in qua ad nouas terras traiecturi sese apparāt, millia passuū sex & quinquaginta supra quadringēta. Portū ingressus Fogeda

*Arbor mis
se noxia.*

A Fogeda incolis uim intulit, quos palātes & nudos adortus est. Dati erāt in prædam ex diplomate regio: quia fuerāt in Christianos olim crudelissimi, nec adduci unquam potuerant, ut pacatō Christianos suscipere intra ditionis suæ terminos uellent. Auri copiam, sed exiguam apud eos reperere, neq; id quidem purum erat. Eo sibi lamīnas & bullas pectori affigendas ad decorem conflant. Ea tamen grassatione spolijsq; non cōtentus Fogeda, captiuos, quos paulō ante ceperat, ducibus, pagū in internis à littore distantē millia passuū duodecim, in quo fugientes ex uico maritimo suscepti fuerāt, adortus, gētem reperit licet nudam, bello tamen aptam. Scutis quippe, ancilibus & ensibus etiam ligneis oblongis & arcubus certant ac sagittis, cuspidibus aut præuulsis, aut ossis. Desperatis animis in nostros cum hospitibus impetum fecerūt; animaduersa præsertim eorum dem qui ad eos aufugerant calamitate, ex paruulorum & foeminarum raptu & spolijs strageq; in ipsos illata. Strati fuerūt nostri. Proximum à Fogeda præfecto Ioannem de Lacoffa, qui primus aurum in Vrabensi arena collegit, cum septuaginta militibus interemere. Sagittas nanq; liniunt herbæ cuiusdam succo letali. Cæteri in fugam uersi, ad naues regēte Fogeda duce, qui & ipse terga dedit, redierunt. Dum ea strage perculsi mœsti uiuerent in portu Carthagini, ecce ducem alium Diegum de Nicuesa cum quinq; nauigijs. In portu nanq; Beata in Hispaniola & hunc parantem se reliquerāt Fogeda & Coffa. Is quinq; & octoginta supra septingētos adducebat. Plures nanq; hunc Nicuesam milites secuti fuerāt, cum esset cuiq; liberum ex ducibus alterutrum eligere; propterea quod maioris esset ob ætatem autoritatis, & quia ferebatur uulgō Beraguam ex regia concessione à Nicuesa colendam, auro ditiores esse, quam Vrabam Alphonso Fogedæ destinatam. Appulso igitur Nicuesa, consilium iniere quid facto opus esset. Suffragijs uniuersorum statutum est, ut sociorum ultioni primum studeretur. Noctū agmine composito iter cepere ad eos, qui Coffam & septuaginta socios interfecerant. Vltima noctis uigilia imparatos adorti, uicum qui domorum cōstabat centum amplius, sed uicinorum triplo refertum, incolunt nanq; gregatim, uniuersum in gyrum circumseptum, ne quisquam euaderet, supposito igne, deleuerunt. Sunt domus eorum lignæ, palmarum folijs contegulatæ. Sex tantū paruulis, ex ingenti uirorum ac mulierum multitudine, pepercerūt, cæteris qui nō aufugerint ferro aut igne consumptis cum supellectilibus. A feruatis pueris, Coffam & cæteros interemptos ab interfecto in frustra secatos fuisse, & demum comefos intellexerunt. A Caribibus nanq; siue Canibalibus, carniū humanarum edacibus, originem traxisse Caramairenses, existimant. Auri aliquid inter cineres repertum est. Auri nanq; sitis non minus quam terrarum ad hos labores & discrimina subeūda nostros cōcitat. His actis & Coffæ ac sociorum nece pensitata, ad portum regrediūtur. Post hæc Fogeda qui prior uenerat, prior cum sua caterua discedens, Vrabam suæ gubernationi addictam quæ siturus, iter fecit per insulam, quæ Fortis dicitur. Ea est media inter Vrabam & Carthaginensem portum: in qua descendens Trucium esse patriā Canibalium didicit. Ex incolis mares duos, foeminas septem, captiuos adduxit: cæteri euaserunt. Centū & nonaginta drachmas auri in uaria monilia cōflati cōsecutus est. Inde Vrabam ab orientaliprehendit ora, quam appellant indigenæ Caribana, unde Caribes insulares originem habere, nomenq; retinere dicūtur. Ibi arcem & arcu uicinū uicum cœpit condere, in quod se reciperēt. Dehinc à captiuis edoctus, esse in internis ad millaria duodecim pagū nomine Tirusi, aurifodina dite nobilem. Consilium sumpsit de pago debellando. It, paratos ad sui iuris defensionem paganos offendit: repulsus fuit non sine contumelia & damno: sagittis nanq; uenenatis & isti bellum gerunt. Non multos post dies in alterius pagi opugnationē cum egestate pressus uenisset, fuit & ipsi sagitta femur transfueraturum. Aiunt ē socijs nōnulli ab indigena percussum, cuius uxorem captiuam

*Nudorū de Hi
spanis armatis
uictoria.*

C ducebat. Amicē prius de uxore redimenda, inquit, egisse maritum cum Fogeda, ad certumq; diem fuisse pactum id auri pondus, quod Fogeda pro uxore petebat. Statuto autem die rediisse, sed sagittis & telis armatum, non auro onustum, cum octo socijs ad mortē paratis animis, illatā iniuriā Carthaginensibus & pagi postea combusti participibus. Trucidatur incola ab Fogedæ socijs, nec datur ultra amata coniuge frui. Fogeda atrocitate ueneni paulatim desiccatur. Dum hæc ita succederent, ecce Nicuesam ducem alterum cui Beragua regio Vrabæ occidentalis assignata est habitāda. Is postridie à Fogedæ digressu ē portu Carthaginis uela dedit Beraguam aditurus. Littora semper lambēs cum copijs, quas adduxerat, sinum cepit indigenarum appellatione Coiba, cuius rex erat nomine Carēta. Linguam reperit ab Hispaniola & Carthaginensi longe aliam. Diuersa etiam in his tractibus à suis met uicinis sunt idiomatica. Regem namq; Hispaniola Cacicū uocat, Coiba uero prouincia Chebi, alibi Tiba. Nobilē appellat Hispaniola Taino, Coiba saccum, alibi Iurā. Ex Coiba ad Vrabam Fogedæ socij sui præfecturam tetendit Nicuesa. Post aliquot inde dies ingressus ipse nauigij genus mercatorium, quod carauelam uocat Hispanus, onerariæ naues ab alto ut sequatur, imperat. Secum uero ducit biremes duas, uulgò bergantinos: quos est animus, simul & cætera nauigiorū genera, multa etiā alia, uulgaribus eorum nominibus in discursu nostræ narrationis nuncupare, ut apertius quid uelim intelligatur: neglectis tetricorum mordendi causas in scriptores quarētium genuinis. Emergunt namq; non pauca quotidie, quibus uera nomina relinquere non potuit uetustatis uenerāda maiestas. Post Nicuesæ discessum, ad Fogedam ex Hispaniola uenit una nauis, duce Bernardino de Caluera, qui eam fuerat ex Hispaniola suffuratus cum hominibus sexaginta: Archithalasso, quem ipsi Admirantum appellant, & gubernatoribus alijs inconsultis. Ex alimentis quæ ferebat, perditas egestate uires aliquātulum recrearunt. In Fogedam indies magis ac magis exoriebantur sociorum murmura, quod eos inani spe depasceret. Dicebat enim se in Hispaniola reliquisse Baccalarium Ancisum, iustitiæ prætorē à se electū autoritate regiā, quia sit peritus legibus, ut ad se duceret nauim unam commeatibus onustam: seq; mirari quod multis antē diebus nō uenerit. Neq; id falsò aiebat. Discedēs namq; Ancisum iam semiparatum reliquerat. Socij uero se deludi arbitantes, inania esse quæ de Anciso narraret, suspicati sunt. Taciti secum statuunt pleriq; bergantinos duos furari Fogedæ, ac ad Hispaniolam reuerti. Re intellecta Fogeda præoccupare sociorum cogitata cōstituit: relicto Frācisco Pizarro nobili uiro præfecto ad arcis, quam cōsiderat, custodiam. Cum paucis ita faucius nauim, de qua antē diximus, cōscendit: ad Hispaniolam tum curatum femur, si quod remedium inuenerit: tum etiā ut uestiget quid rei Ancisum moretur, profecturus: de reditu suo intra quinquagesimū diem spem socijs relinquens, qui ex circiter tercētum ad numerum sexaginta, cæteris tum fame tum incolarum telis consumptis, reducti erant: lege Pizarro & socijs conscripta, ne prodicione taxarentur, si intra quinquagesimum diem non reuertetur, commeatum & recētium sociorum auxilia ducens. Pactis igitur diebus exactis, cum fame iam acri urgerentur, duos cōscendunt relictos bergantinos, & eam terram deserunt. Hispaniolam uersus altum iam adnauigātibus, exorta tempestas ē bergantinis unum cum uniuersis qui inerant, absorpsit. E socijs alij referunt, se aperte uidisse immanem piscē circumeuntem bergantinum (Ingentia enim monstra maria illa nutriunt) & caudæ ictu bergātini temonem confregisse in frustra. Quo deficiente, circumactus tempestate bergātinus obrutus est, circa littus insulæ, quam Fortem appellāt, inter Carthaginēsem & Vrabanam oras sitam. A qua arcubus & sagittis bergātinus superstes accedēs ab incolis feroci congressu barbarorum reiecta est. Iter ergo suum prosequens fortē incidit in Baccalarium Ancisum inter Carthaginēsem portum & Cuchibacóam regionem,

A gionem, in ostio fluminis, quem nostri Boium gatti appellat: quia ibi catum primo uiderint. Boius autem hispaniola lingua domus dicitur. Veniebat Ancifus una naui onusta comēatibus omnis generis tam ad uictum quā ad uestitum faciētibus, & bergantino comite. Is erat cuius aduētum Fogeda dux auide operiebatur. Ex Hispaniola idibus Septēbris soluerat, & quarto die à discessu montes altos quosdam recognouit, quos à perpetuis niuisbus Serram Neuatam Hispani appellarunt, prætereunte Colono primo repertore illarum regionum. Quinto autem die per Os Draconis iter fecit. Ancifus referunt qui bergantino uehebatur, Fogedam ad Hispaniolā rediisse. Falso locutos Ancifus existimans, auctoritate prætoria, ut reuertatur, imperat. Dicto parent bergantinei, Ancifum sequuntur, licet ab eo supplices petierint, ut alterutrum illis indulgeret, aut ut bona eius uenia liceat ad Hispaniolam regredi, uel eos ipse ducat ad Nicuesam: in gratiæ præmium sese donaturos ei duo millia drachmarum auri offerunt. Auro nanq; dices erant, sed pane egētes. Neutrum Ancifus annuit, seq; aliò proficisci nullo modo posse testatus est, præterquam in Vrabam Fogedæ prouinciam. Illis ergo ducibus Ancifus prætor Vrabam uersus tetendit. Sed unum prius memoratu dignum, non sit molestum, beatissime pater, audire, quod huic prætori accidit uenienti, lecit & iste anchoras in ora Caramairiana, quam diximus Carthaginēsi portu, & maritali sœminarum casta uenustate, atq; utriusq; sexus animi fortitudine, esse illustrem. Aquandi gratia, & scaphæ naualis quæ contracta erat reficiendæ causa, nonnullos in littus mittit. Attentos operi nostros indigenarum multitudo suo more armata circumsēpsit, triduoq; obsessos tenuit: quo tempore neq; illi manus conferere, neq; nostri illos impetere ausi sunt. Ordinibus seruatis utriq; toto triduo steterunt, protentis oculis in alteros alteri. Nostri tamen interea opus demandatum prosequēbatur, fabris nauticis mediū agmen tenentibus. Dum sic hæsitarent, ex grege aberrarunt duo, aqualem urnam impleturi ad ostium fluminis utriusq; uicini. Dicto citius ex hostibus adest cum decem armatis primarius unus, & ab utroq; latere aquatores circundant: sagittis in eos directis, minime tamen excussis, & trucibus oculis eos inspectabant. Aue fugit e duobus alter, manet imperterritus alter, & fugiētem socium iurgio reuocauit. Hostes compellat eorū idiomate, quod didicerat ex captiuorum inde aliās raptorum commercio. Admirati sermonem patrium in aduena, truculentiam exuunt, blandis inuicem uerbis agunt: qui sint eius cateruæ appulsæ duces, interrogant indigenæ. Peregrinos esse transeuntes respondet pedes: & se mirari ait, quod à littore prætereuntes naues conentur deturbare, arguens eos immanitatis, ac simul ruīnam enunciat, ni tale consiliū abijciant. Venturos nanq; armatos, qui superent maris arenas, in ipsorum perniciem, certiores facit: nisi non modò non arma sumpserint, uerum etiam nisi honorifice ueniētes ad ea littora susceperint. Detineri pedites nunciatur Ancifus. Fraudem inesse suspicatus Ancifus, scutatos educit socios omnes, propter sagittas uenenatas, & composito agmine pedetentim graditur ad eos qui pedites detinebant: sed dato signo à pedite indicante ut sisteret, sustinuit gradum, & per reuocatum peditem alterum intelligit rem esse in tuto. Cupere pacem hostes, inquit pedes, quandoquidem non ipsi sunt, quos arbitratur, Fogedam & Nicuesam insinuabant, qui pagum in littore illo spoliauerant, captiuus abductis, & in internis alium prostrauerant combusserantq;. Vltum eam iniuriam se uenisse fatebatur hostes, si quiuissent. At contra insones minime se uelle sua tela exercere. Impium nanq; aiunt esse in quenquam non laessentem pugnare. Depositis igitur arcibus & sagittis nostros benigne excipiunt, falsis piscibus & pane patrio donant. Ceruisia quoque ex fructibus patrijs & sementibus, uinum æquante, iisdem uinarios cados impleuerunt. Ita pace cōfecta cum Caramairensibus, ab alijs ducibus acriter laessitis, Ancifus per insulam Fortem Vrabam proficiscitur. Sua naui Ancifus cen-

tum uehebat & quinquaginta uiros recētes, qui in demortuorū locum suffice-
 rentur: duodecim etiā equas, & fues foeminas plures, cū suis quodq; genus ma-
 sculis, ad sobolē in ea regione procreandā: & unā tormētorū uasa quinquaginta
 cum hastarū, scutorū, ensū, reliquorumq; id genus telorū multitudīne immēsa
 ad bella gerēda. Sed male auspīcato cuncta, iam iam intrare portū uolētibus, na-
 uis gubernator, qui temonī inharebat, in breuia & uadofas arenas direxit. Stat
 misera nauis arenis inuoluta, undis concutitur, aperitur, quicquid in ea ueheba-
 tur amittitur. Visu miserrimum. De cōmeatibus duodecim tantū farinae cados,
 caseosq; pauculos & biscocū panis copiam exiguā seruauerūt; animalia & ipsa
 suffocata undis. Per bergātinum & nauis scapham penē nudis ipsi corporibus,
 cum telorū parte euaserūt. Ita ex calamitate cadūt in calamitates, de uita tantū,
 de auro iam minime solliciti. Ecce uiuos & incolumes in complexu terrā, quam
 tota mente petierāt. Sustinēdis corporibus opera danda est, quia nō uescuntur
 aēreo flatu. De alieno quarendū est, proprio deficiēte. Vnū tamen illis inter tot
 aduersa secundū sese obtulit. Palmeta nō procul à littore inuenere, inter quā &
 palustres uluas, aprorū multitudo libera uagabatur. Aliquot ibi dies aprinis car-
 nibus ad saturitatem usi sunt. Illos tamen aiunt nostris esse minores, caudis bre-
 uissimis, adeo ut abscissas fuisse arbitrarētur. Pedibus etiā nostris dissimiles sunt:
 posteriores quippe aiunt pedes in his apris uno digito, non unguato, constare.
 Eorum etiā carnes multo nostrorū carnibus saporosiores & salubriores experti
 sunt. Palmarum fructibus & palmulis radicalibus (quibus interior Batica uesci-
 tur, & palmitos uocat, ex quorumq; folijs Roma scopas habet) nec non provin-
 cialibus pomis eo tēpore usi sunt. Sed poma illa, ut præcocia pruna quā offata,
 parua etiā & rubētia ferūtur. Arbitror ego eius generis esse, qualia ipse comedi
 Aprilī mēse in ægyptia Alexandria: quorum arborem Iudæi indigenæ periti le-
 gis Moesæ cedrū Libani asseuerant. Ea sunt esui apta: dulcedinē leni quadā acri-
 monia mixtam habēt, uti in sorbis uidemus. Loco persicorū & ceraforum atq;
 huiuscemodi aliarū arborū, incolæ in hortis arborē hanc plantāt, & diligētī cura
 nutriunt, cum peregrina sit. Ea est zizifera arbori & folijs & altitudine, trunco
 etiā, similima. Apris iam deficiētibus de futuro cōsulere cogūtur. Itur in interna
 turmatim. Est huius terræ Caribana gēs arcubus & sagittis tractādīs aptissima.
 Centuriam Ancisus ducebat: dico centū pedites: etsi me nō lateat constare cen-
 turiam ex centū uigintiocto militibus, ut decuriam ex quindecim. Licet tamen
 de gēte nuda scribēti, nudis uti uerbis interdū. Obuij occurrūt nostris tres tantū
 incolæ nudi, sine formidine ulla nostros adoriūtur, sagittis uenenatis transfigūt
 plures, plerosq; perimunt, pharetris euacuatīs euadunt uento celerius, pedibus
 nancq; plurimū ualent: & nostros laceffunt iurgiosis opprobrijs. Sagittam in ua-
 cuum emissam ex arcubus ferūt nullam. Redeūt ergo nostri quā uenerāt mul-
 tis modis infelices: & de relinquēda terra illa consiliū ineūt, præcipue quia dirue-
 rant arcē incolæ, quam Fogeda cōdiderat: & uici domos triginta combusserāt,
 ubi primū terram à Fogeda relicti Pizarrus & socij deseruere. Vestigātes igitur
 intellexere latus occidentale sinus illius Vrabæ felicius esse ac feracius. Quare di-
 midiam cū bergātinis uirorū partē transmittūt, reliqua in oriētali littore relicta.
 Est sinus ille latus millia passuum quatuor & uiginti: quoq; magis intra cōtinen-
 tem prouehit, eo magis angustatur. In sinum Vrabæ diuersa cadūt flumina: sed
 unum Nilo, ut aiūt, fortunatius, nomine Darien: in cuius ripa herbida & arbo-
 rifea figere pedē statuunt: licet paruo lentoq; alueo constet. Accolæ uero admī-
 rati uelorū & bergantīnorū aduentum, quā suis lintribus erāt grādiōres: foemi-
 nis maribusq; inermibus & supellectilibus emissis, bello apti animis ac telis pa-
 rati nostros in elato quodā tumulo structa expectāt acie: quingētos amplius nu-
 mero illos nostri esse iudicarunt. Instruunt ergo acies duce Anciso prætore pro
 Fogeda: flexis genibus prætor ipse ac cateri pro uictoria supplices orāt superos.

Ancisi nau
 fragium.

Incredibilis ani-
 morū audacia,
 & sagittādi pe-
 ritia.

Vouent

A Vouent simulacro beatæ uirginis, quod Hispali sub nomine sanctæ Mariæ Antiquæ colitur, aurea & argentea quædã dona, missurosq; se peregrinũ pollicentur: & nomen uico habitado imposituros sanctæ Mariæ Antiquæ, templumq; sub eodem nomine erecturos, uel ad id eius reguli atrium dicaturos. His actis, milites omnes iureiurando astringit, ne quisq; hostibus terga uertat. Dato signo lætis animis scuta lacertis accingunt, hastas uibrant, & sublato clamore in hostes ruunt. Impetum nostrorũ diu sustinere hostes nudi minime potuerunt: in fugã uertuntur, duce regulo Cemaco. Nostri uicũ occupant: in quo ciborum copiã more patriæ ad præsentẽ esuriẽ propulsandã reperere: panẽ scilicet radicalẽ, & ex semetibus quas panico similes diximus in prima decade: cũ fructibus à nostris dissimilibus, quos ipsi, uti nos castaneas & similia, seruant ad usum. Ex gẽtibus ijs mares nudos penitus, fœminas uero ab umbilico gossampina contectas multitudine repererunt. Est ea regio horroris hyberni expers. Distat namq; Darienis fluminis ostiũ ab æquinoctio gradus octo tantũ: ita quod populus uix diei ac noctis toto anno discrimen sentiat, ut pleriq; aiunt, neq; enim sunt astronomiæ periti. Propterea nil curæ nobis sit, an gradus ij ab eorũ sententiã dissentiãt, nec ne, quãdoquidem paruo differunt. Licet ipsi arguant, se intelligere, quantum à puncto arctico stella polaris distans circumeat. Postero igitur die ex quo ad littus appulsi sunt, aduerso flumine tendunt. Canneta fluuialia reperit ad unum milliãre densissima: rati quod accidit, profugos accolas ibi uel latitare, uel supellectilia abscondisse. Cannetum sagaci indagine, scutis tamen insidiarũ metu cõtecti, perambulãt. Desertum hominibus reperere cannetũ, sed supellectilibus & auro refertũ. Lodicum ex arboreo serico siue gossipio cõtextarum (quod uulgus Italũ bombasum, hispanum uero algodon nuncupãt) copiã non exiguã, & utensiliũ ex ligno, pleraq; alia ex fictilibus, reperere: aureos & thoraces inuenere pectorales, & monilia eorũ more, ad librarũ summã duarum supra centũ. Auro namq; & ipsi monilia sibi comparãt, & miris modis laborata cõficiunt. Ea prouentuum suorum permutatione assequuntur. Nam quæ regio pane fortunatur aut gossipio, auro caret: quæ uero aurũ gignit aut alia metalla, maiori ex parte montana, saxea, minimeq; ferax. Sic inuicẽ cõmercia peragunt pecuniã expertes. Duplici ergo latitia psallẽtes, quod aurũ magna cernerẽt argumẽta, & terrã fors amœnã ac feracem obtulerit: socios in oriẽtali sinus Vrabæ parte relictos aliã, accersunt. Nonnulli tamen insalubrem esse ibi aẽrem cõtendunt, quia in summissa ualle iaceat pars illa, mõtibus & paludibus circumsepta.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANEAE DECADIS
secundæ, Crediti continentis liber secundus.



ABES beatissime pater, ubi figere pedem constituent, qui Fogeda duce uastos tractus Vrabẽses habitandos sanctione regia sortiti sunt. Sinamus ergo Vrabenses parumper, & Nicuesam Beraguæ amplissimæ prouinciæ gubernatorem destinatum repetamus. Ex Vraba amici & socij Fogedæ iurisdictione, diximus Nicuesam una carauela & duobus bergantinis ad occidentẽ Beraguam uersus tetendisse: nauibus grandioribus à tergo, ut sequerentur, relictis. Male auspicato consilium sumpsit. Nicuesa noctũ amittit socios: procedit ipse, & Beraguæ fauces, quas oprabat, præterit. Ex bergatinis unum ducebat Lupus quidam de Olano Cantaber, unius è nauibus grandioribus præfectus. Is à tergo succedens ab incolis didicit, quã iter esset ad Beraguã sinũ ab oriente, relictum à Nicuesa. Versa igitur ad orientem prora, procedens Olanus occurrit altero bergatino comiti, qui & ipsi per noctis tenebras aberrauerat, cuius erat ductor Petrus de Umbria.

C Læti ambo consulunt quid eligendū, quā putent Nicuesam gubernatorē suum fecisse iter. Deliberatō iudicant, Nicuesā ductori minus detuisse monitores de Beragua, q̄ sibi ductis, & spe reperēdi ducis in Beragua. Beraguam uersus tendunt: ubi reperere ad millia passuum xvi uicinū flumen, nomine dato à Colono de Lagartos: quia lagartos hispana lingua, latine lacertos, nutriat maximos: hominibus cæterisq; animalibus noxios, Nilacos crocodilos æmulantes. In eo fluuio errorum socios reperere in anchoris cū nauibus grādiōribus, quæ ab alto ex ducis mādato procefferāt. Ibi uniuersa cōcio de gubernatoris errore sollicita, ex ducū bergantinorum cōsilio, qui proxime Beraguam abraferāt, Beraguam proficiscuntur. Est Beragua incolarū appellatione fluuius aurifer, & idē regionis nomen à fluuio sumptum. In eius fluminis faucibus anchoras faciūt naues grandiores, & uniuersos commeatus in terrā scaphis seruitorijs deportāt: & Lupum de Olano, Nicuesā amissi loco gubernatorem erigūt. Cuius & primorum consilio, ut abeundi aduectis spes omnis tolleretur, sedarētq; animos ad eas incolendas, naues illas uetustate corrosas, parumq; profuturas, deserunt, & quassari ab undis sinunt. Attamen ex eorum recētoribus tabulis, & nouis alijs ex regionis arboribus, quas aiunt ualde proceras esse & miræ altitudinis, sectis, nouam post hæc construxere carauelam, qua uterētur ad emergentes necessitates. Fato infelici à Petro Vmbriæ bergantini unius ductore Beragua reperta est. Is ingenio celer, tentandæ terræ prouinciam sumpsit, ut quo in loco terra capiēda esset, socijs renunciaret. Duodecim nautas elegit: scapham nauium grandiorum ministram conscēdit: pelagi fluxus ibi mugiebat horrēdo quodā murmure, ueluti de Scylla legitur sicula, ob immanes pelago prominentes rupes, ex acri undarum refluxu, quem Hispani uocant refaccam, intra rupes repercussarum. Luctatur aliquantisper Vmbria: at miserum, reiectus instar mōtis ē rupibus turbo cooperuit, & cum scapha ante sociorum oculos absorptum uorauit. Vnustantum

Fluuius aurifer

Miserādus Vmbriæ casus.

D ex omnibus, quia natator esset egregius, emerisit: & apprehenso paruulo inter undas scopulo, turbati maris furorem sustinens, pacato altero die mari, & exiccato ex refluxu littore, euasit ad suos. Vmbria & reliqui undecim deplorati. Cætera multitudo non ausa se credere lintribus, cum bergantinis descendit in terram: ubi paucos dies commorata, aduerso flumine ascendens, incolarum pagos reperit, quos ipsi Mumu appellant. Arcem in littore cōdere incipiūt, & in ualle quadam uberis soli, cum alioqui sit regio sterilis, semētes more patrio iecerunt. Rebus ita se habentibus in Beragua, ecce ab alta speculari rupe unus ē socijs ad occidentem tendens oculos, lintea uela, lintea uela, proclamat. Quò propius uento appellitur, scapham esse carbasiolo erecto uenientem cernit. Læti tamen scapham suscipiunt. Ea enim erat carauelæ Nicuesanæ piscatoria, quinq; uiorum tantum capax: qua tum tres uehebantur, Nicuesa inconsulto scapha suffurata, quia credere illis Nicuesa reculasset, quod Beragua esset ab oriente à tergo relicta. Hī uidentes Nicuesam & socios paulatim esurie cōsumi, fortunam experiri ea scapha statuerunt, an Beraguam ipsi quirent detegere. In Beraguenses igitur socios incidunt: Nicuesam referunt errare amissa carauela per tempestates, inter paludes maritimas & deserta littora peragrare, omnium rerum egenam, calamitosum, qui septuagesimū amplius iam diem traheret herbarum aut radicum escis, aut patriæ fructibus raro, cōtentus potabili aqua, saepe deficiente: quia instaret ad occidentē pedibus tendere, Beraguam animo gestās. Tractum eum Colonus eius tam uastæ terræ primus repertor percurrerat, & Gratia dei nomen indiderat, incolarum appellatione Cerabarō. Interluit regionē fluuius à nostris sancti Matthæi appellatus, à Beragua occidentali millia passuum circiter centum triginta. Huius fluminis & locorū plurimum patriā prætereo appellationem, quia ignorāt eorū nomina, qui ad nos redeunt. Eō trium nautarum relatu Lupus de Olano unius ē duabus Nicuesā nauibus ductor, tūc etiā proprator, unum

Nicuesa calamitas.

A unum misit bergatinum, ducibus nautis aduectis scapha. Nicuesam reperiunt. Aduectus Nicuesa Olanum electum gubernatorem donec ipse aduentaret, in carcerem & uincula compegit, proditoris accusans, quod sibi gubernatoris auctoritatem induisset, & imperandi dulcedine pellectus, minime fuerit de ipsius erroribus sollicitus, negligenterque se habuerit, inuestigando quid ipsum tanto tempore moraretur. Primarios omnes perturbato animo alloquebatur: & intra dies paucos, ut sarcinulas colligerent omnes, si quas habebant, imperat. Expectaret parumper æquo animo, rogant, donec sementes quas ipsimet iecerant, metantur, quæ iam propè maturuerant: nam quarto quoque mense à iacto semine maturescunt. Se nolle quicquam expectare proclamat. Illico, inquit, à tellure tam male fortunata discedendum fore. Eruit ex sinu Beraguensi quicquid aduectum erat. Ad orientem uela dirigi iubet. Ad milliaria sedecim, Gregorius quidam iuuenis lanuensis Coloni primi repertoris à teneris famulus, portum ibi esse uicinum recognouit: socijs quibus se uera dicere probabat, signa dedit: in arena semiobrutam anchoram ex nauis amissa, subque arbore portui proxima fontem liquidum se reperturos enunciat. Terramprehendunt. Anchora & fonte repertis, ab ingenio & memoria Gregorium commendant, quod eius rei solus est multis nautis, qui littora illa cum Colono percurrerant, reminisceretur. Portum Bellum Colonus appellauerat. Cum ex itinere plerisque in locis urgente fame descenderent, è nauibus ab incolis male excipiebantur. Ex egestate tanta nostros inuaserat hebetudo, ut arma capere in quenquam, licet nudum, resistentem nequirent. Vingtihomines propterea uenenatis percussos sagittis amiserant. In Portu Bello fuit consilium dimidiam sociorum partem relinquere: reliquam Nicuesa traducit orientem uersus: ubi ad milliaria octo & uiginti à Portu Bello, statuit arcem condere in littore apud promontorium, olim à Colono Marmor appellatum. Sed nemini uires ad laborem illum ob esuriam suppetebant. Turriculam tamen ad primos incolarum impetus sustinendos erexit, quam Nomen Dei appellauit.

B Ex quo Beraguam reliquit, tum in itinere inter arenosas planities, tum egestate dum turrim ædificaret, è paucis superstibus ductum amisit. Ita paulatim consumpta est septingentorum octogintaquinque uirorum multitudo, ad uix centum iam reducta. Dum Nicuesa cum paucis illis miserrimis hominum uiueret, exorta est inter Vrabenses de principatu contentio. Vachus Nunnez Halboa quidam omnium iudicio magis armis quam consilio confusus, manu promptos in Ancisum prætorum concitauit, inquiens, Ancisum literas regias prætoriam potestatem annuentes minime habere: nec satis esse quod à Fogeda fuerit auctoritate gubernatoria electus. Vetuit igitur ne ius prætorium exerceret Ancisus: & quosdam inter se uiros Vrabenses statuerunt, quorum consilio regerentur. Quare in factiones diuisi, non redeunte duce suo Fogeda, quem sagittæ ueneno iam perisse arbitrabantur, an accersendus esset eius loco Nicuesa, nec ne, inuicem contendebant. Qui magis consilio ualebant, & Nicuesæ familiares fuerant, quique Vachi Nunnez insolentiam ferre nequibant, Nicuesam debere queri per ea uniuersa littora censebant. Intellexerant enim ex Beragua ob terræ sterilitatem discessisse: posseque ipsum Ancisi exemplo, & aliorum qui naufragati fuerant, in secessu aliquo oberrare: neque esse animo quiescendum, donec aperte intelligatur, uiuat ne cum socijs, an obierit. Vachus autem Nunnez ueritus ne adueniente Nicuesa imperio in socios exueretur, insanos appellabat eos, qui putarent Nicuesam uiuere: & si uiueret, opera Nicuesæ ipsos non indigere. Asserebat enim neminem ex socijs esse, qui non sit æque imperio aptus atque Nicuesa. Dum ita in contrarijs uersaretur studijs, ecce duarum nauium grandiorum ductorem Rodericum Enriquum Colmenarem cum sexaginta uiris recetibus, & com meatuum tam ad uictum quam ad uestitum copia. De huius Colmenaris nauigatione animus est pleraque referre. Ex Beata

Colmenaris
nauigatio.

C portu Hispaniolæ, ubi ad has terras traiecturi se instruunt, Colmenares iste dis-
 scellit circiter idus Octobris, anni millesimi quingentesimi decimi. Prehendit au-
 tem terram in nonis Nouembris in uasta Paria regiuncula à Colono reperta,
 inter portum Carthaginis & regionem Cuchibacóam. Passus est inter nauigan-
 dum tum ab incolis, tum à maris ira, incommoda non mediocria. Aqua potabili
 deficiente, naues applicat ad fluminis ostium suscipiendis nauibus aptum, inco-
 larum appellatione Gaira. Defluebat autē Gaira ex alto niuali monte, quo al-
 tiorem nemo ex ducis Roderici comitibus aiebat se uidisse unquam. Neq̄ aliter
 putandum est, si niuibus albescebat in ea regione quæ intra decimum gradum
 distat ab æquinoctiali linea. In Gairæ igitur fluminis ripa ad implēdos cados lin-
 trem seruitoriam demittit. Dum haurire aquam inciperent è scapha, ecce regu-
 lum uestibus amictum gossampinis, cum socijs palatinis uiginti, insuetum uisu,
 lena illi pendebat ab humeris cubito tenus, à cingulo uero demissa: uestis alia
 talaris foemineum æmulabatur ornatum. Accedēs regulus, amice uisus est mo-
 nere nostros, ne inde aquam sumerent, quod noxia esset hominibus: ostenditq̄
 proxime labi fluuium alium, aquæ salubrioris ductorem. Monstratum à regulo
 fluuium adeunt. Fundum tentare nitentes tempestate prohibētur: ebullientes
 etiam arenæ uadosum esse ibi mare indicabant. Coacti sunt igitur ad primum
 redire fluuiū iaciendis anchoris tutum. Struxit cacticus ille nostris insidias adeun-
 tibus. Attentos nanq̄ cadis implendis, cum armatis more suo, nostrorum iudi-
 cio septingētis, licet nudis aliās (Soli nanq̄ regulus & palatini eius amiciuntur)
 nostros perturbat: lintrem raptat, & in assulas cōfringit. Sagittis uno icū oculi,
 septem & quadraginta è nostris, priusquam scutis se cōtegere quiuerint, trans-
 uerberauerunt, è quibus unus tantum euasit: cæteri atrocitate ueneni periere
 illico. Neq̄ enim remedia contra id ueneni genus adhuc intelligebāt, uti postea
 ab insularibus Hispaniolæ didicerunt. Herbam nanq̄ gignit Hispaniola huius
 herbæ uirus extinguens, modo propere succurratur. Seruati sunt & alij septem
 elapsi intra magnæ arboris corrosus uetustate sinum, ad noctem usque ibi lati-
 tantes: sed minime uitauerunt hostium manus. Noctū nanque illis relictis, na-
 uis discessit. De his nulla ulterior mentio habita est. Ita per multa huiusmodi di-
 scrimina, quæ, ne sim minuta recensendo tuæ sanctitati fastidiosus, prætereo.
 Vrabæ tandem sinum affecutus est. In orientali eius latere sterili iecit anchoras:
 unde paucis antè diebus ad occidentale fortunatius nostri transmigrauerant.
 Admiratus locorum silentium, ibi nanque socios se reperturum putarat: quid
 rei hoc sit non intelligit, uiuant ne, an locum mutauerint, ambigens. Salubre ad
 rem consilium amplexus est: aneas balistas & pulueraria quæcunq̄ tormenta
 nauibus gestabat, globis & puluere farciri, flammascq̄ per cacumina rupium
 accendi noctui iubet. Igne supposito uniuersa simul tormenta quatiant: toni-
 tribus & mugitu horredo sinus Vrabensis intremuit: licet millia passuum qua-
 tuor & uiginti distarent (Ea est enim sinu Vrabensis latitudo) exauditur tamen
 à socijs: & flammis aduentantium sociorum, Dariennenses mutuis respon-
 dent flammis. Quare flammaram respondentium ductu ad occidentale latus
 Colmenares traducit naues. Aerumnosi Dariennēses, qui iam uix animam ege-
 state lassam dentibus retinebant, ob Ancisi prætoris naufragium protentis in
 cœlū manibus, obortis præ lætitia simul & mœrore lachrymis, eo plausu, quem
 tanta necessitas exposulabat, Rodericum & socios ad se ueniētes su-
 scipiunt. Commeatibus & indumentis (erant enim penè
 nudi) abunde fruuntur. Restat, beatissime pater,
 ut quid Vrabensium dissidia de prin-
 cipatu ducibus amissis pepe-
 rerint, edisseramus.



PRIMORES Vrabenses omnes, & qui consilio magis pollebant, accersendum esse quoquomodo Nicuesam, sicubi reperiat, censerent. Ab Anciso prætoris renuente aduentum Nicuesæ, Bergantinum quem ipse propria impensa construi fecerat, abripiunt: & contra ipsius Ancisi uoluntatem ac Vaschi Nunnez gladiatoris iudicium statuunt, ut Nicuesa quaeratur, ad inuidiam de principatu inter se tollendam.

Colmenari ergo, de quo supra mentionem fecimus, negocium dant ut Nicuesam quaerit per ea littora, uti suspicabantur, errantem. Audierant namque deseruisse Beraguam telluris infœcundæ regionem. Dantque in mandatis, ut repertum aduehat: spem rei bene gerendæ illi præbeat, si ad tollendas inter eos coalescentes iam seditiones uenerit. Prouinciã sumit Colmenares, quia Nicuesæ deuinctus esset amicitia: nec se minus ut Nicuesæ succurreret cum suis comitatibus quam Vrabensibus, uenisse fateretur. Vnam igitur e suis nauibus quas aduexerat, & ablatum Anciso prætori Bergantinum, cum parte comitatu, quos importauerat, instruxit. Vniuersa circum uicina littora peragrans, ædificatam turrim ad Marmor promontorium Nicuesam tandem reperit, uiuentium omnium infelicissimum, suprema macie cõfectum, squalore oblitum, unã cum sexaginta tantummodo socijs, ex septingentorum amplius numero superstitis: adeo ut nihil minus illorum miseretur, quam si mortuos offendisset. Nicuesam amicum Colmenares recreat, lachrymis & blandis sermonibus solatur: ampla spe melioris successus, & mutandæ fortunæ Nicuesam replet. A bonis omnibus Vrabensibus aduentum eius desiderari arguit: quod sperent eius autoritate sedatum iri discordias inter eos exortas. Colmenari amico Nicuesa gratias agit, quales tanta calamitas exigebat. Mare unã conscendunt, Vrabam uersus proficiscuntur. Veteri solent homines naturæ instituto, ex lætis fortunæ successibus insolescere. Post lachrymas, post fletus, & uarios de infelici fato suo cõquestus, post gratiarum actiones, prouolutus ad pedes Roderici Colmenaris seruatoris sui Nicuesa, fame iam domo expulsa, cœpit obloqui priusquam Vrabenses uiseret, de mutãdo rerum statu in Vraba, deque auro demẽdo cunctis, inquit, nequiuisse quenquam se aut Fogeda collega suo inconsultis, auro manũ imponere. Hæc huiusmodi dicta ad Vrabensium aures delata, Ancisi prætoris pro Fogeda, & Vaschi Nunnez partis aduersæ suscitatorios animos in Nicuesam cõcitarunt. Adeuntẽ reijciunt, uel ut alij referunt, posteaquam in terrã descenderat cum sexaginta socijs, ut inde abiret, minis etiã additis, cõegerunt. Bonis omnibus id minime placuit. Sed populi tumultũ ueriti, quem Vaschus Nunnez excitabat, rem inquam passi sunt. In Bergantinum igitur, quem ipse miser aduexerat, cum septendecim tantũ ex sexaginta superstitis trudent. In calendis Martijs anni millesimi quingentesimi undecimi infelix Nicuesa mare cõscendit, iturus ad Hispaniolã, cõquestum de Vaschi Nunnez temeritate, atque illata uis per Ancisum prætorẽ in ipsum. Hora infauista Bergantinum cõscendit: nusquam apparuit ultra. Summerfos omnes & Bergantinũ ipsum, arbitratur. Id utcunq; feratur, Nicuesa ex ærumna præceps in ærumnam cadens, uitã finiuit ærumnosius quam uixit. Turpiter eiecto Nicuesa, consumptisque quos Colmenares importauerat comitatibus, fame rabidi, uti e syluis lupi rapaces, coguntur uicinã perturbare. Duce Vascho Nunnez cõciter centũ triginta uiri conueniunt. Vaschus acie suo more gladiatorio instruit: folle tumidior præstites substitutesq; sibi ac tergiductores ad libitum elegit. Comitẽ & collegã ducit secum Colmenarem. Exit rapturus à finitimis regulis quicquid fiet obuiũ, Regionẽ per id littus nomine Coibam, de qua mentionẽ aliã se

Cicum, adit. Caretam eius regulum, à quo nil unquam aduersi passi fuerant transeuntes, appellat: imperiose trucique uultu petit praebere aduenientibus cibaria. Careta regulus posse illis aliquid impartiri negat: se transeuntibus Christianis succurrisse saepenumero, unde penuriam habeat exhaustum, docet. Ex dissidijs praeterea & simultatibus, quas exercuit ab ineunte sua aetate cum finitimo regulo, qui Poncha dicitur, laborare domum suam rerum penuria. Nil horum admittit Vachus gladiator: miserum Caretam, spoliato eius uico, uinctum iubet duci ad Darienem cum duabus uxoribus & filijs, uniuersaque familia. Apud Caretam regulum repererunt tres socijs Nicuesae, qui Nicuesam praetereunte ut Beraguam quaereret, iudicium ex male factis timentes, aufugerant in nauibus in anchoris stantibus: classe uero abeunte, Caretae regulo se crediderunt. Careta hos tractauit amicissime. Agebatur iam mensis duodeuigesimus, propterea & nudos reperere penitus, ut reliquos incolas, & saginatos uti capones manu foeminea domi depastos in obscuro. Obsonia dapesque regias fuisse sibi illo tempore incolarum cibaria uisa sunt: quod sine mei tuique, sine cede, non cedam, contentione uixerint: quae duo trahunt, cogunt & raptant homines, ut uiuendo minime uiuant. Ad pristinas tamen curas redire elegerunt. Ex Caretae uico ad praesentem famem propulsandam, non autem ad necessitatem penitus tollendam, cibaria detulerunt ad socios in Dariene relictos. An post haec an prius id acciderit, non aperte intelligo. Scio tamen post Nicuesam eiectionem, in Ancisum praetorem occasiones fuisse per Vachum & factionarios eius quaesitas. Captus est Ancisus & coniectus in uincula, bonaque illius fisco addicta: causa suscepta quod a Fogeda tantum, quem iam uita functum aiebant, non a rege literas praetorias haberet: seque, inquit, nolle cuiquam parere, qui ab ipso rege per proprium diploma potestatem non habeat. Bonorum tamen rogatu flexit animum, & mitius egit bonus digladiator, stigmati pepercit. Ancisum solui iussit: qui liber nauim ipse libens conscendit, ut inde abiret ad Hispaniolam. Priusquam uela daret, boni omnes ad eum supplices iuerunt, ut in nauem descenderet ab eo petunt, seque daturus operam pollicentur, ut Vacho reconciliato, integra illi praetoria autoritas restitueretur. Recusasse fertur Ancisus, discessitque. Nec desunt, qui sub lingua immurmurent, uoluisse deum & coelites in Ancisum ista patrari, in eiectionis eius consilio Nicuesae uindictam. Vt cunctis sit, nouarum terrarum uestigatores ruunt in praecipua, & seipos conficiunt intestinis odijs, neque inuigilant, ut par esset, tantae rei inuento. Statuunt interea omnes una sententia, mittendos esse ad Hispaniolam ad Admirantum siue Archithalassum, iuuenem, Coloni primi repertoris haeredem filium, in Hispaniola proregem, & ad reliquos insulae gubernatores, a quibus nouae terrae auxilia & leges recipiunt, qui significant de statu rerum, & quanta angustia laborarent, quid ue repererint, quid speretur, si comitatibus succurrant egentibus. Ad id, uolente Vacho Nunnez, eligitur e factionarijs eius Valdiuia quidam nomine, processu in Ancisum suo insultorio iure formato. Additur & illi collega homo Cantaber quidam Zamudius. Ut Valdiuia ex Hispaniola redeat cum comitatibus, expositis mandatis, & Zamudius in Hispaniam ad regem se conferat, edicitur. Discedunt ambo una cum Anciso, aliter quae acciderint, regi quam Valdiuia uel Zamudius, relaturus. Et Ancisus & Zamudius me domi in curia conuenerunt. Quae mecum egerint, alibi dicentur. Dum in his uersantur, miseri Darienenses Caretam regulum Coibensem soluunt, statuto foedere de bello gerendo, nostris auxiliantibus, contra Poncham Caretae finitimum hostem intra continentem regulum. Transitoris Careta pollicetur se necessaria praebiturum, praesentemque cum sua familia & armis futurum in bello. Sunt autem ipsorum arma, non arcus, non sagittae uenenatae, uti habere indigenas illos trans sinum orientales diximus. Cominus hi certant ut plurimum, ensibus oblongis, quos macanas ipsi appellant, ligneis tamen, quia ferrum non assequuntur: & praestis sudibus,

A dibus aut offeīs cuspidibus, missilibus etiā ad prælium utuntur. Semētibz ergo iactis quammaximas iacere potuerunt, itur ad Poncham, duce causasq; primas agente Carera. Post aliquot à pacto fœdere mēses, ut serēdi meiendiq; Caretæ ruricolis copia daretur, Ponchæ regiam adoriuntur: aufugit Poncha: uicum & uniuersa diripiunt: bonis Ponchæ famem propulsant. Sed minime socijs ob locorum distantiam illis bonis, licet multa repperint, succurrere potuerunt. Distabat nanq; regia Ponchæ à Dariene millia passuum centum amplius, & humeris portanda erant ad maxime distans littus, ubi nauigia, quibus aduecti erant ad Caretæ uicum, reliquerant. Auri libras aliquot repperere cælatas in diuersa monilia. Redeūt ergo ad naues delecto Poncha: reges internos relicti, maritimos autē infestare constituunt. Est nō longe à Coiba in eadem ora regio, cui nomen Comogra, regulusq; illius Comogrus. Hunc post Poncham deletum adeunt, Comogri regiam in aduersa montium uicinorum radice sitam, uberi duodecim lequarum planicie celebrem, repperunt. Ad Comogrum affinis & primarius Caretæ palatinus, ex dissidio cum Careta, se receperat. Appellat hos lingua eorum Iurā. Sese medium dedit Iurā Coibēsis, & Comogrum nostris conciliauit, quia nostris erat à trāitu Nicuesæ notissimus: tresq; illos transfugas domi Iurā hic habuisse in honore toto eo tēpore ferebatur. Pacatō igitur nostri Comogri regiam adierunt, quæ distabat à Dariene lequas triginta itinere peruiō: circuire nanq; montes medijs cogunt euntes. Septem habere filios egregia forma iuuenes & adolescētes ex uarijs uxoribus Comogrū cōperere, licet nudos. Atrium autem ex sublicibus trabibus inter se connexis, roborosa miris modis structura constare aiunt: lapideis mœnibus nihilominus ualida. Longitudinem dimensū passuum centum quinquaginta, latitudinem uero pedum octoginta, in uacuo dinumerarunt: laquearibus & pauimentis arte eximia laboratis. Penuariam uero cellam repperere refertam dapibus patrijs omnifariam. Vinariam autē dolijs fictilibus & ligneis cupis munitā, Hispano uel Italo more, optimisq; uinis, licet non ex uuis, repletam. Neq; enim uites habēt. At ex tribus illis radicū & granorum ad cōficiendum panem generibus, quæ Iucca Ages & Mais diximus in nostra decade appellari: & ex palmarum fructibus uina conficiunt: uti Germanos, Belgas, Britānos, mōtanos etiā nostros Hispanos, puta Vascones & Astures, & in alpis Noricos, Sueuos & Heluetios ex hordeo, triticoq; & pomis alicam conficere audiuius. Alba, nigra etiam, uariorumq; saporū, & mulsum pleraq; imitantia, apud Comogrum se potasse uina dicunt. Audi summe pontifex, audi aliud monstrōsum spectaculum. Huius reguli penetrale ingressi cameram reperiunt pensilibus repletam cadaueribus, gossampinis funibus apensis. Interrogati quid sibi uellet ea superstītio: parentum esse & auorum auorumq; Comogri reguli ea cadauera, inquit. De quibus seruādis maximam esse apud eos curam, & pro religione eam pietatē haberi recensent: pro cuiusq; gradu indumēta cuiq; cadaueri imposita, auro gemmisq; superintexta. Penates sic colebat antiquitas summe pontifex. Quo uero pacto cadauera illa cratibus desiccant, ita ut sola restet cutis tanquam ossium retinaculum, igne lento supposito, in decade descripsimus. Ex septem Comogri filijs ætate grandior, mira pollebat natiua sapiētia. Blandiēdum esse hominibus ijs uagis intellexit, dandamq; operam ne causas nanciscantur quibus in se domumq; suam, uti in cæteros conterminos, sœuire queant. Ad Vascum & Colmenarem primarios, quatuor auri affabre laborati drachmarum millia, septuaginta etiam mancipia, dono misit. Se nanq; inuicem capiunt, ac uendunt rerū usui uel appetitui suo consonarum permutatione: pecunias quidem nesciunt. Aurum illud tantundemq; alibi congestum unā librabāt in Comogri uestibulo nostri, ut regio fisco quinta pars debita fecerneretur. Est nanq; id ordinarium in ijs regnis decretum, ut ex auro argento ue ac gemmis, quæstoribus regijs assignetur quinta. Reliquū inter se ex

*Religionis erā
gō maiorū caa
dauera exicca
ta in adibus cō
seruant.*

Composito diuidunt. Exortæ sunt in auro diuidendo inter nostros rixæ. Aderat Comogri filius prudēs ille primarius, qui accedēs librales lances pugno excussit rigido, & aurum quodcunq; inerat per uestibulū disperſit: iurgijs nostros inſe-
Hominis barbari & iuuenis prudentiſſima oratio. ctiando, eleganter in hanc ſententiam diſſeruit: Quid hoc rei eſt uiri Chriſtiani? adeò exiguam auri copiã tanti facitis? quam tamen uultis ex pulchre fabrefactis monilibus in rudes uectes conflare. (Secum nanq; conſlatoria inſtrumēta portabant.) Si auri eſt ueſtra fames tanta, ut illius caula tot quietas gentes perturbetis, calamitates & incommoda perferendo, per uniuerſum è patrijs regionibus extorres: regionem affluentem auro uobis oſtēdam, ex qua poteritis auri ſitim iſtam explere. Sed maioribus uos oportet copijs rem aggredi: uobis nanq; neceſſe eſt potētes reges, patriæ ditionis acerrimos deſenſores, armorū ui debellare. Præter cæteros, ſeſe uobis obijciēt Tumanamã rex, cuius regnum eſt auro reliquis fortunatius, à nobis diſtans ſoles tantū ſex: à ſole nanq; dies computant. Medios præterea montes Caribes, genus hominum ferox, humanarū carniū edax, ſine legibus, ſine imperio, uagum, occupant. Oppreſſis nanq; mōtium habitatoribus aurifodinarum, quæ ſcatent in ijs montibus, cupiditate raptati proprias & ipſi ſedes deſeruere. Eo enim auro quod ipſi miſerorum monticularum lacertis effodiunt, in laboratas laminas & uarias imagines has & huiuſcemodi alias effigiato, quicquid appetunt, aſſequūtur. Fabros nanq; & ipſi aurarios habent, qui monilibus formandis inuigilant: rude ſiquidem aurū nos non maioris facimus quàm luteos globos, priuſq; opificū dextra fabrefacti prodeāt in fictile uas aliquod nobis gratum aut neceſſarium. Ficilia & ipſi habent nō inculte formata. Hæc nos ab illis noſtrorū prouētuum (puta mancipiorum in bello, proſtigatis hoſtibus, captorum, quæ coēmunt edēda, lodicumq; & ſupelleſtilium ad domorum ornatum) permutatione cōparamus. Eſculenta quoq; illis nos præ-
Artem, non aurum æſtimant. **D**bemus, quibus ipſi carēt: quippe qui mōtes incolunt. Armis igitur eſt hoc montanum iter aperiēdum. Hos montes (indice digito montes australes mōſtrabat) trañciendo, mare aliud è promontorijs deſpectare licebit, quod nauigijs ueliſcatur nihilo ueſtris minoribus (& carauelas inſinuabat) licet & illi nudi agant more noſtro, uelis tamen & remis utūtur. Ab aquarū è mōtibus diuortio, latus illud uniuerſum ad auſtrū ſpectans aurū gignit affluenter. Hæc ille: & unã inſinuabat eſcaria uafa, cæteraq; utenſilia regem Tumanamã ciſmontanū & tranſmontanos omnes ex auro habere formata: aiebatq; non minorem eſſe apud australes illos auri copiã, quàm apud nos ferri. Ex qua nanq; materia noſtri enſes & reliqua tela cōficiant, intelligebat relatu noſtrorum. Duces noſtri iuuenis nudi orationem admirati (interpretes enim habebant tres illos ſaginatoſ, qui ſeſquiannum inter Caretæ familiares uerſati fuerāt) animos ad eius dicta erexerunt: & auri è lancibus libralibus diſcuſſi temeritatē in facetias & urbanitatem conuerterunt, commendantq; illius & facta & expoſita. Sed quibus argumētis innixus iſta ſerat, amicē interrogant: quid ue faciendum cenſeat, ſi plures copiæ uenerint. Ad hæc iuuenis Comogreus idiomate patrio, in ſe parumper receptus, uti orator qui ſe ad aliquid graue diſſerendum accingit, & corpus ad motus perſuaſioni neceſſarios diſponit, in hanc repetijt ſententiam: Attendite uiri Chriſtiani: Licet nos homines nudos auri cupiditas haudquaq; exagitet, ambitione tamen, imperij cauſa, nos bellis inuicem conſicimus, & uicinis præcellere noſtris cupimus. Hinc pullulant inter nos diſſidia, hinc noſtra perniciēs. Bella geſſere maiores noſtri, geſſit & genitor Comogrus cū finitimis regibus, in quibus & uicimus & uicti fuimus. Sicuti ex ſtratis hoſtibus apud nos mancipia certis, ex quibus ſeptuaginta uobis dono dedi: haud ſecus nobis proſtigatis, è noſtris hoſtes captiuos duxerūt aliquādo. Bellorum nanq; uices hæc ſunt. Ex familiaribus noſtris, qui apud eos mancipiū egerūt, ecce unum qui apud tranſmontanum regulum, & eius regionis tranſmontanæ, quæ magis auro ſcatet, domi-
 num

A num longo tempore uinctus sub seruili ferula uitā duxit infelicem. Ab hoc, & innumeris alijs huiusmodi: à liberis etiā hominibus ab illis ad nos, & ecōuerso amicē trañcientibus hæc nobis ab immortalī memoria proprijs facultatibus notiora sunt. Attamen quo certius uobis ista referri sciatis, ne falli suspicemini, me duce uincto testeq; parato ad supplicium, rem aggrediemini: ut me ex arbore uicina suspendatis, si differre à meis dictis uel puncto intellexeritis. Accite igitur accite mille Christianos ad bella paratos, quorū robore possimus, unā cum Comogri genitoris mei nostro more bellatoribus, hostium uires confringere. Id uobis auri copiam optatam præbebit. Nos autem in ducatus & auxiliij præmium, ab hostium nostrorum iniurijs & formidine perpetua, qua cōcepta male pacati uiuimus, liberabitis. His dictis prudens iuuenis Comogreus conticuit; nostri uero saluam deglutire mercurialem ampla spe auri iterato cœperunt.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. OCEANÆAE DECADIS

secundæ, Putati continentis liber quartus.



BAVCO s inde dies ibi cōmorati, Comogro sub nomine Caroli, ob Hispaniarū principem, baptizato cum eius familia, redeunt ad socios Dariennenses, relicta Comogro spe de militibus à filio petitis, quibus tuto queant ad australe pelagus mōtes superare. Vicum quem habitandum elegerunt ingressi, redijisse Valdiuiam post semestre à suo discessu intellexerunt: sed cum parua comeatuum copia, quia paruum aduexerat nauigium: spe tamen ampla de mittendis propediem & comeatuū & recentū uirorū auxilijs. Almirātus prorex & reliqui Hispaniolæ gubernatores, se nullā habuisse hactenus curam de Dariennensibus fatētur, quod Ancisum prætorem cum sua nauī onusta incolumem fuisse appulsum arbitrentur: bono sint animo in posterum hortātur, se nulla in re defuturos: ad præsens nullā habere nauim qua plura Valdiuiæ queant præbere de necessarijs, inquit. Neq; erat carauela quam ipse aduexerat capacior. Erat nanq; licet nomine Carauela ob formā, exiguum tamen nauigium. Quare ad præsentem tantū necessitatem parumper moderandam, non ad egestatem tollendam, cōmeatus attulit Valdiuia. Post paucos igitur dies à Valdiuiæ regressu ijsdem angebātur angustijs: præsertim quia ueniēs ex altis mōtibus turbo cum fulgoribus & tonitruis horrēdis, mense Nouēbri, tantā aquarū attulit alluuiem, ut segetes omnes quas in solo bene fortunato, Septembri mēse, priusq; ad Comogrum regulum proficiscerentur, fatas reliquerant, abstulerit partim, partim suffocauerit. Erant sementes illæ paniceæ, quod grani genus Hispaniola maïsum, Vraba hobbam appellat: quas diximus quotannis ter maturescere, quia regiones illæ horrore hyemali minime grauātur, ob uiciniam ad æquinoctialē lineam. Ex hobba siue maïso panem esse triticeo regiones illas incolentibus salubriorem, quod facilius concoquatur, cōsonat physicæ rationi. Deficiente nanq; frigore, ab extremis ad præcordia calores minime pellūtur. Frustrati ergo spe suarū segetum, & uicinis regulis iam & cōmeatibus & auro expilatis, quærere cibum à distātibus coguntur: & unā significare gubernatoribus Hispaniolæ quanta ægestate urgeātur, quæ ue apud Comogrū de australi plaga intellexerint: quò sit regi cura de mittendis mille illis armatis, quorū dextra, si pacatò nequiuerint, peruios liceat face re montes utrunq; mare interfecātes. Mittitur cum mādatis idem Valdiuia, cui præbēdas quæstoribus regijs in Hispaniola sedē habētibus, octunciales tercentum libras ex quinta regio fisco debita, crediderunt. Eam libram Hispanus Marchum appellat: quam quinquaginta nummi aurei castellani nūcupati cōplent.

C Castellani pōdus pefum dicunt. Quindecim ergo millium castellanorum summam dicimus eam fuisse. Est uero castellanus nummus paulò minus triente, ductum aureū superans, prouinciæ peculiaris moneta, quæ nullibi præterquam in Castella cuditur. Constat ex ea summa libras mille quingentas octunciales à regulis affecutos fuisse. Quod uniuersum in diuersa constat uel diductum monilia, puta torques collis, armillas brachijs, & bullas pectoribus imponendas, laminulas etiam auribus & naribus affigendas repererant. Mare igitur Valdiuia conscendit ea carauelula, qua uenerat, redieratq; aliàs, tertio idus Ianuarij, anni iam M D X I ab aduentu domini, cum mandatis ad Vaschi Nunnez arbitrium, & ea quam retulimus auri summa regijs præbenda quæstoribus, & ex amicis portada in Hispaniam ad affines & cognatos, quam quisq; optauisset. Quid Valdiuiæ inter nauigandum acciderit suo loco dicemus: ad permanentes in Vraba redeamus. Hi dimisso Valdiuia, rabida fame stimulati, statuunt eius sinus intima uestigare per diuersa. Est ab ostio sinus eiusdem extremus angulus distans milliaria circiter octoginta: angulum illū appellarunt Hispani Culatam. Angulum prehēdit Vaschus ipse cum centū hominibus uectis per sinum uno bergātino & monoxylis prouincialibus quibusdam, quas diximus Canóas ab insularibus Hispaniolis appellari, ab Vrabenfibus Vrū. In sinum ex angulo fluuius cadit, ab oriēte labens, Dariene decuplo maior. Aduerso fluuiio millia passuum triginta, aiunt nanq; ipsi lequas nouem amplius, sed in dextram conuersi ad meridiem, incolarum pagos offendunt, quorum regulus Dabáiba nuncupatur: uti cacicum Hispaniola, ij Chébi ultima acuta appellant. Ad Dabáibam se recepisse Cemacchum Darienis regulum, à nostris in prælio profligatū, intellexerūt. Aufugit Dabáiba, Putatur à Cemaccho monitus, ne nostrorū impetum operiretur. Deserta omnia reliquit. Arcuum tamen & sagittarum aceros, suppellectilia etiā & retia, piscatoriasq; scaphas plures, repererūt. Lacunosa nanq; palustriacq; loca illa neq; iaciendis semētibus aut arborum plantationi apta esse cognouerunt. Propterea exiguam eorum quæ affectabant, cibariorum scilicet, copiam cōsecuti sunt: quia pisciū permutatione à finitimis panem ad propriam tantū indigentiam ij pisces comparant. Auri autem cælati millia castellanorum septem ex desertis domibus habuerūt. E monoxylis quædam: ex arcibus centum: ex sagittis fascis aliquot: ex suppellectilibus cuncta. De prouincialibus uru, id est lintribus, duas abduxerūt. Ex eius fluminis paludibus uespertiones inquirunt prodire noctu, turturibus nō minores, morsu letali nostros infestantes. Id aliqui ex ijs qui morsus experti sunt, testātur. Ancisus prætor eiectus, interrogatū mihi de uespertilionū uenenato morsu, retulit se fuisse inter dormiendum à uespertione demorsum in talo pedis æstate ob calorem detecti: nec magis nocuisse, quam si alterius animalis nō uenenoſi dētibus læsus fuisset. Dicunt alij uenenosum esse morsum, sed aqua marina illico lotum curari. Retulit etiam Ancisus mederi aqua marina & igneis cauterijs, simul uulnerato ab incolis uenenata sagitta: seq; id in regione Caribana, ubi plures ex suis percussi fuerunt, experimento comperisse. Ex angulo igitur sinuali Vraba redeunt parum contenti, quandoquidem non onusti cibarijs. Redeuntibus illis exorta est in uasto illo sinu tanta tempestas, ut suppellectilia omnia, quæ à miseris piscatoribus afferbant, proijcere in pelagus fuerint coacti. Ex uru etiam, id est lintribus, quædam unā cum hominibus absorpsit mare. Eodem uero tempore quo Vaschus Nunnez tentare sinus angulum ad meridiem cōstituit, ex composito Rodericus Colmenares cum uiris sexaginta per alterius gurgitis alueum ab oriente ad montana carpit iter. Is ab ostio fluminis ad millia passuum circiter quadraginta (inquirunt nanq; lequas duodecim) pagos offendit, in ripa fluminis sitos: quorū chebi, id est regulus, Turui appellabatur. Apud hunc regulum adhuc morabatur Colmenares, quando Vaschus Nunnez post reditū ad Darienem, aduerso

A & ipse flumine Colmenarē adiit. Inde resecta iam eius Turui cibarijs sociorum caterua, statuunt unā conscendere. Ad miliaria totidē ab illis quadraginta, insulam complectitur fluuius piscatorum patriam. Eam, quia natiuas ibi arbores offenderint cassiam fistulam gignentem, Cannafistulam appellarunt. Vicos in ea sexaginta repperunt, gregatim casas decem habitantes. A dextro insulæ latere labitur alter fluuius, & ipse prouincialibus lintribus & bergantinis sustinendis aptus. Riuum Nigrum fluuium appellarunt. Ab ostio fluminis eius ad millia passuum quindecim, sparsim reperere uicum domorum quingentarum ædificatum; cuius chebin, id est regulum, Abenamachei uocari aiunt. Domos deseruere omnes, ubi primum nostros aduētare senserunt. Sed cum fugientes insequerentur, mutato consilio, reuertuntur, & irruerunt in nostros atrocibus animis, ut qui ē proprijs laribus pellebātur. Ensisibus ligneis, sudibus etiam præuistis & hastis teretibus oblongis, non autem sagittis, nostros impetunt: occidentales namq; sinus hāudquaquam arcibus bella gerunt. Facile profligati miseri nudi sunt nostrorum telis. Dum eos insequerētur nostri, regulum Abenamachei & primarios quosdam capiunt. Capto regulo, pedes unus qui uulneratus ab eo fuerat, lacertum abscedit uno ictu gladij, ducibus tamen inuitis. Erat ibi Christianorum numerus circiter centum quinquaginta: horum dimidiā partem ibi duces reliquerunt, ipsi uero cum cæteris aduerso iterum flumine tendunt lintribus patrijs nouem, quas diximus appellari Vru. A riuo Nigro & insula Cannafistula millia passuum septuaginta, relictis à dextra læuaq; pluribus in id maius cadentibus fluminibus, unum capiunt duce incola nudo, ducendarū per ea flumina nauium magistro, in cuius ripa ostio ipsius proxima Abibeiba regulus incolis imperabat. Loca esse palustria cognouerūt, propterea primariū Abibeibæ reguli atrium in arbore summa ædificatum erat. Nouum & insuetum habitandi genus. Sed adeo proceras arbores terra illa nutrit, ut inter earum ramos ædificare domos liceat indigenis: uti de alijs apud uarios legimus autores qui æstuante oceano confugium habebant ad altas arbores: cum refluxente, piscibus uescerentur relictis. Trabibus inter ramos distētis & cōnexis inuicem, congeriem struunt contra omnem uentorum uim tutam. Putant nostri ob fluuiorum alluuias, quæ ibi crebræ sunt, arboreas domos incolas habere. Est arborum illarum altitudo tanta, quod nulla uirilī lacerti uis sit, quæ domum ædificatam, iactu lapidis attingere sufficiat. Nec miror quidem, si Plinio & autoribus alijs crediderimus de arboribus Indicis, quas adeo proceras esse tradunt ob solī ubertatem & aquarum abundātiā, ut sagitta nequeant superari. Neq; enim eius terræ campi, omnium iudicio, cedunt ubertate aut aquarum abundātiā ulli telluri, quam sol ambiat. Ex illis arboribus plerasq; dimensi, brachiorum ambitu uiri septem interdum octo stantes uix complexi sunt. In solo tamen cellas habent uinarias, eo uino, de quo supra diximus, refertas: quia licet uentorum furor minime potis sit domos illas diruere, aut confringere ramos: conuoluitur tamen quamuis integra, quacunq; flatus trahat: unde uina perturbarentur eo motu. Reliqua secum habent in arboribus. Vina per gradus constructos arbori inhærentes famuli ad regulum & primarios prandentes aut cœnantes recentia supportant, non tardiore gressu, ac pede plano nostri pueri nobis ex abaco mensæ uicino ministrant. Abibeibæ arborem nostri adeunt: colloquia ineunt, petunt nostri, ut descendat dato pacis signo: negat Abibeiba, ut se uiuere sua sorte sinant orat. Se post blanditias, diruturos arborem à radice, uel igne supposito crematuros, nisi cum omni familia descendat, nostri minantur. Renuente iterum Abibeiba, securibus impactis arborem quaterere incipiunt. Visus ex arbore salientibus assulis ex sectione, mutauit Abibeiba cōsiliū: descendit, sed ipse tantum cum filijs duobus. Agunt de pace, deq; auro colligendo. Se aurum non habere, inquit Abibeiba: quod auro non indigeat, & se de auro nunquam fuisse sollicitum di-

*Ingens arborū
magnitudo.*

Cit. Instatibus, inquit Abibeiba: Si tanta est auri uestra cupiditas, aurum in uicinis montibus quæritabo, & repertum ad uos feram: gignitur namque in proximis montibus aurum. Diem statuit quo rediturus esset: nec statuto die, nec post statutum regressus est Abibeiba. Discedunt ergo inde bene saturi dapibus & uino Abibeibæ, sed minime auro diuites, uti putauerant. Ab Abibeiba tamen & ditionarijs eius ac filijs de aurifodinis & Caribibus siue Canibalibus humana carne uesci solitis, de quibus aliàs latius, illa eadē accepere, quæ apud Comogrum regulum audiuerant. Ad millia passuum iterum triginta circiter ascendentes, in Canibalium tuguria, sed uacua penitus cuncta, inciderunt. Cum namque sentirent nostros uiciniam perambulare, se fortunascque suas humeris ad montana in tutum receperant.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANÆ DECADIS

secundæ, Crediti continentis liber quintus.



INTEREA dum per fluuiorum ripas ista geruntur, ex ijs quos Vachus & Colmenares in riuo Nigro Abenamachei reguli ditione, reliquerant ad terræ custodiam, decurio quidam nomine Raia, siue fame compulsus, siue quod fatalis esset ei ille dies, cum socijs nouem uiciniam fuit ausus uestigare. Pagum finitimū reguli nomine Abraibæ adiuit. Raia ipsum & duos e socijs Abraibes trucidauit, cæteri aufugerunt. Post paucos inde dies affinis & uicini Abenamachei domo expulsi, cui brachium, ut malum malo adderetur, abscidisse peditem in riuo Nigro diximus: Abraibæ misertus profugus, namque ad Abraibem Abenamacheius concesserat, Abibeibam arborem habitatorem conuenit: qui & ipse domo extorris nostrorum congressum uitans, per deuiam montium & sylvarum errabat. Abibeibam compellat Abraibes in hunc sensum: Quid rei hoc est Abibeiba infelix? Quæ gens hæc? prohi miseros, quæ nos tranquilla pace fruētes exagitat? Quousque tandem patiemur horum sæuitiam? nonne satius est emori, quam ea ferre, quæ tu, quæ Abenamacheius affinis noster, quæ Cemachus, quæ Careta, quæ Pōcha, & reliqui nostri ordinis principes ab his passi sunt? Vxores filiosque, etiam ditionarios captiuos duci, & fortunas omnes in prædam trahi ante oculos? Me nondum attigerunt, sed exemplo aliorum, non longe abesse meam perniciem æquum est credere. Vires igitur nostras & fortunam experiamur in eos, qui Abenamacheium domo expulerunt, & male tractarunt. Irruamus: ijs trucidatis, forte reliqui nos adoriri ultra uerebuntur: & si tentauerint, hos habebimus ex eorum acie detractos. Quicquid euenerit æquanimius tolerandum erit. His & huiusmodi auditis, Abibeiba in Abraibes sententiam it pedibus. Diem ad rem gerendam statuunt, sed eis minime successit ad uotum. Ex ijs namque, quos diximus ad Canibales usque ascendisse, redierant ad riuum Nigrum fortunata ea nocte, quæ diem insidiarum præcesserat, uiri triginta missi in auxilium relictorum, si qua uis ingrueret de qua suspicabantur. Ecce ubi primum eluxit, reguli cum ditionarijs, a matris more suo, quingentis pagum sublato ingenti clamore impetunt, de recentibus, qui ea nocte uenerant, insciji. Nostri scutati ad eos prodeunt: sagittis primo percutiunt, dehinc hastis, & cominus ensibus strictis irruunt in aduersos. Gens nuda plures inspectans hostes quam sibi persuaserat, facile profligatur, trucidaturque maiori ex parte, ueluti grex incompotus. Reguli euaserunt. Captiuos ad Darienem mittunt, quoscunque uiuos assecuti sunt. Horum opera utuntur ad agros sementescque colendas.

A. Iendas. His actis & pacata ea prouincia, redeunt secūdo flumine ad Darienem: relicti ibi triginta uiris in prouinciæ custodiã, duce Furatado quodã decurione: licet decurioni more Romano non sint additi præcise quindecim milites quos regat, centurionibꝫ centum uigintiocto. Centuriones tamen ultro citroqꝫ centenarium numerum: & ultro citro quindenũ, decurionem est consiliũ appellare. Nec enim hos seruant ordines Hispani examulsi: cogimurqꝫ nomina rebus & magistratibus dare. Is ergo Furtadus decurio ẽ riuo Nigro, cui præerat, uiginti ẽ suis socijs & unam fœminam cum captiuis quatuor & uiginti, una tantum ingenti lintre prouinciali demittebat secundo flumine ad Valchum præfectum & socios. Ecce illos ex transuerso quatuor uru, id est monoxyla impetũ, prosterunt: neqꝫ enim parati descendebant per fluminis alueum, quia nil tale suspicabantur. Lintrem nostrorum inuertunt, trucidant quos assequi possunt. Cæteri obruuntur duobus exceptis, qui ligna quædam complexi ad socios usqꝫ ab hostium furore lignorum fascibus, qui per alueum defluebant, inuoluti, deceptis hostibus, euaserunt. Ab his duobus seruatis moniti, quid rei hoc sit, scrutari omni studio incipiunt: solliciti de seipsis, meditantescqꝫ sociorum in riuo Nigro discrimen, nisi fors recentes illos triginta demissos, nocte insidias præcedente ad uicum appulisset. Concilia frequentant: in re tam dubia mullitantes, quid consilij capiant haudquaquam occurrit. Sagaci tandem indagine uestigando intellexerunt regulos quinqꝫ, puta Abibeibam palustris arboris incolam, Cemacchum uico, quem nostri habitãt, spoliatũ, Abraibem & Abenamacheium affines, riuu Nigri accolas, & Dabaibam piscatorum anguli sinualis, quem diximus Culatam appellari, dominum, de trucidandis statuto die Christianis conuenisse. Et quippe cessisset, nisi uetuisset superi. Miraculo ascribitur, & quidem non iniuria, si pie librauerimus, quonam pacto fors regulatorum consilium patefecerit. Auditũ dignum est, propterea rem breuibus pandam ordine suo.

B. Valchus ille Nunnez, qui magis ui quã suffragijs principatum in Darienenses usurpauerat, egregius digladiator, inter multas quas rapuerat fœminas prouinciales, unam præter cæteras habebat forma eximia. Ad eam ibat ac redibat frequẽs germanus eius, qui Cemaccho regulo familiaris erat palatinus: domo & ipse priuatus patria, sororis amore stimulatus, inter loquendum hæc uerba protulit: Dilecta mihi soror dilecta, ausculta meis dictis, & celato, quæ referam, si tibi mihiqꝫ, uniuerso etiam generi nostro bene consultum iri desideras. Est horum hominum qui nos auitis laribus propellunt, insolentia tanta, ut nullo pacto eos ferre ultra constituent terræ principes. Ducibus quinque regulis (regulos ordine suo nominatim enumerauit) ad rem gerendam, centum esse uru paratas: mari terraqꝫ multitudo armatorum ad quinque millia cogatur. Ad exercitum nutriendum commeatus in uico Tichiri coaceruantur. Diuisisse etiam regulos inter se ex composito nostrorum & capita & facultates, enarrat sorori bonus frater. Propterea monet, ut statuto die in tutum se recipiat, occasionem nacta aliquam ne in confuso trucidetur. Nescit nanque uictor miles occurrenti cuiquam ignoscere. Et diem cædi addictum puellæ sorori patefacit. Puella uero, quia ferrum est quod fœminæ obseruant, magis quã Castonianam grauitatem, siue quod Valchum amaret, siue quod uereretur, parentum & propinquorum omnium & uniuersæ uicinæ oblita, regulatorum etiam quibus gladium iugulo tenus imposuit, Valcho rem omnem aperuit, nil eorum prætermisit, quæ imprudens germanus differuerat. Re intellecta, datur opera per Fuluiam, ut frater reuertatur. Accitus à sorore illico regressus est. Capitur, fateri cogitur. Cemacchum regulum herum suum quatuor illas uru ad nostrorum perniciem misisse, Cemacchiqꝫ consilio paratas esse insidias, aperte fatetur. Struxisse etiã Cemacchum particulatim interitum ipsi Valcho, dato in mandatis quadraginta ditionarijs suis, quos in amicitia pignus ad Valchum mi-

C ferat, ad colendum Vaschi agros, serendos, more patriæ, ut Marris interficerēt, Solebat Vaschus adire fossiores, uti moris est honorum œconomorum, quo animum preberet ad laborem ferendum. Ditionarij tamen, heri reguli mandatum exequi haudquaquam ausi sunt, quia nunquam pedes aut inermis ad eos profectus esset Vaschus. Equam nanq; habebat, qua uisebat agricolas, & lanceam dextra gestabat semper, suo patrio more. Quare frustratus particulari consilio Cemacchus, hoc ultimum aggressus est, sibi uniuersisq; finitimis perniciosum. Coniuratione nanq; patefacta, Vaschus ipse septuaginta uocat uiros, se sequantur, edicit. Quô tendat, quid ue statuerat, nemini palam facit. Ad Cemacchum primo tendit, qui agebat ab ipsis millia passuum decem. Sed esse apud Dabaibam palustrem Culatæ regulum profugum intellexit. Sacchum eius, id est primarium affinem palatinum (sic enim primarios appellant, uti regulos chebi) cum cæteris familiaribus prehedit, captiuos ducit. Aliquot ibi tam mares quam fœminas reperit. Eadē hora qua ipse Cemacchum quæsiturus pedem e terra mouit, Rodericus Colmenares, aduerso flumine cum uru quatuor & uiris sexaginta, duce puellæ fratre, tetendit: uicum adoritur Tichiri appellatum, in quo diximus cogi commeatus ad alendum exercitum. Vicum occupat: quicquid ibi coaceruatatum erat, puta uini diuersorum colorum, uti apud Comogrum diximus, & ex omni genere panis reliquorumq; eduliorum prouincialium, in suam potestatem reducit. Sacchum Tirichensem, cuius ueluti per prætorem exercitus res patranda erat, unā & quatuor primarios prehedit: imparatos nanq; reperit. Suspensum ab arbore, quam ipse coluerat, Sacchum sagittis cōfigi ante oculos incolarum, & primarios patibulis colligari, iussit Colmenares, ad aliorum exemplum. Hac pœna coniuratis illata, formidine tanta repleuit prouinciam uniuersam, quod nullus est iam, qui audeat erigere uel digitum contra torrentem nostrorum iram. Pacatò iam uiuunt: subdunt colla libētes cæteri reguli: neq; ultra fauētum est in reliquos. Ex hostiū horreis & cellis uinarijs refertis in Tirichensi uico, geniales egerunt dies aliquot.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. OCEANEAE DECADIS

secundæ, Crediti continentis liber sextus.



P O S T hæc uocatis in concionem socijs, omnium suffragijs sancitū est, ut procurator aliquis ad Hispaniolam, unde ius & auxilia expectār: deinde in Hispaniam ad regem mittendus deligatur: qui seriem rerum omnium Admiranto & gubernatoribus, regi deinde, proponat: nitaturq; regi persuadere de mittēdis mille hominibus illis quos iuuenis Cosmogreus ad trañciendos montes, australem plagam ab eis dirimentes, opus esse dixerat. Ambiuuit sibi Vaschus Nunnez procuratorium id munus, sed minime sociorū suffragijs id assequi potuit, neq; factionarij eius assensi sunt, ut inde discederet, cum quia se desertos arbitrarentur, tum etiā quia immurmurabāt omnes, Vaschum si semel inde euaderet, ad eam calamitatum combustionem nunq; rediturū, exemplo Valdiuix ac Zamudij, quos à mense Ianuario miserāt, putabantq; deliberatò noluisse reuerti. Sed aliter, uti suo loco dicemus, res se habebat: nam perierant. Scrutinijs igitur uarijs inter se diu contendunt. Deligunt tandem Ioannem quendam Quicedum, uirum grauem & maturum ætate, fisci regij quæstorem in illis terris. In hoc Quicedo fidem habebant summam de re bene gerenda: de reditu etiā, quia uxorem ad eas regiones secum duxerat, quam in pignus sui regressus in sociorū potestate relinquebat.

A bat. Quicedo electo, de collega illi præbendo, diuersæ surgunt sententiæ. Maximo esse discrimini, inquit aliqui, rem tantam locare in unius uiri manibus; non quod Quicedo diffidant, sed quia sit uita hominum fragilis, ipsis præcipue iam æquinoctiali uicinæ temperiei assuetis, si cogantur ad septentrionem reuerti ad uarias aëris & ciborum mutationes. Dandum ergo esse collegam Quicedo censent, ut uno deficiente, quod facile potest accidere, supersit alter: utq; duorum relatu si ambo euaserint, firmior à rege fides adhibeatur. In diuersa studia rem distendunt. Sors tandem in Rodericum Colmenarem, de quo sæpe mentionem fecimus, cecidit, quia polleret rerum experientia. Percurrerat namq; ab adolescentia ac iuuentute mari ac terris Europam uniuersam, & rerum in Italia gestarum in Gallos fuerat particeps. Non infirmior tamen illis causa uisa est, qua sperare deberet Colmenarem, si uiueret, rediturum, quod in Dariene maxima sibi prædia comparasset, maximasq; semetes iactas relinqueret: quibus uendendis sicco pede speraret se aurum promercale à socijs consecuturum. Reliquit igitur curam rerum suarum contubernali cuidam suo Matritensi municipalis Alfonso mei hospitis filio unico, Nunnez nomine: qui iuris dicendi prætor erat, & ferè sociorum suffragijs fuerat procurator electus pro contubernali Colmenare: perfectumq; fuisset, nisi sponsam Nunnez ipsum habere Matriti è socijs unus patefecisset. Veriti namq; sunt ne sponsæ lachrymis deuinceretur, & abiret non rediturus. Colmenare igitur libero uiro electo Quicedi collega, bergantinum ambo, neq; enim grandius iam ullum nauigium habebat, ingrediuntur quarto calendas Nouembris, anni duodecimi supra quingentesimum & millesimum à nostra redemptione. Ex itinere uarijs agitati tempestatibus, uel uetorum proiecti sunt ad occidentale litus eius uastæ insulæ diu creditæ continētis, quam in prima decade Cubam diximus appellari. Egestate iam summa premebantur ob diuturnitatem temporis: agebatur namq; tertius iam mensis à discessu à socijs: terrā captare coguntur, ut si qua reperiant, ab indigenis auxiliū experiātur. Fortè ad eam eius insulæ oram appulsi sunt, in qua & Valdiuia tempestatibus quassatus terram captauerat. Proh miseri: expectate Dariennenses, Valdiuiam ut uestris ærumnis mederetur missum, expectate. Appulsum Cubenses incolæ cum socijs omnibus ad unum trucidarūt, & discerptam in littore carauelam qua uehebantur reliquerunt. Super repertas quasdam carauelæ tabulas arena semiobrutas Valdiuiam & socios deplorarunt. Cadauer nullum offenderunt: putant uel in mare proiecta, uel Canibalibus edenda præbuisse recentia. Eas nanque regiones Canibales sæpe incuritant edendorum hominum causa. Ab insularibus duobus, quos deprehēderunt, Valdiuia intellexerunt perniciem, auri etiam cupiditate, quod habere Valdiuiam incolæ ab loquace è socijs uno cognouerant, pellectos, de patrandi tanto scelere cogitasse suos conterraneos, duo illi professi sunt: aureis namq; & isti monilibus oblectātur. Truculenta forte percussi, quia præcipue frustra sociorum ultioni intēdissent, aufugere crudeles terras & auaram nudorū hominū sæuitiam constituunt. Iter ergo suum, mœsti ob causam sociorum, penuria rerum laborātes, prosequuntur. Priusquam Cubæ latus illud meridionale superarent, mille illis aduersi casus acciderunt: & Fogaedam intellexerūt appulsum, & ipsum per ea littora infelicissimam transegisse uitam tempestatibus quassatum, aiunt: per mille anfractus, ærumnarum mille genera fuisse perpeffum: dehinc penè solum, socijs amissis uel fame anhelātibus in diuersa relictis, uix uiuūm ad Hispaniolam deuectum, ueneniq; tandē atrocitate ex illo uulnere, quo percussum diximus ab incolâ Vrabensi, proiecisse animam. Ancifus uero prætor electus secundiore fortuna terras easdē peragrauit. Se optatos uentos inter ea littora offendisse, mihi assensus est in curia, & ab incolis Cubæ se fuisse benigne susceptum, iactitauit: sed in cacici cuiusdā præcipue dominatu, cui nomen est Commēdatori, Is cum baptizari à transeuntibus

*Cōsuetum aerē
mutare, periculo
losum.*

- C** Christianis peteret, quo nomine Hispaniolæ uicinæ insulæ gubernator appella retur interrogans, Commēdatorem nominari audiuit. Erat enim eo tempore, quo is uoluit baptizari, gubernator quidam egregius uir ordinis equestris militiæ Calatrauæ: cuius institutionis equites Commendatores appellantur. Optauit præterea cacticus ille, id est regulus, appellari Commendator. Commēdator igitur iste insularis Ancisum ad se appulsum benigne suscepit hospitio, & oppleuit necessarijs ad uictum. Sed quid de religione sanctimoniaq; ibi Ancisus seruari didicerit ab incolis, tu sanctissime pater, cuius dextra religionem sanctimoniamq; induimus, accipito. Nautam ignotum male se habentem per Cubensia littora facientes iter e nostris quidam reliquerant apud Commendatorem regulum. Nauta in honore habitus à regulo & eius ditionarijs, ualetudine recuperata, Commendatoris præfecturā in bellis gerēdis saepe exercuit: mutuis nanq; sese inuicem cōficiunt prælijs: & uictor euasit semper. Is licet literarum ignarus bono animo uir, beatam uirginem deiparam pientissime colebat, & secum perpetuò cōsutum in pectore uirginis ipsius in charta pulchre depictum gestabat simulacrum. Eam pietatem uictoriā sibi semper peperisse Commēdatore signifi cavit: atq; unā Commēdatore persuasit, abijciēdos esse zemes omnes, quos ipsi colerent, quia nocturnos lemures animarū nostrarum uoratores insensissimos referrent: beatamq; uirginē deiparam patronam sumerēt, si felici ductu res suas omnes bello & pace iri gubernatum optarent. Defuturam nullo tempore uirginem deiparam, si corde pio numen eius inuocauerint. Facile nudis gētibus nauta persuasit. Virginis ergo simulacrum regulo roganti dono dedit, cui & ædem & altare dicauit: zemisibus quos auitos colebant posthabitis. De zemisibus, pater beatissime, ex gossampino ad nocturnorum lemurum, quos familiariter passim uident & alloquuntur, similitudinem contextos, & eodem gossampino in
- D** miram duritiem interius constipatos, in decimo nostræ decadis libello latissime. Ex nautæ instituto, sole uergente ad occasum, Commendator ille regulus & uniuersi eius ditionarij utriusq; sexus, domum Mariæ uirgini dicatam adeunt quotidie. Ingressi flexis genibus, capite reuerenter obstipito & manibus iunctis, simulacrum his uerbis multiplicatò salutant: Aue Maria, aue Maria. Pauci nanque ex eis plura proferre eius orationis uerba didicerunt. Ancisum itaque & socios adeuntes dextra prehensos ad dicatam domum alacres ducunt: se illis mira ostensuros inquit. Simulacrum digito monstraerunt, monilibus & scutibus uasis, edulijs & aqua plenis, per podia circumseptum. Hæc nanque simulacro, sacrificij loco, donant ex auita religione erga zemes. Inquit, ea se simulacro præbere, ne, si fame urgeatur, desint cibaria. Fame urgeri posse simulacrum integro sensu putant. Sed quid auxiliij à simulacri numine, hoc est, à beata uirgine, se fateantur habuisse, auditu pulcherrimum est: & medijsfidius, beatissime pater, pro certo habendum: tantus est enim, ex nostrorum relatu, pietatis erga deiparam uirginem in his simplicibus incolis feruor, ut ad se laborantes in prælio, præcipue contra suos hostes, penè dixerim cogant e cælo descendere: quandoquidem precium, quo emere ipsum & suos cœlites possimus, reliquit hominibus deus, pium scilicet amorem & charitatem ardentem. Quonam igitur pacto poterit ullo tempore deesse beata uirgo, præsidium eius pura fide inuocantibus? Anciso & socijs Commendator & palatini eius omnes asseuerant, conferta manu, nauta duce simulacrum portante secum, zemes hostium in conspectu simulacri uirginæ, omnibus rem intuentibus, uersa facie intremuisse. Zemes enim quique suos ad prælium in auxilium portant, Nec simulacrum modo, sed uiuentem foeminam candidis uestibus pulchre amictam, pugnae tempore auxilia ferentem in hostes, se uidisse asseuerant. Fatentur itidem hostes, ex aduerso sceptratam & minacem apparuisse, suis hostibus fauentem, mulierem: cuius aspectu præcordia sibi horrescere sentiebant.
- Postea

*Sic nimirū fit,
ut religio alia
in alia mutata,
ex priore plur
rima seruet.*

*Miracula pug
nae tempore.*

A Postea uero quàm abiuit nauta, ab adeūtibus ea littora Christianis susceptus nauigio, seruasse ad unguem nauatæ instituta se, Commēdator fatetur. Cum finitimis exortam esse diram cōtentionem de zemibus retulit: puta quinam zemes esset alio sanctior ac potentior, superq; hac disceptatione certatum fuisse aperto Marte sæpius cum finitimis; sed beatā uirginem defuisse nunq̄, quin ingruente certamine affuerit, attuleritq; contra maximas hostium copias parua manu facilem uictoriam. Quibus uei bis clamore sublato in hostes irruerēt, interrogati se nil aliud unq̄ ex nauatæ doctrina protulisse, quàm sancta Maria adiuua nos: sancta Maria adiuua nos: idiomate tamen Castellano. Id enim in omnium ore liquide prolatum nauta reliquerat. Dum ita sese inuicem crudeliter trucidarent, pacto fœdere conuentum est: nō ut singulari electorum ex utroq; exercitu certamine, ut sæpe Romanis, multisq; alijs contigit apud antiquos; aut sagaciali quo cōsilio res decerneretur: sed ut alterne ex utroq; populo manibus post terga ligatis, & ad uinciētis arbitrium post terga innodatis uinculis, in aperto agro linguli iuuenes susterētur, eumq; meliorem esse zemen aduersi annuerent, qui suæ partis colligatum iuuenē celerius liberaret. Sancito fœdere iuuenes alterne uinciunt duos: Commēdatoriani aduersum, aduersi uero Cōmendatorianum; ter idem tētaffe inquit, terq; inuocatum sui zemis dæmonem ad ligatum ex aduerso accurrisse, utroq; uincto inspectante. Sed proclamāte Commendatoriano assuetam appellationē, sancta Maria adiuua me, sancta Maria adiuua me: aduentasse illico cādīdatam uirginem; & fugato dæmone, imposta uirga, quam manu gestabat, in Commēdatoriani uincula, solutum subito fuisse ante alterius oculos Cōmendatorianū, transisseq; in aduersum ea uincula, quibus erat Commēdatorianus ab hostibus innodatus, ita quod hostes reppererint liberatū aduersæ partis iuuenem, suum uero duplicibus astrictum uinculis. Sed neq; his cōtentos referunt hostes, præstigijs nanq; id agi humanis arguunt, non melioris numinis adueniētis potestate. Ut igitur uiri graues ætate ac moribus pollentes, ab utroq; populo quatuor assint in prospectu ligandorum iuuenum, qui an fraus insit, nec ne, dijudicēt, expostularunt hostes. O simplicem, ô puram animorum benignitatem, ô auream, ô beatam simplicitatem. Annuit hostium postulatis cum suis familiaribus Commendator, ea fide, qua petiisse salutem sanguinis alluuiæ uale tudinariam: qua Petrum, cuius beatissime pater uicem geris, siccis pedibus uiso domino fluctus calcasse didicimus. Fœdus acitur, uinciuntur iuuenes, uiris grauibus octo astantibus: statuto limite locantur. Dato signo, suum quisq; zemen appellat, in auxilium uocat. Aduentantem sui zemis dæmonem caudatum, hiatu uasto dentatum, cornutum, zemen ipsum manufactum amulantem, & ligati & spectantes cernunt, uolentem è uinculis iam soluere sibi dicatum iuuenem. Ad proclamantis Commēdatoriani uocem præstō fuit beata uirgo, uiris grauibus protentis oculis ad rem tendentibus animum: assueta facit uirga in aduersum, fugato dæmone, trāsire sui clientis uincula. Perculsi tanto miraculo Commendatoris hostes, uirginis zemen suo zeme digniorem esse fatentur. Eius rei argumentum est, quod audito Christianorum appulsu ad eas terras, pagani Commendatori finitimi, qui cum eo capitalia odia exercuerant, & sæpe conflixerant, oratores ad Ancisum miserunt rogatum, ut sacerdotes ire iuberet, qui eos baptizarent. Duos quos secum habebat Ancisus propere mittit. Centum triginta uno die ex Commendatoris quondam hostibus, tunc amicis & affinibus, baptizarunt. Gallinaceum genus apud hos incolas nostrorum industria coaluisse diximus. Quicumq; ad baptismum confluxerant, sacerdotibus gallinam offerebant, aut gallum: caponem haudquaquam. Neque enim, ut capones efficiant, castrare pullos adhuc didicerunt. Salsos etiam pisces, & ex pane recentes afferebat quisque placentas, unā cum altilibus. Redeuntes ad littus sacerdotes illos, sex homines ex baptizatis muneribus onusti co-

*Incredibilia
miracula.*

Comitati sunt, quibus lautum pascha peregerunt. Ante Lazari namque dominicum diem, biduo tantum ex Dariene discesserat: & ultimum Cubæ angulum cuneatum ab oriente Hispaniolæ vicinum eo tempore abralebant. Commendatoris rogatu, relictus est apud eum unus socius, libens tamen, non alia de causa, quam ut ipsum ditionariosque suos, & finitimos, si accesserint, angelicam salutationem edoceat. Arbitrantur namque se maiori curæ fore numini deiparæ uirginis, quo plura eius orationis uerba didicerint. Assensus est Anciso commendatori: & his actis iter suum ad Hispaniolam, cui iam proximus erat, profectus est. Dehinc ad regem in Valladolido morantem se contulit, ubi mecum uersatus est familiariter, & in Valchum Nunnez gladiatorem acriter concitauit: promulgataque fuit in eum aduersa sententia, Anciso procurante. Hæc uolui, beatissime pater, de incolarum religione recensuisse: quæ non ab Anciso solum, uerum etiam a pluribus alijs autoritate pollentibus uiris scrutatus sum: quod intelligat beatitudo tua, quam docile sit hoc genus hominum, quamque facilis pateat eis ad nostræ religionis ritus imbuendos aditus. Nequeunt ista fieri repente. Paulatim ad Christi legem euangelicam, in cuius culmine sedes, trahentur omnes: & tui gregis oues multiplicatas indies magis ac magis, beatissime pater, intelliges, iam Dariennenses procuratores repetantur.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. OCEANÆ DECADIS

secundæ, Crediti continentis liber septimus.



D

EST ab Dariene ad Hispaniolam octo dierum & interdum breuior, si flauerint in puppim placidi uenti, nauigatio. Eam uix centum diebus procellarum causa procuratores peregerunt. Paucos namque dies in Hispaniola commorati, mandatis Almirato & gubernatoribus expositis, paratas ipsi aduentibus mercatorias naues, quæ frequentes ad Hispaniolam eunt & redeunt, ascenderunt: nec ante calend. Maij alterius anni ab eorum discessu, ex Dariene ad curiam profecti sunt. Duo igitur Dariennensium procuratores Quicedus & Colmenares, mense Maio anni decimertij & quingentesimi à millesimo curiam ingressi sunt. Ioannes uero Fonseca (cui ab initio curandæ negociationis huius fuit onus demandatum: quem ob fida in reges obsequia in Pacensem, dehinc Cordubensem, post Palantinum & unâ Rosanum Antistitem, alij pontifices: nunc tua sanctitas in Burgensem, erexistis: & quia sit regis domus capellanus maior & consiliarius, indulti regis cruciataque regibus contra Mauros concessa generali commissarium creastis) uenientes Quicedum & Colmenarem ab orbe diuerso, à gentibus nudis, à terris alijs ignotis, suscepit honorifice. Burgensis ergo antistitis patrocinio Quicedus & Colmenares à catholico rege audiuntur. Quæ attulerunt, regi palatinisque omnibus auditu grata fuerunt, ob rerum nouitatem. Et apud me sæpe contubernati sunt. Dariennensis aeris inclementiam horum uultus testatur: flauescunt namque similes ictericis, & turgescunt. Sed ipsi præteritam id ascribunt egestati. Ab his procuratoribus & Anciso, Zamudioque: altero etiã Baccalario iuris perito, qui Baecia dicebatur, & terras illas peragrauerat: & à Vincentio Annez nauium patrono, littorum omnium illorum perito: & Alfonso Nigno, multis præterea gregarijs, qui ductu eorum eas oras adnauigauerant, quæcunque gesta sunt intellexi: nullus namque ad curiam redijt unquam, qui non fuerit delectatus & uoce uiua & scriptis mihi quæcunque ipsi didicissent, patefacere. Ego uero è multis quæ quisque mihi recensuit, prætermittis memoratu minime dignis, illa tantum colligo, quæ meo iudicio satisfactura historiae amatoribus arbitror. In tanta quippe rerum magnitudine

Agnitudine, multa necessario emergunt, quæ, ne nimis longa texatur oratio, prætereunda iudico. Sed ad effectum, quem procuratorum aduentus pepererit, ueniamus. Priusquam hi procuratores aduertarent, fama relatū erat, primarios illos præfectos Nicuesam & Fogedam, Ioannē etiam à Cossā, tanti momēti uirum, ut regio diplomate nauium magister appellatus sit regius, infelici forte perisse: dissidereq; inter se paucos illos superstitēs in Dariene: ita ut neq; trahendis ad fidem noltram simplicibus illis gentibus studeretur, neq; de uestiganda natura terrarum curam gererent. Fuit consilium mittere ducem, qui rem deperditam, sublato imperio ijs qui iniussu regio imperiū usurpauerant, restitueret. Eligitur ad prouinciā hanc capeffendam Petrus Arias Abulensis, ciuis autē Segouien- sis, cui est inter Hispanos antonomasice nomen inditum Iustatori: quia egregius fuerit à iuuentute hastilifor. Vulgato per procuratores Dariennenses in curia, quanti momenti res sit: tollere Petro Ariæ ducatum ē manibus, multi apud regem pertinaciter infiterunt. At capellanus maior Burgensis antistes, cuiā interest, ut iam diximus, huic negotio laboranti præbere remedia: regem adiens, re intellecta, his uerbis compellauit: Quādoquidem Petrus Arias forti animo, rex catholice, tuæ maiestati sub incerta spe lucri per certa discrimina trahendam obtulit uitam, sciamusq; longo experimento militibus regendis aptum esse: sed in Africanis certaminibus præcipue, in quibus se gessit uti strenuum decet militem, & sagacem militiæ præfectū oportuit: impium fore iudicarem, si cuiusq; aliterius auaritia tantū excitati causa, hic exautoraretur. Eat uir bonus iste dextris auibus, eat tuæ maiestati fidus alūnus in regia educatus à teneris. Ex Burgensis igitur episcopi consilio rex Petri Ariæ cum amplioribus mandatis firmauit electionem. Mille ducētos bello aptos milites stipendio regio Burgensis episcopus conscribit Petro Ariæ. Ex ijs plerosq; duxit ē curia, discessitq; ex Valladoieto circiter calend. Octobris, anni tertijdecimi supra quingentesimum à millesimo,

B Hispalim urbem, uulgò Siuillam appellatam, multitudine ciuium & opulentia insignem profecturus: ubi per regios magistratus & militum supplementum, & commeatus, reliqua etiam ad rem tantam facientia, sunt illi tribuēda. Habet enim rex in ea urbe ad oceanea tantū negocia domum erectam, ad quam eūtes redeuntesq; negociatores cōfluunt, de ijs quæ ad nouas terras important, deq; auro inde relato rationem præbituri. Domum uocant Indicæ Contractationis. Reperit Petrus Arias Hispali coacta iuuenum duo millia amplius: auarorum etiam senum nō exiguum numerum: ē quibus multi sese Petrum Ariam propria pecunia sine stipendio regio secuturos obtulerūt. Sed ne nimium destinata nauigia onerarentur, neue commeatus aliquando deficerent, traijciendi libertas ablata est. Est præterea cautum, ne alienigena quisquam iniussu regio commisceatur Hispanis. Propterea fui admiratus, Aloisium quēdam Cadamustum Venetum scriptorem rerum Portugallensium, ita perfricata fronte scripsisse de rebus Castellanis, fecimus, uidimus, iuimus: quæ neq; fecit unquam, neque Venetus quisquam uidit. Ex tribus meæ decadis primis libellis, ad Cardinalē Ascanium & Arciboldū, quibus eram cōterraneus quando illa fiebant, scriptitata ea excerpta & suffuratus est: existimās nostra nūquam proditura in publicum. Potuit & fortē apud oratorē aliquē Venetum in eos libellos incidisse. Celebres namq; uiri ab illustrissimo senatu illo missi sunt ad reges hos catholicos: quibus ego ipse illa ostendebā libens: utq; exemplaria ab eis caperēt, facile assentiebar. Vt cuncq; sit, bonus uir Aloisius Cadamustus alieni laboris fructum sibi studuit uendicare. De Portugallensium inuētis, quæ quidem admiranda sunt, an uisa, uti ait, annotauerit, an ab alterius eodē modo uigilijs subtraxerit, nō est meum uestigare. Viuat & ipse Marte suo. Nullus ergo mare conscendit in ea militum copia, qui non fuerit à regijs magistratibus cōscriptus. Censiti tamen sunt extraordinem pleriq; inter quos & iuuenis quidam nomine Franciscus Cotta con-

Aloisius Cadamustus carpitur.

C terraneus meus: sed adepto meo supplicatu diplomate regio, quo, ut illum aduenam cum Petro Aria trajcere sinerent, magistratibus imperabat: aliter haud quaquam licuisset. Eat ergo Cadamustus Venetus & se cuncta uidisse scribat: cum sex & uiginti annorum, quibus huic catholico regi non male gratus semper astuti, auctoritas uix ualuerit ad impetrandam de transitu aduenae diploma. Ex Genuensibus aliquibus (sed quidem paucis) ob Almirantum primi earum terrarum reperi- toris filium, ea impeditur uenia: caeteris minime. Conscendit igitur mare Petrus Arias per Betim Hispalim interluentem, secundo flumine circiter anni principium millesimi quingentesimi quartidecimi. Sed male auspiciato soluit. Tanta classis eam tempestas adorta est, ut naues duas discerperit: & reliquis deicere in mare commeatum partem ad naues exonerandas fuerint coacti. Superstites ad Hispana littora retrocesserunt. Sed illico a regis magistratibus resecti, remissi sunt. Praetoriae nauis, iussu regio, magister nauclerus erat Ioannes Vespucius Florentinus, Americi Vesputij, de quo supra, nepos: cui patruus haereditariam reliquit artis naucleriae graduumque calculi peritiam. Secundioribus uentis ex Hispaniola relatum est oceanum illos suscepisse. Veniens namque nundinaria nauis, iam captare uolentes Hispaniolae uicinas insulas, eos offendit. Interea tamen dum stimulatorem mei Galeacius Butrigarius & Ioanes Cursius tuae sanctitatis studiosissimi, paratum se habere tabellarium, qui nostras has oceaneas male comptas Nereides sit delaturus ad beatitudinem tuam, ne tempus teramus incassum, pleraque alia postergata, memoratu digna tamen iudicio meo, licet non locata suis sedibus, recensebo. Petrus is Arias ductor uxorem habet, cui nomen est Helisabeth a Boadilla, ex fratre neptem, Boadillae Marchionissae amoiat: quae urbem Segouiam Fernando & Helisabethae regibus Portugallensibus Castellam inuadentibus, tradidit: unde uires ad resistendum primo, dehinc ad bellum aperto Marte Portugallensibus inferendum propulsandosque ipsos, sumpserunt: ob thesauros quos ibi Henricus rex Helisabethae reginae frater coegerat. Bello & pace Marchionissa haec dum uiueret, uirilem ostendit animum, & eius consilio praecleara multa gesta sunt in Castella. Huius est neptis ex fratre Petri Ariae uxor. Amitam magnanimitate neptis aemulata, discedere ad ignotas orbis oras & uastos terrarum pelagique discursus parantem se, maritum his uerbis compellat: Dilecte coniux, maritali iugo nos fuisse a iuuentute nostra coniunctos hac lege, arbitror, ut una, non seiunctim uitam ageremus: quacunq; te fata trahent, siue per undosos oceani furores, siue per horrenda terrarum discrimina, comitem me tibi futuram scito. Nullum mihi potest periculum imminere adeo atrox, nullum genus mortis occurrere, quod mihi non sit multo leuius perferendum, quam a te tanta locorum intercapedine me semotam uiuere. Emori semel satius est, & in mare piscibus, aut in terram Canibalibus uorandam proijci, quam continuo luctu & perpetuo moerore, non maritum, sed mariti literas expectando, contabescere. Mea est haec non temerarie, non ex tempore, non foemineo raptu excogitata, sed mature librata sententia. Vtrum malis eligito, uel iugulum mihi gladio impete, uel meis postulatis assentire. Nec filiorum quos deus nobis praestitit (quatuor enim matres & foemellas totidem relinquebant) uel momento me retardabunt. Auitas illis & dotales opes, quibus queant inter sui ordinis equites uitam agere, relinquimus. De caetero nil mihi curae. Haec ubi uiriliter animi matrona differuit, uidentis maritus fixum uxoris animum ad ea perficienda quae dixerat, contraire postulatis minime ausus est, sed uxoris tantae propositum commendauit. Secuta est ergo, uti suum Ipsicrateia scissis crinibus Mithridatem. Amat uiuum haec, uti mortuum Alicarnassa Caria, Mausolum suum Artemisia. Intelleximusque non infirmiore pectore oceanea murmura Helisabetham Boadillam generosam, molli pluma (ut est in prouerbio) educatam, perferre, ac maritum autem e nautis inter marinos fluctus educatis quenquam. Sunt & alia e postergatis quae referam. In


Ad iam discessurum maritum uxoris impese amatis oratio.

A prima Decade mentio facta est non uulgaris de Vincentio Annez Pinzono, Is Christophoro Colono Genuensi, postea Admiranto, in prima nauigatione fuerat comes. Per se & pecunia sua postmodū, cū diplomate ac uenia regia, uti est in Decade, uno tantum nauigio explorauit. Anno priore à discessu ducum Nicuesæ & Fogedæ, iterum tertio tractus illos percurrit ex Hispaniola. Hic Vincentius Annez meridionale Cubæ latus uniuersum ab oriente perlustrauit ad occidentem: & Cubam, à multis ad ea usq; tempora ob suam longitudinē continentem putatam, circuiuit. Itidem & alij plures se fecisse aiunt. Vincētius Annez cognito iam experimento patenti Cubam esse insulam, processit ulterius, & terras alias ad occidentem Cubæ offendit: sed tactas prius ab Almirāto. Quare implicitus noua terra, in lauam conuersus, illius terræ littora per orientem abradens, Beraguæ, Vraba & Cuchibacoæ sinuum fauces transgrediens, ad regionem, quam diximus in decade Pariam appellari, & Os Draconis, nauim suā qua uehebatur applicuit: ingressusq; est uastum sinum, à Colono tactum, dulcium aquarum, et piscium copia, insularumq; multitudine celebrem: ab oriente à Curiana distantem milliaria centum triginta circiter: in quo tractu sunt mediæ Cumana & Manacapanæ: quibus principatū de margaritis pleriq; donant, non Curianæ. Facti certiores de nostrorū aduentu regionis eius reguli, qui Chiacones, ut in Hispaniola cacici, appellatur, exploratum mittunt, quæ gens hæc noua sit, quidue noui afferat, quid uelit: atq; unā lintres uniligneas (quæ monoxyla esse diximus in decade, uti de canois Hispaniolæ) parari iubēt armatas. Lintres isti chicos appellant. Stupuerunt quippe uisis eius nauis protentis uelis: neq; em̄ ipsi uelis utūtur ullis: et si uterentur, exiguis uti opus esset ob lINTRIUM angustia. Suis ergo monoxylis pluribus ad nauim uectis, sagittis ausu temerario nostros, adhuc spondarum repagulo uti moenibus tutos, configere aut perterrefacere existimarunt. Nostri bombardas in illos excutiunt, quarum tonitribus & uasta strage quando seriebant, attoniti, sese ipsi profligarūt. Dispersos & fugientes nostri per nauis cymbam seruitoriam assequuntur, & trucidant quosdam, plures capiunt. His intellectis, & tormentorum mugitibus auditis, reguli oratores ad Vincentium Annez mittunt, ueriti uicorum suorum direptionem, & hominū interniciem, si descenderent irati ex nauī. Pacem orant, quantū per signa & nutus colligere possunt. Neq; enim uerbum ullum nostri se intellexisse fatentur. In pacis optata signum nostros egregijs muneribus donarunt: utpote auri tribus millibus ponderis eius, quod nummum castellanum uocari diximus, uulgò pefum appellatum: & pleno masculi thuris præstantissimi ligneo dolio librarū octuncialium circiter bis milliū sexcentarū: quare thuris feracem esse terram cognouerūt. Neq; enim incolis Pariæ cum Sabæis est quicquam cōmerciij: quippe quibus nihil penitus notum est extra sua littora. Cumq; auro & thure & pæuonibus patrijs, à nostris tamen dissimilibus colorum uarietate, fœminas uiuas ad sobolem nouarum uolucrū procreandam in Hispania, & è masculis numerum ingentem ad præsentem edendū usum præbuerunt. Supellectilia etiā gossampina quædam ad domorū ornatum pro aulæis, miris modis & coloribus diuersis laborata, quibus erant pendula sparsim per fimbrias appensa aurea tintinnabula, id genus quod uulgus Italum uocat sonaglios, Hispanum cascaueles. Loquaces quoq; psittacos uarijs coloribus quotquot placuit, dederunt. Est namque psittacorū apud Parientes non minor copia, quam apud nos palumbium aut passerulorum. Hos incolas omnes genu tenuis mares, fœminas surarum tenuis, gossampinis uestibus amictos simplicibus repererunt: sed uiros more Turcarum insuto minutim gossipio ad belli usum duplicibus. Dico gossipium id lanuginis genus, quod alias bombicinū appellatione uulgari Itala dixi: ascripturine sint ignorantia, an incuria, pleraq; similia latinissimi uiri, qui Adriaticū incolunt aut Ligusticū, si ad eorū manus nostra deuenierint aliquando: uti primam

- C** decadem uidimus nobis inconsultis impressorū prelis suppositam; neutro cruciari statuo ad summū: uoloq; sciant me Insubrem esse, non Latium, & longe à Latio natum, quia Mediolani: et longissime uitam egisse, quia in Hispania. Idem uelim dictum genuinis Adriaticis siue Ligusticis Latio propioribus de bergantinis, de caruelis, & almiranto, adelantatoq; uulgari appellatione hispana. Me quippe non lateat græcissantes architalassum: latinissantes simul & græcissantes, nauarchum hos, pontarchum illos, garrere dici debere magistratus eius principem. De cæteris huiusmodi idem, dummodo tuę sanctitati satisfactū iri credam, hac simplici mea de tantis inuentis narratione. His iam ommissis ad Parix regulos redeamus. Hos reperit Vincētius Annez esse apud Parienses tanq; annuos rectoris uicorum primarios tantum, quos cæteri siue bello siue pace sit agendum, sequuntur. Vicos habent structos in ambitu sinus illius uasti. Ad nostros cū muneribus uenisse ē regulis quinq; referunt: quorum nomina hic inferere statui ad tantæ rei memoriam, Chiaconum, Chiauaccham (Chiaconos nanque suos optimates uno nomine appellāt) Chiaconū Pintignanum, Chiaconum Chamailaba, Chiaconum Polomum, Chiaconū Pot. Sinum eum ab Almiranto Colono primo repertum uocant Baiam natiuitatis, quia natalis Christi die fuerit eum ingressus: prætereundo tamen sinu non perustrato. Baiam Hispanus uocat sinum. Icto fœdere cum illis Chiaconis, Vincentius Annez institutum iter suum prosequens, ad orientem regiones inuenit aquarum crebra illuue desertas, & stagnantia magnis tractibus loca. Nec destitit à proposito, donec terræ illius longissime cuspidem attigit: si cuspides appellare licet cuneos aut frontes acutas, uel promontoria marinas terras terminantia. Ea cuspis Atlantem uidetur uelle impetere. Illam quippe Africæ partem spectat, quæ à Portugallensibus Caput Bonę Sperantię dicitur. Atlantici montis squalentia in Oceanū protenta promontoria. Sed Bonę Sperantię Caput gradus antarctici colligit quatuor & triginta: cuspis autem illa septem tantum. Puto terram hanc esse, quam apud cosmographiæ scriptores Atlanticam dici magnam insulam reperio, sine ulteriore de illius aut situ aut rebus exploratu. Et quādoquidē in huius terræ marginem primum ab Herculeo freto incidimus, non erit alienum à re, si pauca differuero, quæ dissidium fortē parerent, nisi focer & gener essent, inter Fernandum regem catholicum, & Emanuelem Portugalliæ regem. Dico Portugalliæ, non Lusitaniæ, uti multos audio literarum non ignaros, qui falluntur non mediocriter. Nam si est Lusitania, quam egregij cosmographi Ana & Duria fluminibus includūt, quæta est portio Lusitaniæ Portugalliæ.
- D**

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANÆ DECADIS
secundæ, Crediti continentis liber octauus.



IVENTE Ioanne rege Portugalliæ, Emanuelis impræsentiarum regis & sororio & prædecesore, exorta est acris inter Castellanos et Portugallenses contentio de ijs inuentis. Sibi deberi nauigatiōes Oceani uniuersas arguebat Portugallensis, quia prior & ferè ab immortalis memoria oceanum tentare ausus sit. Castellani uero, quæcumq; deus ministra natura in terris formauerit, ab initio rerum fuisse hominibus communia proponunt: propterea licere cuiq; illa occupare, quæ Christianis habitatoribus uacua repererit. Dum ita in confuso res tractaretur, pars utraque pacta est, ut à summo pontifice decerneret. quid iuris. Futuros se obtemperantes pontificiæ sanctioni fideiubent utrinq;. Res Castellæ tūc regina illa magna Helisabetha cū uiro regebat, quia dotalia eius regna Castellæ sint. Erat regina Ioan-

Ana Ioanni regi Portugalliaē confobrina : propterea facilius res est composita. Ex utriusq; partis igitur assensu, lineam ex plumbata bulla summus pontifex Alexander sextus illis à septentrione ad meridiem, extra earum insularū, quas uocant de Cabouerde parallellos, ad occidentem lequas centum diametro tetendit. Alexandri nanq; sexti pontificatu, res hæc in contentionē uenerat. Intra iactam lineam, licet negent nonnulli, cadit eius terræ cuspis sancti Augustini Caput appellata. Propterea nō licet Castellanis figere pedem in eius terræ initio. Regressus ergo inde est Vincentius Annez, habito ab incolis quod Ciamba prouincia ferax auro ad aliud latus montium altorum, quos ante oculos habebant, ad meridiem iaceret : & e captis in sinu Pario, qui aperte Castellanae est ditionis, abduxit quosdam ad Hispaniolam Admirantocq; iuueni reliquit, ut nostra discant idiomatica : quò interpretum postea loco uti possint ad secreta regionum illarum exploranda : ipseq; ad curiam uenit impetraturus à rege, ut bona eius uenia, liceat sibi nomē sumere gubernatoris insulae sancti Ioannis, quæ ab Hispaniola tractu distat lequarum quinque & uiginti tantum : quoniam in ea gigni aurum, primus ipse Vincentius Annez patefecerit. Ab incolis, diximus in decade prima, Buricchenam hanc appellari insulam. In ea insula gubernator erat Christophorus quidam comitis Camignæ Portugallensis filius. Hunc uicinarum insularum Canibales cum Christianis omnibus trucidarunt, præter episcopū & familiares eius, qui sese templo & templi ornatibus derelictis in tutum receperunt aufugientes. Episcopos nanq; iam quinq; supplicatu regio, tua sedes apostolica beatissime pater nouos erexit. In urbe primaria sancti Dominici in Hispaniola fratrem Garfiam de Padilla diui Francisci regularem. In Conceptione oppido doctorem Petrum Xuarez, de Deza : & in insula sancti Ioannis Licentiatū Alphonsum Mansum, ambos diui Petri institutionis obseruatores. Quartum fratrem Bernardum de Mesa, nobilem, genere Toletanum, concionatorem, dominicum affectam in Cuba insula. Quintum Ioannem Cabedum & eundem franciscæ obseruationis pulpitarium cōcionatorem, tua sanctitas unxit, ut Darienensibus præsit. Rependent propediem Caribes debitas pœnas. In illos ibitur : præcipue quia parrato illo nefario scelere, post menses aliquot reuecti ex uicina sanctæ Crucis insula cacicum nostris amicum, & familiam eius uniuersam trucidarunt, comederuntq; uico eius funditus euerso : nacti occasionem, quod regulus ille uiolato iure hospitij, Caribes septem conficiendarum canoarum magistrōs apud eum relictos, ut canoas quasdam construerent, quia proceriores arbores ad ea monoxyla formanda insula sancti Ioannis nutriat, quam eorum insula Sancta Crux cognominata. Caribibus his adhuc in insula manētib; e nostris pleriq; trañcientes ex Hispaniola in eos inciderunt. Re intellecta per interpretes, incipiunt à Caribibus uelle de tãto facinore rationem exigere. Illi autem arcubus & uenenatis sagittis in nostros directis, trucibus & toruis uultibus nostris edicunt, ne uim tentent, ni sinistris auib; uenisse uelint. Nosti uenenatas sagittas ueriti, neq; enim parati ad certamē uenerant, signa pacis dant. Cur uicum euerterint, & ubinam sint regulus & eius familia interrogati Caribes, respondent se uicum deleuisse, regulumq; & familiam eius in frustra sectos comedisse, in suorum septem opificū uindictam : in compositosq; fasces illorum ossa seruari ad opificum uxores & filios deportanda, quò intelligant nō iacere inulta maritorum & parentum corpora : fascesq; ossium nostris ostenderunt. Stupidi tanto facinore nostri rem dissimulare coacti, conticuerunt, neq; incusare aut coarguere Canibales ausi sunt. Ex his & huiuscemodi multa eueniunt quotidie, quæ, ne sacras aures tuas. S. hisce cruentis narrationibus inficiam, prætereo. Satis euagatum est, beatissime pater, extra Beraguensem, & Vrabensem regiones, instituti nostri primarias nutrices. Prætermitemus ne quæ sit Vrabensium fluminum amplitudo : quæ profunditas : quidue ipsa, quidq; abluta ab eis terræ gignant.

Quinq; episcopi noui, in terris nouis

C deq; terræ magnitudine ab oriente in occidentem, ac latitudine à meridie in septentrionē; quid ue credat̄ de ignotis adhuc in ear̄ minime quidē beatissime pater. Vrabā igitur repetamus, & à nominibus prouinciarū recēter impositis exordiamur: prouinciasq; liceat appellare, quia procul uictæ Christianis parent.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANEAE DECADIS

secundæ, Crediti continentis liber nonus.



BERAGVAM statuerunt Castellam auriferam, Vrabam uero Andaluziā Nouam, appellari: & ueluti ex insulis pluribus Hispaniolam, in quam multę deductę sunt colonie, in caput insularū habitandā elegerunt. Ita in immensis Paria tractibus, in duabus regionibus Vraha & Beragua statuta est mansio: ut ad eas tanquam ad portus uagaturi sese recipiant, fessiq; & rerū indigentes sese queant ibi reficere. Sata iam in Vraha & hortensia omnia mirifice coalescunt. Nōne hoc admiratione dignum, sanctissime pater? Omnium rerum semētes, taleas quoq; furculos, & calamos, propagines etiam aliquarum arborū ad eas terras, uti de quadrupedibus et altilibus diximus, important. Omira ubertas. A iacto semine cucumerum & huiuscemodi rerum, ad diem citra uigesimum fructus eorum colligunt. Caules, betas, lactucas, boragines & hortensia his similia intra decimū. Cucurbitas uero & melones decerpunt, intra octauum et uigesimū à sementis satione. De taleis & furculis arborum nostratiū per seminaria & scrobes satis, & calamis in ramulis patriarum, quę consonent, insertis, eadem referunt celeritate fructificare, qua diximus de Hispaniola. Arboreos natiuos fructus habent Dariennenses multiformes, & uariorum saporum ad usum humanū salubres: ē quibus est consilium præstantiores describere. Guaianam colunt arborem, quæ fructum parit citrorum generi, quos uulgus limones appellat, persimilem, sapore acri, dulci cōmixto. Nucibus etiam pineis abundant, & palmarū uarijs cariotis, ijs quæ nobis notæ sunt grandioribus, sed minime aptis ad esum ob austeritatem. Palmulas steriles, quæ tamen ipsamet eduntur, & folia creant ad scoparum usum, passim ac sponte sua nasci certum est. Guarauanā uero, quæ aurea mālā ferente arbore procerior est, fructum gignit magnum, mālū citreum æquantem. Est & alia arbor castaneæ fermē similis, hæc ficum grandiolem fructu suo æmulatur, sapore dulci & salubri. Maméis est arbor alia, quæ fructum producit aurei mālī magnitudine, sapore melone optimo haud insuauior. Guanalanā fructum dat cæteris minorem, sed odoriferum aromaticę & super omnes sapidū. Hōuos est alia quæ prunis persimilem generat fructum & forma & sapore, sed aliquanto grandiolem: hanc mirobalanum esse pro certo habent. Est Hispaniolæ arbor hæc adeo peculiaris, ut eius fructibus porci saginentur: neq; cum maturescunt, retinere illos aut regere subulci queunt, quin ex eorum ferula elapsi, syluas earum arborum altrices sparsim petant: unde multitudo ingens syluestris effecta est. Propterea suillas aiunt carnes, arietinis esse in Hispaniola saporosiores salubrioresq;: nemini nanque dubium est, quin uaria ciborum genera uariam carnibus edendis uim gustumq; longe alium ingenerent. Alium fructum se inuictissimus rex Ferdinandus comeditse fatetur ab iisdem terris aduectum, squamosum, pinus nucamentum aspectu, forma, colore æmulatur, sed mollitie par melopeponi, sapore omnem superat hortensem fructum: non enim arbor est, sed herba carduo persimilis aut acantho. Huic & rex ipse palmam tribuit. Ex ijs ego pomis minime comedi: quia unum tantum ē paucis allatis reperere incorruptum, cæteris ex longa nauigatione putrefactis, Qui in natiuo solo recentia ederunt,

Arborci fructus
et uarietate
et utilitate
signes

Aederunt, illorum cum admiratione suauitatem extollunt. Effodiunt etiam e telure suapte natura nascētes radices, indigenę Batatas appellant, quas ut uidi, Insubres napos existimaui, aut magna terrę tubera. Quocunq; modo condiantur assæ uel elixę, nulli crustulo, aut alio cuiuis edulio cedunt dulcorata mollitie: cutis aliquanto tenacior quã tuberibus aut napis, terreiq; coloris, caro candidissima. Seruntur etiam & coluntur in hortis, uti de lucca diximus in decade prima. Comeduntur & crudæ. Viridis castanę gustum cruda imitatur, est tamen dulcior. Sed de arboreis & hortēsis uergetatiuisq; alijs iam satis: ad sensitiua ueniamus. Terræ illius horrentes saltus depascūt præter tigres & leones, cæteraq; nobis iam nota animalia, uel saltem ab egregijs autoribus descripta, monstrosa plura. Sed animal unum præcipue procreat, in quo natura studuit sese miram artificem ostendere. Id est corpore bouem æquans: proboscide armatū est elephantina, nō elephas: bouino colore, nō bos: equinis unguis, nō equus: auriculis etiã elephantinis, sed minus patentibus & demissis: quã cæterorū tamen animalium patentioribus. De animali ferente secū natam sobolem in uterali crumena (scriptorum nulli meo iudicio noto) quod serptim arboreis depascit fructibus, in decade satis, quam puto ad tuæ sanctitatis manus priusquã id rerum culmen adipseretur deuenisse: quandoquidē e meis latebris impressa euasit. Quid uero de fluminibus Vrabensibus restet, referamus. Darien angusto in sinū Vrabensem deuoluif alueo: monoxylorum prouincialium uix patiens, & uicum quem habitandum elegerunt, præterlabitur. Sed fluuium in angulo sinus, quem diximus a Vascho pernauigatū, reperere latitudinis esse stadiorum quatuor & uiginti (lesquam dicunt) profunditatis etiam immense, cubitorū puta ducentorū amplius: per diuersa ostia in sinum cadere. Hunc, uti legimus Istrum in ponticum pelagus, & Nilum in ægyptium, defluere in Vrabensem sinum aiunt, antonomastice grandem fluuiū appellant: quem magnorū esse ac multorū crocodilorū nutritorem inquirunt: ueluti de Nilo didicimus, ego præcipue qui Nilum aduerso secundoq; flumine nauigauit, Soldanū petens, et ab eo rediens. Quid propterea queam ex tot insigniū doctrina & autoritate uirorum scriptis de Nilo colligere, non intelligo: duos namq; Nilos, siue a lunæ montibus siue solis, aut e squallidis Aethiopum iugis undecunq; fluere uelint, aiunt naturam dedisse telluri irriganda: ad septentrionem in ægyptium sinum cadere unum: in oceanum meridionalem alterum. Quid hoc loco dicemus? De ægyptio nihil ambigimus. Meridionalem alium Portugallenses, qui per Nigritas & Melindos æquinoctialem circulum transmeant, in suis mirabilibus inuentis repperunt: & e lunæ montibus ipsimet deriuari arguunt: esseq; Nili alueum alterū, quia crocodilos generet: neque alibi præterquam in Nili fluentis crocodilos gigni legerint. Senegam uocant fluuium Portugallenses. Nigritas is interluit septentrionali ripa fortunatus: meridionali arenosus horridus. Crocodilos passim emittit. Quid ergo referemus de hoc tertio, imò et penè dixerim quarto? Crocodilos namq; esse puto, quos armatos conchis testudineæ duritie, duce Colono, Castellani repperere in flumine, quod dici Delagartos supra memorauimus. Dicemus hos e lunæ montibus oriri: haudquaquam beatissime pater. Crocodilos ergo posse alias præter niliacas aquas producere, iuniores nostri experimento didicere. Non enim hæc flumina e lunæ montibus scatent, neque possunt cum ægyptio Nilo aut Nigrito siue Melindo, quacunq; illi deriuentur, eandem originem habere: quippe qui ex proximis defluunt montibus, quos diximus a septentrionali oceano non magno discrimine mare aliud australe dirimere. In Darienis præterea & aliorum fluminum palustribus locis relictis ex alluuię aquosis, phasiani, pauones, sed non picti, & multa uolucrum genera a nostris dissimilia, tam ad esum apta, quã ad demulcendum uarijs concentibus audientium aures, nutriuntur. Sed aucupij imperitia, Castellani nostri negligēter uolucres insectant.

C Psittacorum etiam sub eodem genere species in stagnantibus illis locis innumerae garrunt. Sunt et psittacis qui capones aequant magnitudine, sunt & qui ne passerulum quidem superent. De psittacorum uarietate in prima decade satis. In huius namque vastae terrae discursu Colonus ipse ad curiam & misit & tulit ex omni specie non paucos, quos omnibus uulgo licuit inspectare, ferunturque quotidie. Vnum restat, beatissime pater, dignissimum historia, quod mallet in Ciceronianas manus aut Liuianas incidisse, quam meas: tanti namque miraculi est apud me, ut implicatius reperiam in eius descriptione ingenium meum, quam de gallinaceo feratur pulliculo stuppis inuoluto. Terrae illius latitudinem a septentrionali oceano ad australe pelagus sex tantum dierum esse diximus, incolarum testimonio. Magnitudo propterea fluuiorum & numerus hinc, illinc terrae angustia, me trahunt in ambiguum: qui fieri possit, ut inter capedine tam exigua dierum trium, a supremis eorum montium cacuminibus dimetiendo, tot tamque magna flumina diuertant in hoc septentrionale, non intelligo. Credere namque licet ad australes incolas toridum defluere. Sunt haec Vrabensia flumina exigua, si plerisque alijs comparentur. Aiunt se reperisse Coloni tempore Castellani, & per nauigasse post illum, flumen, cuius ostium in mare cadens passuum asseuerant esse paulominus centum mille in primis Pariae littoribus, uti alias diximus: namque furibundo meatu in oceanum ex altis montibus decidere praedicant, ut retrocedere mare etiam exaestuans, uel uentorum dico impulsus, suo impetu & amplitudine cogat: neque in magno eius spatio amari quicquam sensisse in aquis, sed potui aptas & suaves omnes inquit. Maragnonum appellant hunc fluuium incolae, adiacentes autem regiones Mariatambal, Camamorum, & Paricora. Praeter ea flumina quae supra nominaui, Darienem puta grande Dabaiba, Beraguense, Sancti Matthaei, Boij gatti, & Delagartos & Gaira, passim reperiunt alia multa qui peragrunt ea littora. Deliberanti ergo mecum, unde sibi specus tanti capaces habeant hi montes, littoribus adeo uicini & angusti, sententia incolarum, & unde repleant ut humores tantos cogantur euomere, succurrunt uaria. Magnitudo primum montium: altissimos quippe esse inquit. Aiebat & idem primus repertor Colonus: imo & aliud ipse disserebat, esse deliciarum paradysum in eorum montium culminibus, qui ex sinu Pario & Ore Draconis appareret: sibique statuto persuaserat. Vastae ergo montium moles, uastos inesse specus multi capaces, arguunt: sed unde repleantur pensitandum est. Si dulcium aquarum omnium, ex sententia multorum, ita refluunt a mari flumina, maris ipsius ponderosa mole compulsam per terrae meatus, uti est meatibus ipsis scatentia uidemus ad mare cursum dirigere: minus hic mirandum est, quam alibi. Quia nullibi adhuc legimus duo maria huiusmodi terram ullam tam angusto limite, si uera ferunt in colae, circunserpere. Magnum quippe est a dextro latere oceanum, in quem sol uergit a sinistro, alium unde nascitur forte non cedentem, quia putant Indico mixtum, habere cubitantes. Tanta ergo mole grauata (si ualet sententia) tellus ista nimirum cogitur tot aquarum uoratus deglutire, deglutitos per patulos gurgites emittere. Sed si a mari forbere humores terram negauerimus, fontesque gigni omnes ex aeris conuersione in aquam intra montium caernas stillantem, assentimur, uti plerique autumant, auctoritati magis eorum qui talibus innituntur rationibus caput flectemus, quam quod intellectus noster sit eius sententiae capax. Conuertit in aquam absorptum, in caernis montium aliquibus aerem, non quippe recuso: uidi namque ego ipse in Hispania est pluribus antris guttatim imbres decidere perpetuos: & inde collectas aquas per collium latera riuos demittere, quibus plantata in diuis uineta oliuetaque ac frutera omnis generis rigabantur. Sed uno in loco praesertim, testes habeo illustrissimum Ludouicum Aragonium Cardinalem tuae Sanctitatis obseruantissimum, & Antistites duos Italos, episcopum unum Bouiesem Siluium Pandonum nomine: archiepiscopum alterum,

Inaudita fluminis magnitudo

Philosophicae de aquarum generatione rationes


cuius

A cuius neq; nomen proprium recolo, neq; titulum didici. Granata nanq; nuper
 ē Maurorum potestate erepta agebamus; & nos omnes oblectandi animi gra-
 tia ad quosdam amœnos tumulos duxit, per quos suauī murmure riuus irrigās
 defluebat. Interea loci dum illustrissimus noster Ludouicus salientes per arbu-
 sta riuo inhaerentia, uolucres sagittis infectatur, ego & antistes uterque cliuum
 ascendere statuimus, ut unde riuus oriretur, intelligeremus: eramus nanque ca-
 cumini montium illorum proximi. Succincti ergo riuī uestigia sequentes, antrū
 reperimus eiusmodi perpetuo imbri uberrimum: ex cuius aqua per frequētes
 guttas cadente in receptaculum in subiacentibus saxis manu cauatū riuus effi-
 citur. Licet uulgò conspicerē & aliud rorans antrum in hoc celebri oppido Val-
 ladoleto, ubi nūc agimus, in oppidani egregij uiri iurisperiti, cognomine Licen-
 ciatī de Villena, ab oppidi mœnibus minus stadiō distante, uiridario. Fateor igitur
 ex antrorum roratu per conuersionem aëris, inter pendentium rupium ca-
 uernulas absorpti, posse fontes alicubi generari. Sed naturam arbitror de tanta
 illuuiē aquarum hac industria tenui generanda minime fuisse sollicitam. Conso-
 nant ergo rationes duæ ingenio meo: frequentū pluuiarū casus: altera, ob per-
 petuum ibi uer uel autumnū: quia sunt ita propinquæ æquinoctiali circulo ter-
 ra illa, ut uulgus nō aperte dignoscat diei ac noctis discrimen toto anno: suntq;
 hæc duo tempora gignendis pluuijs aptiora, quam grauis hyems aut æstas ferui-
 da. Altera prioris effectiua est huiuscemodi: si porosum esse mare, perq; poros
 eius, austris illos aperientibus, uapores quibus aquosæ nubes generentur, eleua-
 ri assentimur, terram hanc oportet crebrioribus pluuijs madefieri, quam terrā
 aliam, si sit, uti aiunt, angusta, duocq; teneat immensa maria, quæ illam ita proxī-
 me sepiant, collateralia. Vt cuncq; sit, beatissime pater, nequeo tot uiris eas terras
 frequentantibus nō credere: cogorq; illa, licet pleraq; uideantur nō uerisimilia,
B referre. Propterea per hæc argumenta fuit consiliū discurrere, ne uiri doctrina
 celebres hinc, illinc quærendarū occasionum in aliena scripta studiosi, nos ita he-
 betes esse dijudicent, ut nulla ratione media fidem facile præstemus emergenti
 cuiq; narrationi. De impetu tamen illo dulcium aquarum, qui obiectus pelago
 facit ostium adeò ingens, uti supra diximus, aquas existimo cadentium multorū
 esse fluuiorum coactas, quæ lacum ingentem efficiant; non autem fluuiū unum
 ut ipsi aiunt. Sed quia sint montes ardui, tantam esse puto uim declinantū aqua-
 rum, ut impulsu stagnantium ea fiat conflictatio, & ne falsæ aquæ ingrediantur
 in sinum resistent. Surgent & fortè alij, qui me tantopere fuisse admiratum mi-
 rabuntur, & subsannabūt dicentes: En quid pro miraculo hic recitat magna in-
 esse flumina regionibus illis? Nōne Italia suum creat Eridanum, fluuiorum re-
 gem ab autoribus egregijs appellatū? Nōne & regiones aliæ sua ingentia pro-
 ducunt: uti de Tanai Gangeq; legimus, atq; Istri fluentis, quæ uincere mare ita
 produntur, ut dulces haustus in XL millia passuum liceat colligere. His satisfac-
 tum iri uelim hac ratione. Padus alpinos aggeres, Gallias & Germanias Pan-
 noniasq; secernentes ab Italia, sibi habet à tergo magna mole succosos, longocq;
 tractu Ticinum, & innumera alia bibens flumina, tendit in Adriaticū. Idem de
 ceteris. Flumina uero hæc plenioribus alueis ē proximo, uti ex regulorum dictis
 nostri referunt, lapsa cadunt in oceanum. Sunt tamen qui amplissimam esse ali-
 bi, licet hic angusta sit, arbitrentur terram. Succurrit & alia causa, quam licet ha-
 beam pro inualida, scribere tamen eam statuo. Longitudo forsan terræ ab oriente
 protenta per immensum in occidentē, si angusta est, adiuuētō erit. Quia sicuti
 legimus Alpheum ab Elide in Siculam Aretusam per meatus subtermarinos
 occultos scatere: ita & posse mōtes illos productas adeò cauernas habere, ut lon-
 gissime distantibus terrarum cauernis respondeant: augeanturq; passim aquæ,
 uenientes aëris illa transmutatione, quam diximus. Capiant & qui sano pe-
 ctore aliena interpretantur, & qui subsannationibus inuigilant, rem uti malint.

C In hac re nescio quid ultra referam impraesentiarum, quando aliter rem esse reperimus, eadē uerū profitebimur. Quandoquidē de terrae huius latitudine tot tantaq; differuimus: de longitudine formaq; ipsius iam tandē sermo resurgat.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANAE DECADIS
secundae, Crediti continentis liber decimus.



ST in mare protenta terra illa, non secus ac Italia: licet non humano cruri haec, ut illa similis. Sed pigmeolum giganti comparo. Est namq; pars ea quam à dicta cuspide orientali, quae uergit ad Atlantē, Castellani percurrerunt (sine nōdum reperto ad occidentē) Italia longior octuplo amplius. Qua ratione fretus, octuplū hoc ausim promere, uult tua sanctitas intelligere. Ex quo parēre statui postulantis, ut sanctitatis tuae nomine ista redigerem in Latium sermonem, ego non Latius, curauī ne quid prodeat nō rite exploratū. Burgensem antistitē huius nauigationis cōfugium, de quo supra lata mentio, adiuī. Includi uno cubiculo, multos harum rerum indices habuimus ad manus: solidam uniuersi cum his inuentis spheram & membranas, quas nautae chartas uocant nauigatorias, plures: quarum una à Portugalsibus depicta erat, in qua manum dicitur imposuisse Americus Vesputius Florentinus, uir in hac arte peritus: qui ad antarcticum & ipse, auspicijs & stipendio Portugalsiū, ultra lineam æquinoctialem plures gradus adnauigauit. In hoc indice latiore esse primam huius terrae frontem reperimus, quam reguli Vrabenses nostris persuaserint de suis montibus. Alteri Colonus uiuens cum ea perlustraret loca dedit initiū: cui & frater eius Bartholomaeus Colonus Hispaniolē Adelantatus iudiciū suum addidit: peragrauit namq; & ipse ea littora. Praeterea castellanorum omnium quotquot sibi sentire, quid sit metiri terras et littora persuadent, suam quisq; nauigatorem depinxit membranam. Ex omnibus cōmendatiores seruant, quos Ioannes ille de la Cossa Fogedē comes, quem à Caramairiensibus apud Carthaginis portum peremptum diximus, adiderat: & gubernator alius nauium, nomine Andreas Morales, cum ob maiorem earū rerum experientiam (familiares enim notosq; habebant ambo tractus illos, nō minus iam ac suae domus cubacula) tum etiam quia cosmographiae naualis peritiores haberentur quam ceteri. Omnibus igitur indicibus allatis, in quorum singulis iacebat linea, quae hispano more nō millia passuum, sed lequas designabat: circinos afferri iubemus, & hoc ordine cœpimus littora metiri. A cuspide siue fronte illa, quam diximus Portugalsiū includi lineam, per eas insularum quas uocant de Cabouerde parallellos deducta, sed lequas centū ulterius ad occidentem, quam & ipsi ultro citroq; iam explorarūt, reperimus ad Maragnoni fluminis ostium lequas trecentum. Inde ad Os usq; Draconis lequas septingentas, in nōnullis paulo minus, neq; enim penitus conueniunt. Volunt lequam Hispani millia passuum quatuor continere mari praesertim, terra uero tria. Ex Ore Draconis ad Cuchibacoae protentā in mare cuspidem, qua superata in laeuam sinus efficitur, lequas tercentum dimensi sumus in uno, in alijs circiter. Ex Cuchibacoae illo promontorio cuspidali ad Caramairiensem regionē, ubi portus est Carthaginis, circiter centum septuaginta. Ex Caramairia ad insulam Fortem quinquaginta. Inde ad Vrabae fauces, intra quas uicus est sanctae Mariae Antiquae, ubi sedes posita est, quinque tantum & triginta. Ex Vrabensi Dariene ad Beraguensem fluuium, ubi fixurus erat pedem Nicuesa, nisi aliter apud superos statutum reperisset, centū triginta interesse dimensi sumus. Ex Beragua ad eum fluuium, quem diximus sancti Matthaei appellatum à Colono, in quo Nicuesa carauela

A carauela amissa pererrauit omnium hominum calamitosissimus, lequas in indicibus centum quadraginta tantum reperimus; multo tamen plures in hoc tractu a sancto Matthæo, multi e redeuntibus mihi retulerunt: in quo & locant diuersa flumina, puta Aburema cum præiacete insula nomine Scutum Cateba, cuius regulus Facies combusta est appellatus: aliud Zobraba, Vrida post illud, Durabaq; auriferum: & portus etiã egregios, inter quos Cerabaroum & Hiebram incolarum appellatione. Si rite dinumeraueris, beatissime pater, lequas inuenies in hoc calculo quinq; & uiginti post quingentas a mille: quæ amplectuntur miliaria septingenta supra quinq; millia a culpide ad sancti Matthæi, quem perditorum uocant sinu. Sed non sinit opus. Astur Ouetenis auito genere quidam, nomine Ioannes Dias de Solis, qui se Nebrissæ, quæ doctos aedit uiros, natum inquit, ab eo fluuio ad occidentem tendens lequas & ipse percurrit non paucas. Sed littus illud medium ad septentrionem curuatur. Propterea non examussim locatum inter dimensa: putamus tamen colligere diametro lequas tercetum circiter. Quanta ergo, beatissime pater, sit terræ illius quæ tuo throno subiicienda est, longitudo, ex dictis colligito: de latitudine forte aliter aliquando sentiemus. De polarium nunc gradu uarietate pauca referamus. Terra hæc licet ab oriente protenta sit in occidentem, retorta tamen est, & ad meridiem sua cuspide tantum incuruatur, ut polum arcticum amittat, æquinoctialemq; superet lineam ad antarcticum septem gradus. Sed Portugallensium est eius cuspidis iurisditio, ut iam diximus. Cuspide relicta, Pariam uersus, arcticus reuiscitur polus: & quo magis ad occidentem regio uergit, eo magis polus eleuatur. Habet ergo Castellani uariam graduum eleuationem, donec ad Darienem statutam earum terrarum sedem primariam ueniatur. Beraguensis namq; derelicta est, ubi eleuatum gradus octo reperiunt polum. Sed inde tantum terra incuruatur ad septentrionem, ut quasi Herculei freti gradus æquet, si præcipue terras dimetiamur quasdam ad latitudinem Hispaniolæ septentrionale ab ipsa repertas. Inter quas ad lequas ab Hispaniola quinq; ac x x supra tercentum unam esse insulam fabulantur, qui eam explorarunt ad intima, nomine Boiua, alias Agnaneo, fonte perenni adeo nobilem, ut eius fontis aqua epota senes reuiuenscant. Nec arbitretur beatitudo tua hoc dictum iocose aut leuiter: ita serio rem hanc per curiam uniuersam ausi sunt spargere, ut populus omnis, & ex ijs quos uirtus aut fortuna secernit a populo, non pauci rem esse ueram arbitrentur. Ego uero si quid sentiam interrogaueris: naturæ rerum genitrici non me tantum tribuere respondebo, sibiq; seruasse deum hanc prærogatiuam pro non minus propria, quam scrutari corda hominum, aut priuationi dare accessum ad habitum, existimo: Nisi Colchia forte fabula de renouato Esone, Erythræ Sibyllæ fuisse folia crediderimus. Hæc de longitudine latitudineq; ac motibus abruptis, & eorum specubus aquosis, deq; uarijs terræ illius gradibus: & quidem satis. Sed minime prætereunda puto quæ miseris inter generales calamitates acciderunt. Horrebant puero mihi uiscera, cruciabarq; præ miseratione de Achemenide Vergiliano inter Cyclopum littora ab Vlyssæ relicto, quod baccis lapidosisq; cornis ab Vlyssis transitu ad Aeneæ aduentum dies non multos fuisse depastum Vergilius recenseret. Baccas lapidosasq; corna pro delicatis epulis infelices habuissent Hispani, qui Nicuesam secuti Beraguam habitandam elegerat. Quid de asini capite magno empto opus est magnifacere rem? Quid de huiuscemodi multis, quæ obsessos pati oportet? Postquam Nicuesa consilium cepit de Beragua deferenda ob terræ squallorem & sterilitatem, Portum Bellum, & dehinc promontorium Marmoris appellati littora tentauit, an ibi fortunatius quiret insidere. Oppressit socios eius egestas

*Fames militum
incoparabilis.*

Cōtificantes arbores, aut uolucres, quas Darienem alere diximus, procreari, ac proinde terram minime frequētem habitatoribus, reperiēbant. Conuenerunt ē socijs quidam de cane macerrimo emendo, qui iam ferē & ipse deficiebat ob esuriem; multos prābent canis domino auri pesos, id est, aureos castellanos: canem excoriant comedendum: scabiosam canis pellem capitis ossibus appensis inter dumeta proxima proiecerūt: postridie pedes quidam ē socijs in abiectam pellem incidit uermibus iam refertam ac semifortētem, domum asportauit. Excussis uermibus pellem in ollam coquēdam coniecit, coctā edit. Ad coctā pellis ius multi cum suis paropsidibus, singulos castellanos aureos pro singulis iuris paropsidibus offerentes, accurrebant. Bufones alius duos reperit, coctos aegrotus quidam à bufonum domino emit comedendos: proq̄ illis duas fertur lineas auro intexto subuculas, quā ualorē aequabant castellanorū sex, prābuisse. In campestri uia quadam mortuum reppererūt pleriq̄ incolam à socijs interfectum, & iam putridum: dimembrarūt secretò: siue assis siue elixis carnibus illis tanquam pauonis esca famem tunc pepulerūt. Saburra, inquit, cōtentum palustri per aliquot dies ē socijs alium, qui noctu à sociorum cuneo secedens piscatum inter palustres uluas diuerterat, donec serptim iam semimortuus uiam ad socios reperit. Hęc & huiusmodi multa perpeffi infelices Beraguēses, ex numero militum septingentorum septuaginta amplius, ad uix quadragenarium reducti, Darienenses & ipsi effecti sunt: ab incolis premissi pauci, fame ceteri consumpti animas euomere anhelantes: aperiendo uiam ad nouas terras posteris pacandas suo sanguine. Ad cōuiuia ergo posthac nuptialia ceteri, si quā hi passi sunt per sitauerimus, per tuta noua q̄ itinera, ad tutas nouas q̄ terras, in quibus & habitatores & fata iam reperiunt, proficiscuntur. Quò autē Petrus Arias ductor cum regia classe sit appulsus, ad hanc usq̄ horam nō intelligimus. Quā successerint, si hoc sanctitati tuæ gratum fore cognouero, uigilātius explorabo. Ex catholici regis curia, pridie nonas Decembris. Anno à Christi natali, M D XIII.

PETRI MARTYRIS

ANGLI MEDIOLAN. PROTONOT. APOST.

regijq̄ consiliarij, ad Leonem decimum pontificem maximum, de orbe nouo tertiæ decadis liber primus.



LA V S E R A M orbi nouo portas, beatissime pater, satisq̄ me per illius oras uagatum arbitrabar, quādo nouæ literæ allatæ, patefacere illas iterum, & repositū sumere calamus coegerunt. A Vascho Nunnez, quem eiectis Nicuesa duce & Anciso prætore ex Dariene, principatum sibi, manu promptorum audacia fretum, usurpasse memorauimus: à socijs etiā plerisq̄ literas habemus, suo militari stilo compactas, quibus didicimus eum superasse montes illos oceanum nobis notū ab altero australi æquore adhuc latente dirimētes. Est eius epistola Capreenli de Seiano grandior. Sed ea tantū ab illa ceterisq̄ excerpimus, quæ memoratu esse digna duximus. Catholici regis animum sibi Vaschus non modo iratum reconciliauit, uerum etiā gratiosum effecit. Donatus est à rege Vaschus, donati & pleriq̄ alij præstantibus & honoratis priuilegijs pro talibus ausis. Attentas nobis aures tua sanctitas præbeat: & quæ illis passim in re tãta euenerint, serena fronte & gaudenti pectore suscipiat: quandoquidem non centurias solum & legiones, sed innumeras hominum, natio hæc Hispana per uarios labores & multas uitæ discrimina, tuo sacro throno subdendas, domat myriades. Vaschus Nunnez (siue impatiēs ocij, quia nescit stare loco fortis animus, siue ne rem tantam furriperet

A surriperet alter ueritus: putat nancq; multi Valschum de Petri Ariæ præfectura intellexisse: siue utraq; motum causa, & quod iratum regem ex antea actis sentiret) aggredi prouinciam ipse cum paucis constituit, quam à Comogri reguli filio etiam mille armatis fore difficilem audiuerat. Accitis ergo Dariennensibus ueteribus aliquot, & pluribus ex ijs qui ab Hispaniola recentes uenerant, uberioris auri copiarum fama compulsi, ceterum nonaginta armatorum manum comparauit. In calēdis Septembris anni superioris M D XIIII, facturum iter mari dum liceret, ex Dariene cum uno bergantino, & monoxylis, id est unilignis, prouincialibus decem cymbis, discessit. Careræ littoralis reguli Coibensis amici terram primū capit: relicti ibi nauigijs, ut coeptis deus faueat supplex petit: & unā capit iter terra mōtes uersus. In Ponchæ reguli ditionem primum incidit. Poncha, uti aliās ipso adeunte fecerat, aufugit. Per nuncios ducibus Coibensibus Caretanis Ponchæ tutelam ab omni hostium iniuria, & amicitiam fide præbita multaq; beneficia pollicetur. Promissis ergo & blanditijs tam nostrorum quàm Caretanorum emollitus Poncha uenit ad nostros: libēs gaudensq; Poncha foedus suscepit. Ne ultra uereatur Valschus Ponchæ suadet. Dant dexteras, & sese inuicem complectuntur, mutuisq; se muneribus afficiunt. Auro Poncha, sed modico, centum puta & decem aureis ponderibus, quæ singula castellanū æquant nummū: fuerat nancq; spoliatus anno superiore, uti supra retulimus. Valschus ut dono donum pensaret, Pōcham rebus nostris uitreis, scilicet calculorum ferretis ad colli & brachiorum gestamen, speculisq; ac tintinnabulis orichalceis, & huiuscemodi mercibus institorijs, donauit. Has indigenæ magnificiunt, quia id ubiq; preciosæ rei loco habetur quod est peregrinum. Securibus etiā ferreis ad arbores scindendas paucis Poncham ditauit: nil nancq; maioris faciunt, quod ferro & metallis omnibus careant, auro excepto: & secare ligni genus ullū, ad construendas domos præcipue canoasq; cauandas, sine ferreis instrumentis difficilimum sit: fluuialibus quippe lapidibus quibusdā præacutis lignariā omnem exercent fabricinam. Poncha igitur deuincto, ut à tergo tuta relinquat omnia Valschus, ad montana ducit agmen, datis à Poncha ducibus & calonibus, qui uiarum angustias sternendo præeant: per saltus nancq; inuios & ferarū latebras atq; anfractus montium penetrandum erat. Pauca quippe raraq; sunt inter eos commercia: quia paucis nudi homines, & pecuniæ expertes, indigent: & si qua exercēt, è proximo agunt, auri ad ornatum & suppellectilium ad utilitatem permutatione. Propterea haudquaquam trita sunt inter eos ex minime frequentibus concursationibus itinera. Notas, tamen occultas, obseruant semitas eorum exploratores, quarum ductu se per insidias & nocturna latrocinia infestant alterne trucidantes ac in seruitutem se uicibus redigentes. Ponchensium igitur & carpentariorum nostrorum opera & montes superauit horridos, & per obuia ingentia flumina plura structis pontibus, aut sublicium trabium congerie conexa, duxit incolumem cateruam. Hic eorum multa prætereo, quæ tum ex rerum penuria, tum ex immenso labore passi sunt, ne sim minuta recēsendo molestus. Sed quæ cum regulis ex itinere acta sunt, prætermittenda minime duco. Priusquam alta montium cacumina pertingeret, regionem ingressus nomine Quarēquam, regulum eodem nomine nuncupatū obuuium habuit, armatum eorum more, arcibus puta & sagittis, machanisq;, id est ensibus amplis, ligneis, oblongis, utraq; manu agitandis, & sudibus præuistis, missilibus etiam, quæ certissima iaculantur. Is superbe nostros & hostiliter excepit, cum ingenti ditionariorum multitudine transitum prohibiturus: quō irent, quidq; peterent interrogans: retrocedant uultu toruo per internuncios commonefacit, ni uelint ad unum trucidari. Hæc dicēs prodit in apertum uestitus ipse ac palatini, cæteri nudi: & nostros impetit retrocedere recusantes. Breuibus actum est, sclopetarum sclopos: quibus auditis, nostros secū habere fulmina & tonitrua arbitrati sunt,

C & scorpionum sagittas nō diu sustinuerunt. Terga igitur uertunt fugiētes. Veluti per macella lanij bouinas arietinasq; secant in frustra carnes, ita huic nates, illi femur, alteri humeros uno ictu nostri scindebant: ueluti animalia bruta, perierunt ex eis unā cum regulo sexcenti homines. Huius reguli domū reperit Valschus nefanda infectā uenere. Fœmineo amictu reguli fratrem, pluresq; alios comptos, & uicinorum testimonio pathicos, offendit, iussit à canibus circiter quadraginta lacerari. Canum opera nostri utuntur in prælijs contra nudas eas gentes: ad quas rabidi insiliunt, haud secus ac in feros apros aut fugaces ceruos: nec minus fidos Hispani suos reperiunt in periculis subeundis, q̄ Colophonij uel Castabalenses, qui ad bella gerenda canum cohortes instituebant, ita quod primam aciem in prælio canes seruarent, nec unquam detrectarent pugnam. Audita nostrorum in obscœnum id genus hominum seueritate, tanquam ad Herculem populi confluebant: quoscunq; morbidos ea peste sentirent trahentes, ut è medio tollerentur, expuendo in illos inclamitabant: in palatinos qui pape, in populum haudquaquam contagio fluxerat. In cœlum oculos manusq; tendentes, deum insinuabant esse tanto sceleri iratum: inde mitti fulgura, tonitruaq; crebris nancq; fulguribus uexantur, & aquarum frequētes alluuias, quæ fata omnia raptent, famemq; & morbos inde prouenire, conquerebantur: licet nil aliud pro deo colāt præterquam Solem. Hunc præstare, hunc tollere solum existimant. Dociles tamen sunt: ad nostros ritus facile trahentur, si doctores eos adierint. Nil tetricum, nil prolatu durum in eorum lingua esse, qui latinis possint literis, ut de Hispaniolis aliquando diximus, eorum uniuersa uocabula scribi & proferri, cognouerunt. Bellicosa gens est hæc, & quæ finitimis molesta fuit hæcenus. Sed prouincia non auro aut agrorum ubertate fortunatur: montana est ac sterilis, & ob squallorem mōtium algens. Propterea uestiuntur ibi qui uestes assequuntur palatini: cætera turba naturæ beneficio contenta uiuit. Mancipia ibi nigra repperunt, ex regione distante à Quarèqua dierum spacio tantū duorum, quæ solos gignit Nigritas, & eos feroces atque admodum truces. Ex Aethiopia putāt traiecisse quondā latrocinij causa Nigritas, inq; illis montibus naufragatos fixisse pedem. Cum his nigris odia exercēt intestina Quarèquani, & sese seruitio addicunt uicissim aut trucidant. In Quarèqua relictis pluribus è socijs, qui nondum assueti laboribus, & esuriei tantæ, deciderāt in ualitudines, duces capit è Quarèquanis, ad uertices mōtium tendens. Ex Ponchæ regia sex breuium dierum spaciū ad alterius æquoris prospectū iacet mediū: id nequiuit minore quàm quinq; & uiginti, uarijs implicitus casibus & summa rerū egestate, perficere. Septimo tandē calend. Octobris monstrata per Quarèquanos celsa culmina, è quibus optatum mare aliud despici poterat, protentis oculis intuetur. Sistere agmen iubet: præit ipse solus, & uerticem primus occupat. In terram prouolutus, & genibus flexis manibusq; in cœlum erectis austrum salutat: & gratias immensas scribit se deo cœlitibusq; omnibus persoluisse, qui tantæ rei palmam sibi homini non magno ingenio pollenti, nō perito, non optimati, asseruauerint. Sacris orationibus suo militari more peractis, commilitones dextra innuens uocat, desideratum pelagus ostendit. Repetitò poplitibus deflexis orat superos, atq; in primis deiparam uirginem, ut fauste feliciterq; coeptis faueant: & lustrare quas sub pedibus uideant terras, liceat: itidem & socij omnes sublati præ lætitiâ uocibus faciunt: Hannibale Italiam & alpina promontoria militibus ostendente ferocior. Ingentes opes socij pollicetur: Ecce desideratum pelagus, ecce ô tot laborum socij cōmiliones, de quo nobis tot tantaq; Comogri filius, & indigenæ reliqui prædicarūt. His dictis, in possessionis signum, pro aris saxorum congerit tumulos. A dextra læuaq; ne posteritas arguat eos mendacij, declinans è uertice montium, inscribat passim arboribus, scisso cortice, Castellæ regis nomen: & saxeas erigebat ubique strues, donec ad reguli australis

A stralis regiam uentum est, qui Chiapes dicebatur. Arma capit Chiapes, profilit cum ingenti multitudine minitabundus, prohibiturus non modo transitum, sed & accessum. Instruunt acies nostri, licet numero pauci: ruunt in aduersos. Sclopetris primum & molosorum, quos Alanos uulgi uocat, cohorte Chiapem salutant. Audito montium reboatu ex emissis globulis, & puluereo uiso flammam euomente fumo, sulphureoq; odore naribus percepto (ad hostes nanq; uentus flabat) seipsum profligant: perterriti fulgura in se projici arbitantes sternebantur. Ita solo iacentes, aut uersos in fugam, nostri adoriuntur: agmine tamen composito & seruatim ordinibus primum, dehinc soluti assequuntur multos, trucidant paucos, capiunt plures. Statuerant nanq; amice agere, pacatoq; terras explorare illas. Chiapæ igitur occupato atrio, soluit e captis in fuga plerosq; qui Chiapem quarerent, & hortentur, ueniat: ex reditu pacem, beneficentiam, & amorem polliceantur. Si detrectauerit, sibi suisq; imminere exitium & regni excidium, enuncient. Quò apertius ista Chiapæ patefiant, ex Quarequanis, qui nostris uia duces erant, comites dat Chiapæis quosdam. Ita & per Quarequanos, qui a se & suo regulo cōiecturas Chiapæ præposuerunt: & per suos Chiapes persuasus, data fidei se credit. E latebris prodiens redit ad nostros. Datis acceptisq; utrinque dexteris amicitiam ineunt, & foederibus se inuicem astringunt: muneribus etiam mutuis se deuinciunt. Quadringentos auri cælati pesos (diximus ducatum id pondus ferè triente superare) Vascho Chiapes donat. Ut de merito Vaschus bene mereatur, rebus nostris Chiapem munit. Ita contenti utrique, dies aliquot unâ commorati sunt, donec relicti à tergo in Quarequa socij aduentarent. Quibus actis, gratis munusculis donatos dimittit Quarequanos: & Chiapæis ipsoq; Chiapæ ducibus, quarto à montium uerticibus die ad litus optatum lati procurrunt. Testibus & scribis regijs astantibus mare illud uniuersum & adiacentes mari terras omnes imperio addicunt

B Castellano. Apud Chiapem sociorum partem reliquit, quo liberius explorare quiret uniuersa. Nouem capit e Chiapæis monoxylis, quæ ipsi Culchas uocant: & Chiapæ duce fluuium traicit ingentem cum uiris octoginta e suis, ad alterius reguli ditionem, nomine Coqueram. Is resistere primo ac reijcere nostros armis certauit, iisdem auspicijs quibus & cateri. Cogitata perfecit Coquera. Vincitur & ipse fugaturq;. Chiapæorum Coquera suafluu regressus est: hi nanque functi oratorio munere pro Vascho, quàm inuicti nostri sint, quàm mites in supplices, quàm truces & seueri in renitentes, enunciant Coquera. Ex nostrorum amicitia, sui reguli & aliorum exemplo, tutelam, patrocinium, & animi tranquillitatem pollicentur. Ex iniuria & detrectatu, excidium & interniciem minantur. Lætus ergo talibus nuncijs redijt Coquera: sexcentum quinquaginta cælati auri pesos donat nostris. Contra Vaschus donis dona pensat nostratibus: uti apud Poncham diximus. Coquera pacato, redeunt ad Chiapæ regiam. Inde commilitonibus reuisis, ubi paulum quieuit, explorare uicinum statuit sinum ingentem: quem ab ultimo ipsius in terram receptu ad patrias ab æquore faucium porrecturas sexaginta miliarium spacio constare aiunt. Sinui sancto Michaëli nomen indidit, quem aiunt habitatis insulis & squallidis rupibus esse frequentem. E naualibus ergo Chiapæ nouem capit easdem culchas, quibus fluuium tranauerat, & cum socijs incolumibus octoginta conscendit, Chiapæ dissuadente roganteq; ne ullo pacto sinum tentare illo anni tempore uelit. Esse tribus anni mensibus adeò procellosum significat, ut nullo modo sit ibi mare tractabile. Ante ipsius oculos uoratas fuisse culchas plures à rabidis uorticibus prædicat. Vaschus tamen impatiens ocij, fore sibi fautores deum & superos omnes in tali negotio prædicat, rem esse quæ deum tangat, in qua Christiana religio uires protēdet, & hauriendi sunt thesauri, quibus neruis bella geriqueant in hostes fidei. Pulpitarij gerit uicem oratoris, & socijs persuasus clasticulam

C Chiapæam conscendit. Chiapes uero ne de ipsius fide Vachus dubitaret, quacunq; proficiscatur se præsiò futurum comitem enunciat: assensurum nullo pacto intat, ut se relicto, Vachus è sua regia pedem moueat. Vbi primum à litore culchas in altum detruserunt, tanta illos undarum conflicatio adorta est, ut quâ se uerterent, aut ubi consisterent, consiliu deesset. Versi alterne in facies quicq; locios pauidos & perterritos inspectabat: sed præcipue Chiapem & suos, importuni maris illius peritos, res macerabat, qui multa huiusmodi pericula sumerionesq; uiderat in uicinis: elapsi tamen culchis alligatis in proximam se recipiunt insulam, ibi pernoctando fluxus inclusit, & ferè totam cooperuit. Auunt id australe pelagus æstuans adeò tumescere, ut multæ in eo tunc lateant magnæ rupes, quæ demum refluyente uidentur emergere. Contrâ, septentrionale qui inhabitant omnes, uno ore uix cubito prodire à litore assueuerant. Fætentur & ijdem qui Hispaniolam & reliquas incolunt conterminas insulas. Desiccato igitur à reflexu litore ad culchas stupidi redeunt: obrutas omnes & arena repletas repperunt, ex illis quassatas nonnullas, & hiscentes rimis, licet uniligneas, ac ruptis rudibus semideperditas. Cingulis & arborum corticibus & tenacibus quibusdam marinis herbis laceratas relarciunt, herbisq; stipant ad necessitatem. Regrediuntur ergo naufragis similes & fame penè cõsumpti, quia nil penitus eis ad uescendum tempestas reliquerat. Horrendos audiri mugitus æquoris toto anno quando fluit aut refluit inter eas insulas indigenæ prædicant: sed præcipue tribus illis mensibus à Chiape nominatis: quos Octobrem, Nouembrem & Decembrem esse ex illius sermone collegerunt: præsentem namq; lunam & subsequentes duas insinuauit: eratq; is mensis October. Refectus paululum uno inuili regulo prætermisso, ad aliud è sinus illius lateribus tendit, cuius regulum Tumaccum à regionis nomine appellat. Is armatus prodit, ut cæteri. Contraitur & cum Tumacco, uti cum alijs. Vincitur fugaturq; trucidantur obstantes: reliquis ignotum est: intenditur nanque pacandis nationibus & amicè tractandis. Vulneratus euasit Tumaccus. Per nuncios Chiapæos Tumacco suadetur ut redeat, nil uereatur. Neq; pollicitis neq; minis mouetur. Mortem illi & suo generi exterminiu locorumq; sui regni excidium experuicacia, differunt. Filium tandè uenire iussit. Hunc Vachus uestitum & munusculis donatum remisit, ut genitorem accersat, & illum de nostrorum natura & fortitudine commonefaciat, hortatur. Hac benignitate in filium motus Tumaccus, in diem tertiu ab adductu filij uenit. Nil tunc attulit, sed missis familiaribus, sexcentum quatuordecim auri pesos, & ducentos quadraginta egregios uniones, e minutis autem copiam maiorem, afferrè iussit. Uniones nostri admirabantur, licet non rite candidos, quia è conchis illos minime eruunt, nisi prius assis, quo facilius sese ipsæ aperiant, & caro inclusa sapidius coquatur: sunt namque edulia regum & obsonia carnes eorum, quas maioris pendunt quàm margaritas ipsas. Hæc Arbolantius quidam Hispanus Cantaber è Vachi commilitonibus unus, ab eo missus ad regē cum unionibus & conchyliis, retulit. Credere oportet rerum participibus. Tumaccus ergo tanti facere uniones nostros inspectans: familiaribus quibusdam suis qui aderant, ut piscationi se accingant, imperat: dicto parent. Quarto ab inde die regrediuntur: libras octunciales unionum afferunt duodecim. Pars utraque gaudens sese mutuis stringit amplexibus: quod nostros gratis muneribus donauerit, quodq; admissus in amicitiam fuerit Tumaccus, se felicem esse arbitratur. Nostri hoc tanto grandium opum argumento se beatos fore, saluam deglutiendo, interloquuntur. Rerum omnium Chiapes regulus & testis & comes erat. Latabatur & ipse, quod suo ductu & nostris satisfactum iri uiderat: & uicino regulo, fortè non amico sed potentiore, ostenderet quales sibi uiros haberet amicos. Id suæ domus auctoritati conduce-re non dubitans: grauib; nanque inter se odijs hi nudi reguli, ambitione sola

Conchyliis
unionum, edulia
regum.

A eos exagitante, fatigantur. Vafchus iactat apud Tumaccum se mira de illius terræ opibus secreta didiciffe, quæ ad præfens uelle se reticere, inquit; ad aures locutum illi Tumaccum infinuat. Ab utroque tamen regulo esse in eo sinu cæteris grandiore infulam, aiunt, potente uno rege contentam; & qui sedati maris temporibus ad ipsos tranet magna culcharum classe, in prædamque rapere obuia cuncta. Ea infula distat ab hoc litore millia passuum circiter uiginti: apparentque illius promontoria ex continentis elatis collibus. In ea infula conchyliam gigni fertur umbellam æquantia magnitudine: à quibus uniones, cōchylium corda, eruuntur, faba & interdum olea grandiores: & quos Cleopatra optare potuiffet. Licet adeò proxime ad litus infula se applicet, extra sinus fauces tamen eius initium in amplum æquor porrigitur. His intellectis, Vafchus isthac exhilaratur narratione lucratina: & quo propensiores sibi regulos redderet, & arctiore uinculo deuinceret, ferocia in tyrannum uerba detorquet, iurgijs & contumelijs iniurium regulum lacerat. Nulla mora interiecta, traiecturum se ad eum debellandum, prostrandum, trucidandumque iureiurando intonat: & unâ culchas parari iubet, quibus dictis facta compenset. At reguli Chiapes ac Tumaccus amice illum hortantur & commonefaciunt, ut provinciam in pacatis differat tempus: nulli esse nauigio ea tempestate (erant enim iam Nouembrius nona) mare illud peruium: procellosissimum & tempestuosum atque inhospitale penitus esse repetebant. Vera dicere regulos constabat. Horrendo quippe fremitu inter sinuales eas frequentes infulas, rugitus ex conflictationibus crebris exaudiebantur: & è montibus, relictis alueis, flumina saxa secum & magnas arbores trahentia, inaudito strepitu defluebant eo tempore: uentorumque uis atrox furiebat non sine domorum iactura. Austri erant & Euronoti tractuum illorum, ea tempestate tonitruis & fulguribus associati, perpetui hospites. Sereno tempore noctu frigore urgebantur, die uero molestus illis erat ardor solis. Neque id mirum, cum essent æquinoctio proximi: licet ipsi nullam de polo mentionem faciant. In tali nanque regione luna cæteri que frigentes planetae noctui: die uero sol & factionis eius errantia sydera uim suam exercent. Licet aliter uetustas senserit: quæ ob solis perpendiculum, desertum relinquebat æquinoctialem circulum: præter paucos autores, quorum sententiam experimento Portugallenses probant haud dubie. Quotannis quippe ad antarticos hyperboreorum fere antipodes tranant, & commercia cum eis contrahunt. Antipodes dixi, quamuis me non prætereant, non defuisse uiros alioqui ingenio singulari & summa doctrina pollentes, cœlitibusque ex his admixtos nonnullos, qui antipodes negent. Non est cuiquam uni datum omnia scire. Affecuti sunt Portugallenses alterius poli gradum quintum & quinquagesimum amplius: ubi punctum circumeuntes quasdam nubeculas licet intueri, ueluti in lactea uia sparfos fulgores per uniuersum cœli globum intra eius spatij latitudinem. Notabilem stellam huic nostræ similem, quam uulgus polum esse arbitratur, & tramontanam Italum, Hispanum noctem appellat: nullam aiunt illi polo uicinam, quæ non cadat in oceanum. Ex axe medio libræ, sole cadente nobis, illis ascendit: & uer, quando nobis autumnum: æstatem, quando hyemem ad illos importat. De alienis ab instituto nostro iam satis, nostros repetamus.

OCEANEAE DECADIS TERTIÆ,
LIBRI PRIMI FINIS.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. OCEANEAE DECADIS
 tertiæ, liber secundus.



HIAPAE ac Tumacci regulatorū consilio differre trāsītum ad insulam placuit in uernum aut æstiuum tempus: quo se futurū nostris comitem Chiapes obtulit. Interea retia regulos habere, & piscaria concharum margaritas gignentium littora, pro prædijs, intellexit Vachus: quas tanquam ē ut uarijs eripiunt regulatorum egregij urinatores, ad id exercitium à teneris educati: sed quieto tranquilloq; mari litus

æstu deserente, quo facilius ad earū stationes submergi queant. Et quo maiores conchæ sunt, eo profundius inhabitant; minores uero uti filia propiores aquæ margini: minimæ autē uti neptes supercilio uiciniores degunt. Ad ima cōchylia staturas uiriles tres, quatuor interdum, descēdunt. Ad filias aut neptes dimidio femore tenus, & breuius aliquando, subnatant: quarum etiā post sedatum à feris tempestatibus æquor, multitudinē in arena ab undis diuulsam proiectamq; in litus reperiūt. Quæ in arena legūtur, minutis pollent baccis. Conchyliorum eorum caro esui est, uti nostrarū ostrearum, accommodata; sed laudabilioris esse

*Fames escarū
 optimum con-
 dimentum.*

saporis illa ostrea ferunt. Fames fortē omnium escarum optimum condimētum id fateri nostros monet. An concharum sint corda margaritæ, uti placet Aristoteli, an foetus interaneorum, uti Plinio, & ipsorū sint partus: hæreant ne perpetuò scopulis, an gregatim, senioribus ducatum agentibus, pelago uagentur: singulos procreent, an plures uniones singulæ testæ, semel an iterato: lima radantur fixæ, an facile diuellantur, & maturæ prodeant sua sponte: molles intra testam, an duræ sint margaritæ: adhuc nostris est incompertum. Certam propediem spero me rationem consecuturum, quando quidem præ manibus rem nostrī habeant.

D Vbi appulsum Petrum Ariam ducem nostrorum sensero, ab eo per literas petam, ut ista diligenti uestiget indagine, mihiq; ad unguem cuncta significet. Scio daturum operam, est nanq; mihi amicus. Absonum quippe uis detur, ut de re tāta mussitemus, quæ promiscue uiros ac foeminas, antiquitatem ac nostra tempora trahit, traxitq; præcipites in immoderatum sui desiderium. Cleopatrarum posthac & Asoporū hiatus satiare poterit margaritis Hispania. Neque ultra feracibus Stoidi aut Taprobanae uel oceano Indico Erythreo ue mari assurgetur aut inuidebitur. Ad institutum redeamus. Tentare per suos nartores Vachus Chiapæ margaritale prædium statuit. Huic ut morem gereret Chiapes, licet aduerso procellosoq; tempore, triginta iubet ē suis urinatoribus illi arti assuetis properare ad uiuaria. Comites ē suis mittit Vachus sex tantū, qui rem inspectent ē litore, nec se periculo tempestatis credant. Vnā proficiscuntur. Distabat ab Chiapæ regia piscariū ad litus milliaria fortē decem. Fundum tentare ob maris iram minime sunt ausi. E conchis superciliaribus, & ē reiectis uiprocellarum ad litus, sex attulerūt sarcinas breui dierum numero. Harum carnibus more helluonum depasti sunt. Bacca uero lente aut exiguo cicere nihilo grandiores, sed nitore candido, quia ē crudis euulsæ. Ne mendacij de concharum magnitudine arguātur, ad regem unā cum margaritis, egregiæ missæ sunt pleræq; testæ carnibus exesis. Putamus nullibi terrarum reperiri posse grandiores. Conchylia igitur hæc, aurumq; ubique domorum repertum, naturam habere in illis tractibus reconditas arguunt immensas opes: quia hæc in digitulo pigmeolo tantum. De gigantea manu (Vrabæ nanque sola est tractata uicinia) quid erit, quando uniuersas eius adeo uastæ telluris oras penetraliaq; illius secretiora explorauerint? Contentus & talibus inuentis gaudens Vachus, regredi ad Darienem ad socios, ubi & aurifodinas habent à uico milliaria fortē decem,

A cem, sed diuersa constituit uia. Dat Chiapæ ueniam ne ultra sequatur: seruet se incolumē suadet. Mutuis se amplexibus, ferē obortis Chiapæ lachrymis, astringunt, dexterascq; secedentes dant inuicem: ualetudinarios relinquit, cum incolumibus carpit ducibus Chiapæis nautis iter. Traducit agmen per fluuium ingentem minime uadosum, ad reguli ditionem nomine Teaocham. Audito nostrorum aduentu, quia mores eorum iam uestigauerat, summopere delectatus est regulus. Prodit obuiam libens: nostros honorate suscipit ac salutat amice: inq; amoris argumentum auri affabre laborati Vascho libras offert octunciales uiginti: præstantes quoque uniones ducentos, licet male nitidos, quia læsos igne. Datis ergo utrinque dextris, Teaochæ munere bene pensato, Chiapæis dat comeatum, id rogante regulo Teaocha, ne suo & ipse desiderio obsequendi nostris defraudetur. Teaocha igitur nostris ex ipsius regia discedētibz non modo dat uia comites, sed & obsequiaria mancipia, quæ iumentorum uicem gerant ad comportandum humeris uiaticum: quod eundum esset per deserta sylvarum & steriles ac squallidos montes, feris tigribus & leonibus repletos: datq; mancipijs in ducatum regulus chariorem ē filijs. Salitis piscibus & pane patrio ex iucca & maizio confectio, mancipia onerat: filioq; imperat ne a nostris unquam recedat, aut reuertatur, donec Vascho libeat. Ad regulum, his ducentibus, tendit Vaschus, nomine Pacram, tyrānum atrocem, finitimorum regulorum hostem infensum, potentiorē cæteris. Siue conscientia scelerum territus, siue quod imparem se fore intelligeret, aufugit. Magnos æstus se fuisse passum Nouembri mense letalemq; sitim scribit, quia sit ea pars mōtium aquis male fortunata. Perissent, nisi ostensum ab incolis in abdito sylvarum secessu fonticulum agiles duo iuuenes ē nostris, aquatū cum cucurbitis & uasis aqualibus quæ Teochenses gestabant, propere adissent. Ex incolis ausus est nullus ē turba secedere, quod nudos obuia feræ impetāt. In illis præsertim iugis, & fontis illius uicinia, ē domibus, inquirunt, se aliquando noctu raptari, nisi diligenter sollicitēq; uectibus & feris clausis domorum ostijs sibi cauerint. Operæ precium erit particularem casum, priusquam ultra progrediamur, recensere. A tigride aiunt infestatum fuisse anno superiore Darienem, iactura nō minore quā ab apro quondam rabido Calydoniam, aut à leone fero Nemeam. Integro nanq; semestri noctem aiunt exactam fuisse nullā indemnem, quin uel iuuenem aut equam, canem aut porcum, intra uici ipsius uias interfecerit. Armenta gregesq; iam assequuntur: imò & minime tutò, referūt, domo exisse quenquam eo tempore: quando præcipue catulos alebat, tunc nanque adoriebatur & homines, fame urgente catulorum, si homines prius occurrebant quā brutum animal. Necessitate cogente tandem ars inuenta est, qua tanti sanguinis pœnas lueret: exploratis quippe angustijs semitarum quibus ē cauernarum latebris, ad prædam noctu prodire solebat, iter scissum est. Excauatam scrobem cratibus & egesta terra, parte superuacua dispersa, strauerunt. Veniens incautus, mas quidem erat, tigris decidit in foueā, & sudibus acutis in scrobis fundo fixis inhæsit. Rancatu suo uniuersam obtundebat uiciniam, & montes illo stridore reboabant. Saxis ingētibus ē fossæ super cilijs in eum sudibus infixum delectis peremptus est. In mille assulas & mille frustula, fixa dextra, directas hastas & ab alto iaculatas dirumpebat. Semianimis & exanguis formidine replebat intuentes: quid solutus & incolumis fecisset? Ioannes quidam Ledesma Hispalensis Vaschi amicus & laborum socius, de tigride illo se comedisse fassus est. Bouina carne nihilo deteriore esse mihi retulit. Vnde tigridem esse dicant interrogati, qui nunquam tigridem uiderunt: respondent, à maculis, à feritate, à dexteritate, à signisq; alijs ab autoribus datis tigrim arbitrari. Cum & pardos & pantheras maculatos ex ipsis plerique se uidisse prædicent. Tigridi mare perempto, montes uersus uestigia illius secuti antrum coniugale ipsius domicilium adeunt:

*De ferâ
tigride.*

C duos, absente genitrice, catulos uberibus adhuc matris indigos auferunt. Mutato consilio, quo grandiusculos effectos in Hispaniam post hæc mitterent, ferreis catenis diligenter in colla compositis, ad maternum antrum paruulos reportant lactandos. Post paucos inde dies regressi ad speluncam, catenis nil suo loco mutatis, uacuum reperere speluncam. Putant à matre in frustra præ rabie dilaceratos, ablatosque ne quisquam eis frueretur. Assueverant nanque solui è catenis nullo pacto potuisse uiuos. Pellis perempti tigridis ad Hispaniolam, siccis herbis & culmo facta, missa est ad Admirantum & primores, à quibus hæ nouæ terræ leges & auxilia expectant. Et qui à tigride incommoda passi sunt, & qui pellem eius tractarunt, hæc mihi disseuerunt. Quæ dant accipimus. Ad Pacram à quo sumus digressi, redeundum est. Desertos Pacræ boios, id est domos, ingressus Vaschus, Pacram nititur attrahere. Per legatos eadem Pacræ significat, quæ cæteris significata memorauimus. Diu Pacra reuinit. Detrectati minæ superadduntur. Venit tandem tribus regulis comitatus. Deformem adeò sordidumque scribit Vaschus ac foedum esse Pacram, ut turpius quisquam se uidisse unquam fateatur. Humanam tantum illi formam tribuisse naturam, inquit, de cætero brutum animal agreste, monstruosum. Mores, inquit, habitudini ac lineamentis pares. Quatuor uicinorum regulorum uir raptis filiabus, abutebatur libidine detestanda. De obscœnis Pacræ moribus, deque iniurijs alteriusmodi multa per finitimos regulos coram Vascho, uti coram iudice prætorio uel Hercule uultore, iactata sunt: ut de Pacra supplicium sumeretur, efflagitabant. Belluam immanem cum regulis ipsis tribus Pacræ dicto parētibus, iisdemque morbis laborantibus, in beluatorum canum fauces coniecit, illorumque lacerata cadauera cremari iussit. De canibus cum quibus prælia ineunt, mira referuntur. Ad indigenas armatos haud secus irruunt præcipites, ac in fugaces ceruos aut feros apros, si digito monstrantur. Accidit interdum non ensibus, aut sagittis uel telis alijs opus fuisse ad profligandos hostes obuios: data quippe tessera canibus solutis præeuntibus agmen, toruo molossorum aspectu atque insueto latratu perterriti hæsitantes, pugnas ordinesque stupidi prodigioso inuento deserunt. Aliter tamen accidit quando cum Caramairensibus & Caribibus manus conferuntur: ferociores nanque bellisque gerendis aptiores sunt. Inruentes canes citius fulgure icto uenenatas destinant sagittas, & multos perimunt. Horum uero montium incolæ non sagittis bella gerunt: maccanis tantum, id est ensibus ligneis, latis, oblongis, & missilibus, hastisque præuistis, agunt in hostes. A uiuente Pacra ubinam aurum familiares eius colligerent, nullis unquam blanditijs aut minis uel tormētis potuit extorqueri. Unde autem illud haberet interrogatus (ex eius quippe gazophilacio libras auri triginta fuerant affecuti) respondit: mortuos esse familiares, qui parentum suorum tempore aurum è montibus illis colligerent: nil fuisse sibi curæ ex quo excessit à pubertate de auro quaritando. Diuelli ab hoc proposito instituto nunquam potuit. Ex hac in Pacram seueritate, finitimorum sibi regulorum animos conciliauit Vaschus. Hinc exortum est, ut uocatos ad se ualetudinarios, quos à tergo relictos diximus, regulus qui medius erat itinere recto, nomine Bononiama, transeuntes benigne suscepit, & libras auri puri cælati uiginti dedit, e suisque apta præbuit affluenter: neque deserere nostros uoluit unquam, donec ex sua regia in Pacram illos traduxit, Vaschoque omnes tanquam fidele depositum ipsemet dextra tenens quosque tradiderit, inquiens: Ecce commilitones tuos uir fortissime, ecce quales mea regia suscepit ueniētes, tales tibi dedo: uellem incolumiores, sed tibi sociisque tuis rependet ille qui tonitrua mittit & fulgura in homines nefarios: & iuccam nobis ac maizium ex bonitate sua præstat per temporum clementiam. Hæc inquiens in cælum tendens oculos, solem insinuabat. Tu nostros hostes uiolentos & superbos perimendo, nobis, domibusque nostris animi tranquillitatem affers. Tu monstra domas: te sociosque tuos præstantes uirtute uiros ex alto

missos

A missos arbitramur: quo sub uestræ maccanæ tutela nobis liceat impauidis agere uitam. Datori bonorum ex hac tantâ nobis aduecta felicitate gratias agemus perpetuas. Hæc & huiuscemodi alia concionatū fuisse Bononiamam regulum, interpretes aiebant. Cui Valschus de comitatu & beneficentia erga nostros gratias retulit pares: multis quippe gratissimis apud ipsos donis ornauit Bononiamam. Multa scribit ab hoc regulo Valschus se didicisse de illarum partium opulentia: quæ se uelle impræsentiarum præterire ait, ad euentumq; illa citat. Quid sibi uelit hæc hyperbole implicita, non intelligo. Magna polliceri uidetur, neq; ab eius promisso alienum fore iudicandum est, quin ingentes opes inde sperari queant: quandoquidem nullam incolarum domum adierunt in qua thoraces aut pectoralia aurea, uel colli aut lacertorum aurea monilia nō repererint. E nostrorum ego domibus facio coniecturam. Si quis ferri cupiditate stimulatus, sese manu forti cōferret in Italiam aut in Hispaniam, quid nam ferri reperiret in domibus: ibi ferream sartagine, ex ferro cacabum alibi, & tripodes igni appositos ac uerū copiam ad coquinæ necessitatem. Nullibi ex ferro usui nō aptum quicquam inueniet, magnamq; ferri copiā assequeretur. Ferrum inesse regionibus ex inuētis cōiectabitur. Indigenas illos nihilo maioris facere rude aurum senserunt, quàm nostri rude ferrum æstimēt. Hæc ego, beatissime pater, ex Valschi Nunnez & cōmilitonum eius literis & uiua uoce de rebus illis habeo: tempus autem occulta quæq; detegēs, ea clarius patefaciet. Nil egregium in aurifodinis quæritandis potuerunt hi perficere: quoniam ē centum nonaginta uiris, quos ex Dariene Valschū eduxisse memorauimus, septuaginta solū, aut quando altius, octoginta usus est opera in rebus gerendis: cæteris à tergo semper in regulorum domibus relictis. Sed eos præcipue in uarios ait morbos incidisse, qui recenter ex Hispaniola fuerant aduecti. Hi quippe tantam nequiuerunt calamitatem tolerare, ut prouinciali pane solum, & herbis agrestibus sine sale, sæpius cum fluuiali potu, atq; illo interdū salubri deficiente, contenti, alerent stomachos melioribus escis assuetos. Priores autem Dariennenses malis omnibus perferendis, & esurie ultimæ suos indurauerant. Vnde longiorem acrioremq; quadragesimam, quàm tua sanctitas ex maiorum instituto iubeat obseruari, se egisse facete iactitat. Quadriennium nanq; se perpetuum consumpsisse, inquit, terræ frugibus aut arboreis fructibus raro saturos ipsum & socios: piscibus rarius ufos, rarissime carnibus: & eousq; deuentum lamentatur, ut scabiosos canes & coenofas bufones, achuiuscemodi alia pro delicatis epulis & lautis obsonijs, quando illa assequebantur, edere fuerint coacti. De his latius in superioribus exarauimus. Priores autem appello Dariennenses eos qui Nicuesa & Fageda ducibus terram primum captarunt habitandam, è quibus pauci superstites erant. Hæc iam missa faciamus, & Valschus per celsa iterum cacumina montium uictor reducatur.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCBANEAE DECADIS

tertiæ, liber tertius.



IN PACRÆ regia triginta dies, incolarum animos concilians, & sociorū egestati cōsulens, exegit. Inde, Teaochen sibus ducibus, ripam fluminis Comogriprehendit, à quo & regio & regulus sibi nomen adepti sunt. Torpentia reperit ea montium latera, horridaq; adeo ut præter herbas aut radices agrestes, brutorum escas, uel arborum fructus, nil esui aptum inuenerit. Duo reguli contubernales affines terram infelicem incolebant, Et hominum & soli male fortunatam faciē fugiens

C prope, fame stimulatē, discedit. Cotochum ait alterum ē pauperibus regulis, Ciurizam alterum appellari. Ambos trahit uiae duces, Teaochēsiibus dato com meatu. Per horrentes syluas & inuios montium anfractus, perq; loca palustria postmodum & coenofas lamas quae impositis cedunt pedibus, & uiatorem plerunq; absorbent incautū, socijs penē fame cadentibus, dies percurrūt tres: perq; loca benignitatis naturae ad humanum usum expertia: quā raro aperta itinera reperiēbat, quia raro inter se commercia contrahunt indigenae: bellicis tantum incursionibus se inuicem trucidant, aut raptant in seruitutem: de cetero contenti quicq; suis limitibus. Ad alterius tandem reguli ditionem appulsi, qui Buchebuēa dicitur, uacua omnia & silentia reperiunt: ad syluas profugerāt & regulus & ditionarij omnes. Missis legatis qui eum adducerent, non modo non iniuriam minantur, uerum etiam patrociniū pollicentur. Respondit Buchebuēa, non iniuriae metu aufugisse: uerum pra pudore atq; animi tristitia secessisse: quod nostros honorifice, uti merebatur, suscipere nequiret: quia nil eis poterat ad uictum impartiri. In obseruatiae tamen & amicitiae signum, uasa pleraq; aurea ad nostros, petita uenia de reliquis, libens misit. Visus est miser insinuasē, ab finitimo se hoste aliquo fuisse spoliatū, ac superbe crudeliterq; tractatū. Inde igitur hiantes fame ac macilentiores discedūt quā eō uenerant. Inter eundem ex transuerso nudī quidam incolae sese offerūt ē cliuo innuentes. Sistere agmen iubet Vachus: expectantur. Quid uelint interrogantur per interpretes quos secum habebat Vachus. Ita sunt affati: Regulus noster Chiorisus uos salutat. Viros uos esse fortes & iniuriantum domitores, malorumq; debellatores intellexit: propterea uos tantū fama notos colit & obseruat. Nil maluisset quā uos intra regiae suae tecta conuiuas habere: beatum se talibus hospitibus fore inquit. Sed quandoquidem fors illi est aduersata, restetq; deuius à tergo, in amoris argumentum haec auri frustula uobis dono dat. Patenas ē puro auro triginta cum urbano subrisu Vacho porrigunt. Maiora se praebituros si aliquando ad eos ierint pollicentur. Vocat Hispanum uulgus patenas quas collo gestant bullas: & quibus in sacris cooperiūtur calices admissi altaribus. Propterea patellas mensales intelligat an bullas, nō percipio. Puto patellas escales, quia ponderis erant librarum quatuordecim octuncialium. Praeterea finitimum se habere hostem regulum, & opulentum auro, à quo infestentur quotannis, retulerunt. Quasi inferre uolentes, & uos dites efficiet eius reguli excidium, & nos amicos à quotidiana liberabitis molestia. Id facile fore per interpretes enunciant, nostris auxiliantibus, se ducatum agentibus. Bona spe praebita, nuncios Vachus remisit alacres: uerum ex pensato suo munere beatos, praebitis quibusdam ferreis securibus, quas maioris faciunt quā grandes auri cumulos. Auro nanque parum indigent, pecuniae expertes mortiferae: securibus uero ille se Crasso ditior fieri fatetur, qui unam assequatur. Ad mille usus hominum accommodatas esse secures, nudī homines ferunt. Aurum uero ad inanes quosdam appetitus quæritari, quibus carere haudquaquam est incommodum: neque enim ad eos nostra gula descendit, quae abacos onerare multiplicibus praegnantestoreumatibus illos, uti nostra tempora, cogat. Non mensis, non mappis, non mantilibus utuntur: nisi forte reguli paucis uasculis aureis mensas ornent: ceteri sumpto dextra pane patrio, & sinistra piscis assifrustulo aut fructu aliquo, famem propellunt: carnes raro adipiscuntur. Si uero tergendī sint aliquo uncti edulio digiti, pedum plantam aut femoris cutem uel genitalem interdum crumenam sibi habent pro linea mappa. Idem de insularibus Hispaniolae fertur. Crebrò tamen se fluminibus immergunt, & se totos lauant. Auro igitur onusti nostri progrediuntur, sed afflictissimi, & spiritum uix trahentes praedia. Pocchorrosae reguli ditionem offendunt. Maizio pane, qui est uti paniceus Insuber, ibi triginta dierum intercapedine exhaustos repleuerunt uentres.

Aufugit

A Aufugit Pocchorrofa: blanditijs & promissis pellectus redijt. Mutuis se mune-
 ribus afficiunt: solitis Vafchus Pocchorrosam, atq; iisdem recipienti gratissimis:
 Pocchotrofa Vafchū auri cōflati libris quindecim, & mancipijs paucis. Volens
 inde discedere, iter sibi fore per unius reguli ditionem, nomine Tubanama, rela-
 tum est. Is est quem à Comogri filio potentē esse, atq; uniuersæ uiciniae formido-
 losum, aliās intellexerāt: apud quem ē Comogri familiaribus pleriq; mācipium
 egerant, bello capti. Tubanamæ potentiam, uti nunc cōstitit, à seipfis dimēsi fue-
 rant: quando illa recēsebant, q̄ culices ad elephantē illi sint reguli: si sub strenuo
 & felici duce militatibus nostris comparētur, ignaui. Neq; transmontanum esse
 Tubanamam, uti arbitrabantur: neq; auro adedē fultū, uti Comogreus iuuenis
 prædicauerat, ē proximo cognouerūt. De prostrando tamen cogitatur. Hostis
 erat Tubanamæ Pocchorrofa: propterea illi placuit Vafchi de hoste suo delēdo
 consiliū. In Pocchorrofa ualetudinarios relinquit: sexaginta quos habebat inco-
 lumes & animo pollentes ad se uocat: quid facto sit opus illis aperit. Tubanamā
 regulum iactanter superbeq; sæpius fuisse ipsi & socijs omnibus minitatum: &
 necessariō per eius ditionē eundum fore, prænunciat. Imparatum cēset esse im-
 petendum. Assentiūtur consilio comites: ut rem aggrediatur suadent & hortan-
 tur, secuturos se offerūt. Duorum iter dierū uno peragendum esse statuunt, ne
 cogēdi armatos Tubanamæ copia præbeatur. Vti cogitatū est ita euenit. Prima
 noctis uigilia cum Pocchorrosensibus unā Tubanamæ regiā adoriuntur. Palan-
 tem & imparatumprehendūt: uiros apud se duos obsequiarios habebat: foemī-
 nas autem per uim & iniuriam à diuersis regulis raptatas octoginta: ditionarijs
 omnibus & eius dictio parentibus regunculis per pagos circumuicinos dispar-
 titis: quia sedato ociabatur. animo, nil suspicans. Semotis nanq; nō contiguīs ha-
 bitant domibus, ob furentes uentos: crebris nanque nimboris typhonibus fati-
 gantur ob repentinis motus aëris ex effectibus syderum in æqualitate diei &
B noctis: quia sunt, uti aliās diximus, æquinoctio proximi. Domus autem sunt li-
 gneæ, contectæ circūseptæq; paleis, aut culmo paniceo patrio, uel herbis pro-
 uincialibus tenacibus. Tubanamæ atrio domus altera tantum inhærebat non
 minor primaria: centum & uiginti passuum utriusq; domus longitudinem, la-
 titudinem uero passuum esse quinquaginta, dimēsi sunt. Hæ domus ad ha-
 bendos militum delectus, si quando bella mouebat Tubanama, paratæ erant.
 Capitur Tubanama, capitur & Sardanapalicus eius comitatus uniuersus. In sul-
 tabāt in uinctū Pocchorrosenses, conterminiq; omnes reguli. Audita Tubana-
 mæ fortuna psallebāt: nihilo nanq; minus infensum suis finitimis Tubanamam
 fuisse intellexerūt, q̄ fuisse Pacram in diuerticulo ad austrum diximus. Vincto
 Vafchus dissimulanter minabatur, re autē nil mali Tubanamæ cupiebat. Debi-
 tas hic pœnas tyranne lues, aiebat: te, si huc se conferrent, capillis raptatos Chri-
 stianos omnes in uicinum flumen obruturū sæpe apud tuos iactitasti. In idem
 flumen raptabere miser & obrueris: & unā iubet hominem attolli, dato tamen
 socijs ueniæ signo. Ita deterritus infelix Tubanama, serio ista imperari medita-
 tus, ueniā prostratus ad Vafchi genua petit: se nihil horū dixisse unquam iu-
 reurādo asserit. Regulos fortē suos ebrios ista protulisse: regulosq; intemperan-
 tes appellans arguebat procacitatis. Vina quidem illorum licet non ex uuis (ut
 iam significauimus in nostri agelli primitijs ad tuā sanctitatem) ebrietati tamen
 apta sunt. Finitimos etiam in se fuisse ista commentos lamentabatur, & ob inui-
 diam in se conflata, quod potētior esset, talia cōfinxisse. Auri se copiam ingen-
 tem allaturum promittit, modo ignoscatur. Dexteram affigens pectori, ait se
 amasse timuisseq; semper nostros: quod machanas, id est enses nostrorum au-
 diuerit suis machanis esse acutiores, scindereq; acrius quicquid fiat obuium in-
 tellexisset. In Vafchum dirigens oculos, ait: Quis contra enses istum tuum, nisi
 mentis inops, dextram erigere audebit: quo findere potes & soles peruicacem

C hominem à uertice uno ictu ad umbilicum: Ne tibi quisquam persuadeat fortissime uiuentium, ex ore meo prodixisse quicquam eiusmodi. Hæc & multa differuit nodū mortis iam deglutiens Tubanama, quando ad ipsius lachrymosa postulata se flexisse animum Vachus dissimulat. Placido uultu illū alloquitur, & data uenia solui iubet. Afferuntur interea ex duobus atrijs libræ triginta puri auri octunciales in foeminea conflati monilia. In diem uero tertium alia portantur à regulis eius missæ libræ sexaginta in temeritatis mulctam. Sed unde id aurum assequatur Tubanama interrogatus, negauit è proximo effodi aurū illud. Fuisse ad suos maiores importatum à flumine Comogro in austrum deriuante, insinuabat. Pocchorrosenses uero cæteriç illius hostes mētutum fuisse aiebant, ditescereç auro regnum illius affirmabant. Contra Tubanama nullā in ditione sua se noscere aurifodinam, perseuerāter aiebat: collectos tamen aliquando minutos quosdam alicubi grumulos aureos: sed de his colligendis se minime fuisse unquam sollicitum: quia id fieri sine longo magnoç labore nequeat. Dum hæc ita tractarentur, ad Vachum ueniūt in Pocchorrosa postergati, appulsiç sunt octauo calend. Ianuarij, calce anni M D XIII. perç mancipia à regulis australibus habita fossoria tulerunt instrumenta, auro apta deligendo. Natalem domini diem ab omni opere immunem exegerunt. Altero autem ab eo, quo beati Stephani protomartyris solenne agimus, in cliuum parum à regia Tubanamæ distantem, quia terræ colorem dicit se cognouisse auro gignendo testem, fossores quosdam ducit. Scrobe ad sesquipalium effossa, grumulos lente non grandiores aureos se reperisse, cribrata leuiter terra scribit: & tominum, ut eius utar uocabulo, qui trapezitarum appellatione, duodecim grana cōtinet, coram notario ac testibus collegisse, quò rei fides præstetur. Vnde arguit finitimorum dictis quadrare telluris illius opulentiam: licet id minime potuerit à Tubanama extorquere. Putāt Tubanamam nihili fecisse exiguā adeò eam portiunculam: alij pertinaci aiunt stomacho Tubanamam negasse fortunari auro suam tellurem, ne aliquando ad eam auri cupiditas nostros trahat usurpandam. Sed uates fuit bonus regulus. Eam quippe ac Pocchorrosensem destinarunt ad habitandum eligendas, deç nouis oppidis in utraq; condendis, modo regi placeat, est consiliū: tum ut sint, ueluti meritoria tabernæ, transituris ad austrū receptaculū: tum quia sit utraq; tellus quibuscunç frugibus alendis & arboribus suscipiendis aptissima. Inde iam discedere statuens, tentat obiter alibi terram, colorem calculosç monstrantem gignendo auro consonos. Paulò ultra cutem effossa breui scrobe, pesum, quod castellani aurei pondus esse diximus in primitijs primis ad beatitudinem tuam: non tamen uno grano se reperisse perhibet. His rerum argumētis lætus, Tumanamæ spem felicitis successus pollicetur, modò neminem infestet ex his quos ipse amicos in conterminis linqueret. De auri copia colligenda suadet. Sunt qui ferant abduxisse Tubanamæ foeminas omnes, spoliatumç ne insolescere queat, reliquisse. Filium illi sua sponte præbuit alendum Tumanama, quò uersans inter nostros linguam & mores nostrorum perdiscat, & religione imbuatur, ut aliquando sit eius institutio utilis genitori ad fauorem conciliandum. Urgebatur acri febre Vachus eo tempore ex immenso labore uigilijsç & inedia, propterea inde discedens mancipiorum humeris pensilem portari se iubet. Feruntur & inde pensiles in amachis, id est gossampinis lodicibus, grauibus confecti ægritudinibus. Quibus autem uires aliqua suppetebāt, neç incolumes, tamen cruribus hebetibus, dextris in colarū sub alas prehensifubleuabantur. Ad Comogri tandem reguli amici relictī, de quo supra lata mentio facta est ditionē appulsus, mortuū esse reperit senem, filiumç ipsius, quem aliàs à prudentia laudauimus, genitoris loco suffectum intellexit, Carolumç uocari baptizatū didicit. Est huius Comogri regia in radicibus cliui bene culti sita: planciam habet à meridie lequarum duodecim latam, uberem, hanc Zauānam uocant

A uocant incolæ. Planitie superata, montes occurrunt altissimi, quos diximus dirime
 mere duo illa maria. A cliuis mitibus fluuius scatet Comogrus, qui planitiem il-
 lam interluens, montes petit arduos, perq̃ illorum ualles reliqua flumina suo al-
 ueo forbendo, uiam reperit ad australe pelagus. Distat à Dariene lequas circiter
 septuaginta occidentē uersus. Nostris igitur aduentibus psallens alacerq̃ pro-
 dit obuiā Carolus regulus: edulij potubusq̃ suauius nostros recreat: hospitio
 suscipit honorifice. Mutuis sese muneribus afficiunt. Laborati aurilibras octun-
 ciales uiginti porrigit Valscho regulus. Valschus nō minus grata repensat: secu-
 res puta, fabrilisq̃ instrumenta quedam, ad carpentariā artem facientia. Sagulo
 etiam atq̃ interiore texta linea, pro temporis angustia, Comogrū ornauit. His
 donis se inter uicinos heroem effectum existimauit Carolus. Comogrum & re-
 liquos omnes cōmonefactos reliquit, ne unquam ab obseruātia & fide erga Ca-
 stellæ reges discedant, si uiuere uitam tranquillā exoptant. Vtq̃ studiosius post-
 hac aurum magno illi Tibi, id est regi, offerendum cōgerant, hortatus est. Hac
 uia paraturos sibi suisq̃ posteris ab omni hostium insolentia patrociniū, & no-
 stratum rerum copiam affluentem, enunciat. His ita confectis, iter suum prose-
 quitur ad Ponchæ regiā: ubi quatuor ē Dariene uenisse iuuenes reperit ipsum
 admonituros, appulsa esse nauigia bene fulta com meatibus ex Hispaniola. Eo-
 nanq̃ se rediturū, quacunq̃ ab austro regredi fas foret, fuerat pollicitus. Quare
 sumptis uiginti ē cōmilitonibus incolumioribus, longis itineribus ad Darienem
 ipse proficiscitur: cæteris ut se pedetentim sequatur postergatis. Quartodecimo
 kal. febr. anni 1514. scribit se deuectū ad socios. Data uero literarū ipsius est: Ex
 Dariene, quatto nonarū Martij: prius nō licuisse, nulla prius discedente nauī, in-
 quit. Scribit se illinc duo misisse nauigia, quibus postergati aduehantur. Et h̄sdē
 literis multa se inisse certamina iactat, nunquā uero fuisse percussum, aut ē com-
B militonibus amisisse ullum pugnando. Nulla est propterea magnæ ipsius episto-
 læ pagina, quæ gratiarū actionibus referta non sit, quod à tantis totq̃ discrimini-
 bus & laboribus euaserit. Nullus est eius actus, nulla peregrinatio sine cœlitibus
 inuocatis, deipara uirgine præeunte semper. E uiolento igitur Golia in Heliseū,
 ex Anteo in Herculem portentorū domitorem, transformatus hic noster Va-
 schus Balboa fuisse uidetur. Mutatus ergo ex temerario in obsequentem, hono-
 ribus & beneficētia dignus est habitus: & in catholici regis gratiā receptus, diplo-
 mate regio prefectus militum eius regionis est creatus. Hęc & literæ Dariennen-
 sium & uiuæ uenientū uoces retulerunt. Quid autem ego, beatissime pater, ē
 propinquo de hisce rebus sentiam, fortē cupies intelligere. Mea est hæc opinio
 simplex: & militaris scribendi referendiq̃ Valschi & sociorum series, res ita acci-
 disse testari uidetur. Non per effossos ergo cuniculos ad infernos manes, nō per
 miliaria multa, non per intolerandos labores, & uaria uitæ discrimina, scinden-
 do montes, descendet Hispanus quæsitum opes in uiscera terræ: sed ex ipsius cu-
 te, uix ē solo supercilio scrobibus effossis, uel ex fluuiorū ripis estate siccatis, leui-
 ter abluta tellure, aurum, modò persistet inhabitando terram, colligetur: faciliq̃
 indagine margaritæ reperient. Tanti muneris expers fuit, uti Cosmetrē omnes
 assentiuntur, ueneranda uetustas: quoniā ad has gentes itum est nunquā hæc-
 nus structis ordinibus: ipsæ uero nullo indigæ uel paruo, minime hospites ue-
 lint: imò, uti late ostendimus, adeuntes feroci cōgressu excipiunt, nec se nisi bel-
 lo superatos tractari patiuntur: si præcipue in edaces humanarū carniū nouos
 antropophagos, q̃s diximus Caribes, aliās Canibales appellari, inciderint: quo-
 niam hi sagaces hominū uenatores, nulli alteri exercitio intenti, agunt etatē, præ-
 terquam uel agrorum cultui suo more, uel reibellicæ ad homocupium. Hi ergo
 uenientes nostros, ueluti apros aut ceruos in eorum uenabula uel retia casuros
 expectant, & secum taciti spe præde labia lambunt. Si profligauerint epulantur
 lautissime: si autem se impares fore arbitrantur, fuga salutē cōsulunt, & elabunt.

Cuento celerius. Si apud aquas res agitur, demersi gurgitibus tam uiri quam foeminae haud segnus adnatant, ac si perpetuo in aquis degerent, & sub aquis uictum quererent. Non mirum ergo si tractus hi uastissimi sunt pro ignotis relictis. Per haec inuenta igitur Christiana religio, cuius tu apicem tenes, in immensum brachia protendet. Multas hominum, uti in initio diximus, myriadas, tanquam nouum pulliculorum fetum sub alis, tua sanctitas fouebit accersitas. Beragua namque a Colono primo reperta, sinistris mox auibus a Diego Nicuesa tractata, nunc deserta repetetur: ac reliquae illius telluris amplae regiones omnes, ex efferis & agrestibus ad cultum politicum & ueram religionem paulatim reducentur.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANAE DECADIS

tertia, liber quartus.



Ic sistere, pater beatissime, statueram: sed igniculus quidam tortor animi producere parumper sermonem hortatur. Beraguam, dixi, primo repertam a Colono. Defraudare uirum, & admittere scelus mihi uiderer inexpiabile, si labores toleratos, si curas eius perpessus, si denique discrimina quae subiuit ea nauigatione, silentio preterirem. Is a salute nostra 1502 sexto Idus Maij cum classicula nauium quatuor, cuparum in linguas quinquaginta & sexaginta, cumque hominibus centum septuaginta, soluit a Gadibus: & felici cursu Canarias prehendit in diem quintum. Inde appulsus est ad insulam Dominicam, quae Caribium est patria, die sextodecimo: captiuit a Dominica Hispaniolam die quinto. Sexto igitur & uigesimo die, uentis lapsuque oceani ab oriente in occidentem fluentis adiuuantibus, ab Hispania nauigauit ad Hispaniolam: qui cursus mille ac ducentarum lequarum a nautis esse perhibetur. In Hispaniola, siue libens siue monente prorege, parum moratur. Occidentem recta secutus, Cuba Iamaicaque insulis a septentrione in dextram relictis, in insulam se incidisse meridionaliorem Iamaica scribit, nomine incolarum Guanassa, uirentem uniuersam, ubereque supra quam credibile cuiquam sit. Eius insulae littora percurrens, duobus occurrit prouincialibus monoxylis, de quibus satis late diximus in superioribus. Restibus iugata mancipia nuda trahebant, uti aduersis fluminibus solet fieri. Monoxylis primarius insularis uehebatur, cum uxore ac liberis nudis omnibus. Nostris, qui descenderant in terram, superbe mancipia innuebant, ex heri mandato, ut cederent uenientibus: minabantur recusantibus. Tanta est eorum simplicitas, ut nec ueriti sint neque admirati nostrorum uel nauigia uel potentiam aut multitudinem. Putabant nostros, ea quae ipsi reuerentia colebant herum, assurrecturos. Ab alienis terris mercatorem esse redeuntem intellexerunt. Nundinas exercent: nundinarias merces ille ferebat, aurichalcea tintinnabula, nouaculae, cultellosque ac secures a lapide flauo, diaphono, lucido, genere quodam ligni tenaci manubriatos: utensilia etiam, coquinariaque uasa & fictilia, arte mira a ligno partim, partim ex eodem marmore laborata: sed Iodices praecipue supelleciliaque gossampina uarijs intexta coloribus, uehebat. Dominum & uniuersam eius familiam, remque omnem prehenderunt. Soluit tamen mox praefectus illos iussit, & rerum partem maiorem restitui, quo beneuolos redderet, imperauit. De natura terrae ulterioris ad occidentem didicit: recta carpit iter ad occidentem. Ad miliaria decem, paulo amplius tellurem reperit uastam, nomine incolarum Quiriquetanam: ipse uero Ciambam nuncupauit. Rem diuinam in littore iussit celebrari. Habitatibus nudis plenam reperit. Himites et simplices posito timore ad nostros, ut ad rem mirandam, prouincialibus

cibi a

A cibus & aqua recenti onusti confluebant. Oblato munere uersis uestigijs, capite obstipito, reuerenter retrocedebant. Pensauit munera illorū muneribus rerum nostrarum, calculorum puta uitreorum fertis, & speculis quibusdam, acubusq; ac spinteribus, & huiuscemodi mercibus illis peregrinis. In magno illo tractu regiones sunt duæ: Taia hæc, Maia illa appellata. Vniuersam scribit terrā illam esse salubrem, amœnam, clementia cœli fortunatam optime: nulli terrarum ubertate agrorum postferendam: temperie mira præditam: & montanam refert partim, partim lata planitie nobilem: arboriferam ubiq; herbidāq; ac perpetuo uere autumnosq; gaudentem: arboribus toto anno frondentibus & pomiferis. Licetis pinetisq; ait esse refertam: ac palmarum generibus septem, quarum alia dactyliferæ, steriles aliæ sunt. Pelgoras uuis pendentibus maturis, sed labruscis terra gignit suapte natura inter arbores. Tantam refert esse apud hos suauitū uti liumq; fructuum natiuorum copiam aliorū, quod de uuis colendis nulla sit cura. Ex palmarū quodam genere machanas, id est enses ligneos latos, & iaculares hastas, cōstruunt. Gossampinas arbores nutrit ea tellus uulgò, Myrobalanos etiam diuersarum specierum, emblicos puta & chebulos, medicorum appellatione. Maiziū & hæc terra generat ac luccam, ages, & battatas, uti ceterę regiones illæ. Eadē & leones nutrit ac tigrides, ceruos, capreolosq; & huiuscemodi animalia. Volucres etiam diuersas, inter quas pro altilibus habent eas, quas pauonibus fœminis, colore ac magnitudine similes esse, gustu etiam & sapore, diximus aliquando. Proceros esse aiunt, ac pulchre formatos incolas utriusque sexus: quos ait pudenda tegere gossampinis uelaminibus intextis diuersis coloribus. Ad elegantiam seipos depingunt, quorundam pomorū succo, ad id in hortis nutritorū, nigris ac rubētibus, uti Agathyrsos legimus. Torū, insunt, alij corpus, partes alij, pleriq; autem tractim flores aut rosas effigiant, aut implicitos laqueos, prout cuiq; sedet appetitu. Idiomata sunt penitus alia ab insularibus conuicinis. More torrentis, aquæ fluebant ad occidentem. Statuit tamen orientem eius terræ querere, animo uertens Pariam, Osq; Draconis, & alias quas iam descripsimus ab oriente repertas oras, contiguas esse: uti erant, existimans. Ex ampla igitur Quiriquetana decimotertio calendæ septembris soluit. Ad lequas triginta fluuium reperit, extra cuius ostium dulces haustus sumpsit in mari. Litus erat scopulis & rupibus purgatum: fundo ad iaciendas anchoras ubiq; apto. Tantam scribit uim fuisse oppositi torrentis oceani, quod diebus quadraginta lequas uix potuerit septuaginta percurrere: claudicando semper & gyris per altū agendo classiculam, procedebat: interdumq; se repulsum & retro raptum reperiebat impetu aquarum, terram captare uolens ad uesperū, ne per noctis tenebras in ignotis littoribus naufragarent. Intercapedine lequarum octo, tria se ingentia flumina nitidarū aquarum scribit reperisse: in quorum marginibus canne crassiores humano femore gignebantur: pisciumq; ac magnarum testudinū copiam ingentem: & plerisq; in locis crocodilorum multitudinem, in arena uasto hiatu solem captantium. Varia etiam animalia quibus nomen non dedit. Variamq; refert eius telluris faciem esse, saxeam alicubi et promontorijs sultā squalidus ac rupibus ambesis: alibi benignitate solī nulli terræ cedētem. Varia etiam in uarijs oris regum & primariorum nomina. Vocant regulū Cacicum, ut aliās diximus: alibi Quebi, Tiba uero alicubi. Primarium autem alicubi Saccum, alibi Iurā. Eum qui strenue se gessit in pugna hostili, & signatā cicatricibus faciē ostentat, cupram appellant: habentq; pro heroë. Vulgum nuncupant chyuis: hominem alicubi dicunt homem. Accipe homo, si quis dicere uoluerit, hoppa home dicet. Alius deinde fluuius grandibus nauigijs aptus occurrit: ante cuius fauces quatuor insulæ paruæ, floridæ atque arboriferæ iacebant, quæ portum efficiebant. Has Quatuor tempora uocitauit. Ab his, ad lequas terdecim ad orientem semper contra uim aquarum tendens, duodecim paruasprehendit insulas: has

C quia præditas nouo genere fructuum limones nostros æmulantium, Limonares appellauit. Eadem uia pererrans ad lequas duodecim, magnum reperit portum, lequarum trium spatio sese in terram insinuantem, pauloq; minus latum: in quem fluuius ingens cadebat. Ibi amissus est postmodum Nicuesa Beraguam quærans, uti supra diximus: unde Perditorum fluuium recentiores nuncuparunt. Continuo cursu tendens contra pelagi furorem Admirantus Colonus, uarios reperiebat mōtes, ualles uarias, fluminaq; ac portus: spiritus rerum omnium suauis fuisse atque recreantes naturam refert: Neque incidisse in aduersam ualitudinem e socijs quenquam ad regionem usque, incolarū appellatione, Quicuri, ultima acuta: in qua portus est Cariai: ab ipso Admirante Myrobalanus appellatus, quia natua sit tibi arbor illa. In hoc portu Cariai sese obijciunt: circiter ducentum incolæ, manu gestantes terna quaternaq; iacula: mites tamen, & hospitaes: sed quid sibi gens hæc noua quæreret, parati expectantes. Colloquia petunt: dato signo pacis, natando nostros adeunt, commercia ineunt, permutationem rerum postulant. Dari e nostratibus rebus, ad eorum beneuolentiam captandam, Admirantus, sed gratuito, imperat. Per signa gratiam recusant: neque enim ullum ex horum idiomate uocabulum perceperunt: fraudem aliquam inesse nostris donis suspicati, quod ipsoꝝ oblata nostri recipere renuissent. Quicquid fuerat impartitum, in littore liquerunt. Tanta pollent Cariaienses urbanitate, atque animi benignitate, ut magis dare quam accipere studerent. Puellas ad nostros, uirgines formæ elegantis, misere duas: quas ut abducere liceret, insinuabant. Hæ, ut cæteræ foeminae, pubetenus fascia tegebantur gossampina. Is enim est foeminarum Cariaiensium mos: uirorum autem, nude agere. Scindunt & crines foeminae: uiri nutriunt occipite, a fronte radunt, colliguntq; uittis candidentibus, & in orbem circunducunt capiti, uti nostrates uidemus puellas. Admirantus indutas ac bene donatas, cum rubro laneo pileolo genitori earum præbendo, remisit. Sed cuncta iterum in littore locata sunt, quia ipsoꝝ dona recusassent nostri. Duos tamen uiros, & eos non inuitos, secum aduexit, quo uel illi nostram, uel nostri Cariaiensem perdicerent linguam. Maris aestu parum quæti tractus illos cognouit, quod haud secus littori ac fluuiorum ripis arbores in hærent. Idem aiunt & cæteri oras illas tractantes, exiguo fluxu ac refluxu omnium illarum terrarum, insularum etiam littora madefieri. In huius terræ prospectu, inquit, in mari ipso gigni arbores quæ ramos incuruent, postquam altius emerferint, ad profundum: quo applicatæ cuspides, uti propagines uitium, solo demersæ radices creant, & in sui generis arbores perpetuo uirentes prodeunt. De huiusmodi arboribus, Plinius in duodecimo naturalis historiae: sed in arido solo, non autem in mari. Animalia nutriri in ora Cariai eadem, quæ alibi diximus: sed unum reperere naturæ longè dissonæ. Id est grandi cercopitheco par, cauda longiore procerioreq;: cauda suspensus, & uim terq; quaterq; sese deuoluens capiendo, ex ramo transilit in ramum, & ex arbore sese projicit in arborem, ac si uolaret. Arcuarius e nostris unum sagitta confixit. Vulneratus sese deijcit cercopithecus, hostem uulneratorem rabidus adoritur. Sricio ense agit in pecus uenator: lacertum cercopitheco abscidit, cepitq; mancum ferociter renitentem. Ad classem perductus, mansueuit inter homines parumper. Dum sic ferreis uinctum catenis seruarent, e littoribus trahunt paludibus aprum uenatores alij. (Coagebat namq; carniū desiderium nemora perlustrare.) Cercopitheco aper & ipse ferox ostenditur: fetas excutit uterq;: in aprum cercopithecus furibundus salit, cauda circunligat aprum. Cum seruato a uenatore uictore suo lacerto, guttur aproprehendit: reluctantem aprum suffocauit cercopithecus. Hæc & huiusmodi monstra nutrit alia tellus illa. Seruant & Cariaienses desiccata cratibus procerum & parentum cadauera, folijs arborum inuoluta: populo nemora syluaq; sunt addicta sepulchris. Procedentes ex Cariai ad lequas uiginti circiter, sinum re-

Rarum animal

A perere amplum adeò, ut in gyrum putent lequas continere decem. Quatuor in fulæ parua, feraces, exiguo discretæ interuallo, sinus faucibus obiectæ, tutum efficiunt portum. Is est portus quem aliàs diximus appellari ab incolis Cerabaro, última acuta: sed unum eius littoris latus tantum ita uocatum nunc didicere, atque id dextrum ingrediendo: læuum autem Aburéma nuncupatur. Insulis, inquit, uniuersum feracibus & frequentibus celebrem esse, atque arboriferis: fundo ad anchoras iaciendas ubique apto nitidoq; , ac mira piscium copia pollentem. Vtraque terra adiacens ubertate soli nulli terrarum eorum iudicio cedit. Duos incolas ad manus habuere. Colla incolæ monilibus, quæ appellant guanines, aureis, in aquilas aut leones uel animalia huiuscemodi affabre effigiat, ornant: sed aurum id minime purum esse cognouerunt. A duobus illis Cariairensibus, quos abductos diximus, nostri didicerunt Cerabaroam & Aburemam regiones auro dites esse, Cariairensesq; rerum suarum permutatione uniuersum aurum quo ornantur ab his adeptos fuisse. Quinque pagos auro legendo egregios inesse Cerabarois & Aburemanis regionibus à littore in internis distantibus non longo tractu, Cariairenses nostris aperuerunt: commercia namque à maioribus eorum utraq; nationes frequentarunt semper. Pagorum nomina hæc esse perhibentur: Chirarà, Purén, Chitazà, Iuréche, Atamea. Viri omnes Cerabaroæ prouinciæ nudi sunt penitus, sed uarijs depicti modis: fertis floridis, & coronis ex leonum & tigrium unguibus contextis oblectantur. Fœminæ angusta gossampina uitta pudenda tantum contegunt. Hinc iam tandem egressi, per idem littus ad lequas octodecim in fluminis reperti ripa, occurrunt uiri nudi tercentum, sublatis clamoribus minitabundi, expuètes in nostros, aqua sumpta in os, aut littoralibus herbis. Iaculando missilia, uibrandoq; hastas & machanas, (enses diximus esse ligneos) à littore arcere nostros conabant. Depicti uarijs modis erant: alijs, præter faciem, corpus uniuersum, tractim alijs. Pacem nolle se, aut commercium ullum cum nostris, insinuabant. Solui tormenta quædam in illos, sed ab alto, ne perimerent quenquã, imperat. Hoc enim semper sedit Coloni animo, ut pacatò ageret cum nouis gentibus. Fragore discussæ balistæ bombardæ perterriti sternuntur omnes. Pacem optant. Commerciantur inuicem, guaninorum aureorum, ex aduerso calculorum uitreorum atq; huiuscemodi rerum permutatione. Tympana hi habent & marina conchylia, quibus ad excitandos animos pugnae tempore utuntur in bellis. In eo tractu flumina sunt, Acatéba, Quaréba, Zobróba, Aiaguitin, Vridà, Duribbà, Beragua: in omnibus aurum colligere licebat. Folijs arborum latis ab æstu pluuiaq; , penularum loco, se tuent. Oras inde perlustrauit Ebeterè & Embigár: in his flumina labunt, dulcium aquarum et piscium copia, egregia, Zahorán & Cubigár. Hic silit auri ubertas, quinquaginta circiter lequarum tractu. Distat inde lequas tantum tres ea rupes, quæ in infausto Niacuesq; discursu diximus appellari Pegnonem à nostris: incolarum autem appellatione regio dicitur Vibbà. In quo etiam tractu est portus ad lequas tantum sex, quem Bellum diximus à Colono uocatum: cuius regio Xaguaguara dicitur ab incolis. Populis est ea tellus uniuersa frequens, sed nudis. In Xaguaguara regulus nigro, populus rubro, coloribus fucant. Regi & primarijs septem, è naribus pendebat aurea lamina, labiorum tenuis. In hoc ornatum summum putant esse decorum. Testa marina uiri pudenda includunt: fœminæ gossampina tegunt uitta. In hortis hi pineæ nuci fructum similem nutriunt, quem diximus aliàs è frutice nasci, ueluti carduo, sed mollem & regia dignum esca. Cucurbiteas quoque arbores ad potus ferendi usum. De his late aliàs. Vocant arborem Hibuéro. Crocodilis alibi occurrebant, qui cum aufugerent aut mergerentur, odorem à tergo musco uel castoreo suauiore relinquebant. Nili accole de crocodilo fœmina idem mihi retulerunt: de abdomine præsertim, quod arabicos æquet odores quosq; .

- C Regressus hinc est Almiratus cum sua classicula : tum quia nequibat aduersum aquarum cursum sustinere , tum etiam quia magis ac magis indies nauigia putrescebant, atque terebrabant uermium aculeis, qui ex aquarum tepore in uniuersis tractibus illis, æquinoctio ferè suppositis, gignuntur. Bissas uermes illos mercator Venetus appellat. Hos & Alexandrini duo portus ægyptij generant: nauesq; labefactant, si diu in anchoris morentur. Cubitales sunt, & interdū longiores: digitulo nunquam crassiores. Hispanus nauta pestem hanc bromam uocat. Bromam igitur ueritus Colonus Almirantus, & renitente pelago uexatus, secundo oceano ad occidentem regreditur. Hiëbram fluuium à Beragua fluuiio duas distantem lequas, quia sit maioribus nauigijs suscipiendis aptior, captat. A Beragua minore regio nomen tenet: quia utriusque fluminis possessor regulus Beraguam inhabitat. Quid dextrum quid ue sinistrum hic acciderit, dicamus. Stans in Hiëbra Colonus, fratrem suum Bartholomæum Colonom Hispaniolæ Adelantatum, cum cymbis seruitorijs & hominibus octo & sexaginta, mittit ad fluuium Beraguam. Obuius sit Adelantato cum patrijs monoxylis secundo flumine regionis regulus, more patrio depictus, nudus, cum ingenti comitatu, sed inermis. Cum primum ad colloquium deuentum est, reguli familiares de quiete sui heri anxij, & maiestatis regiae memores, ne stans regulus negocietur, saxū e proximo sumptum in ripa lauant, confricantq; decenter, & reuenter allatū regulo supponunt. Sedens regulus per signa uisus est annuere, ut nostris liceat ditionis eius flumina percurrere. Sexto Idus februarij, pedes Adelantatus aduersa tendit Beraguæ fluuij ripa, cymbis relictis. In Durabam fluuium incidit. Hunc Hiëbra & Beragua inquit esse ditiozem auro. In omnibus quippe terræ illius fluminibus aurum gignitur. Inter arborum radices ripis inharètes, interq; saxa & lapillos à torrentibus relictos, & ubicunque scrobes ad sesquipedalem effodiebant, egestam reperiebant terram auro mixtam. Propterea figere ibi pedem fuit consilium: sed incolæ futuram perniciem olfacientes uetuerunt. Facto agmine cū horrendo clamore ruunt in nostros, qui domos ædificare iam cœperant. Primos impetus uix sustinere nostri. Certarunt eminus crebris missilibus primo, Barbari nudis: mox cominus strictis ensibus ligneis, quos diximus nuncupari machanas, rabidi pugnare cogitarunt. Dictum mirandum: tanta erat concepta in eis iam ira, ut neque arcubus aut scorpionibus, & quod maius est neque bombardarum e nauibus iactarum fragore terrentur. Cesserunt loco semel. Iterato, maiore numero comparato, redeunt ferociiores. Satius emori fore iudicant, quam perpeti patriam occupatum iri à peregrinis. Hospites benigne susceperant, habitatores recusant. Quo magis instabant nostri, eo maior finitimorum multitudo confluebat. Nocte dieq; à fronte modo, modo à lateribus urgebantur nostri. A tergo stans in littore classis tutos reddebat. Deserere igitur terram hanc, & quā uenerant regrediuntur. Iamaicam insulam Hispaniolæ Cubæq; collateralem à meridie, nauigijs in cribrorum modum pertusatis à broma, ut hispano utar uocabulo, uixprehendere potuerunt: ferè ex itinere perierunt. Viribus lacertorum exhaurientium maris aquas per amplas rimas ingredientibus, uitæ discrimen euaserunt tandem, & ad Iamaicam semianimes appulsi sunt. Obrutis ibi nauigijs omnibus, intercepti, uitā egere mensibus decem, Vergilianī Achemenidīs uita, in nudorum Barbarorum potestate, calamitosiorem: eius terræ cibus cōtenti, si quando Barbaris placebat impartiri. Pro fuit nostris odium capitale, quo sese inuicem Barbari reguli prosequuntur: ut enim nostros fautores haberent, si quando cum finitimis hostibus bella ingruerent, pane aliquando patrio famelicos recreabant. Sed quā miserum & ærumnosum, pater beatissime, sit mendicatio panē adipisci, coniectet tua sanctitas: ubi præsertim cætera desint, uinum puta carnes que, uel omne pressi lactis genus,

Amus, quibus Europæorum hominum stomachi à cunis solent enutrirî. Fortuna
 nam tentare necessitas coëgit. Per œconomum suum Diecum Mendez, du-
 eibus tamen lamaicensibus duobus eorum littorum peritis, quid de se deus co-
 gitet statuit experiri. Candam conscendunt mari iam undoso. E scopulo in
 scopulum, è rupe in rupem quassatus undis, ob nauigioli breuitatem & for-
 mam, appulsus est iam tandem Diecus Mendez ad ultimum Hispaniolæ an-
 gulum, è lamaica distantem lequas quadraginta. Spe munerum, ab Almiran-
 to Colono promissorum, lamaicenses læti reuertuntur. Ipse pedes ad sanctum
 Dominicum urbem primariam metropolitanam proficiscitur. Duo nostratia
 comparat nauigia, dominum adit. Inualidi omnes & egestate rerum extenua-
 ti ueniunt ad Hispaniolam. Quid inde illis successerit, non intellexi. Ad gene-
 ralia redeamus. Vniuersos tractus illos, quos percurrisse Colonom diximus,
 ipse scribit, idem que fatentur omnes laborum socij, toto anno esse frondosos,
 uiuentes, amœnos, & quod maius est, salubres, in quibus ex uniuerso comi-
 tatu nullus unquam ægotauerit: neque horrenti frigore unquam, aut æstu
 feruido, quinquaginta lequarum intercapedine, à Cerabarò magno portu ad
 usque Hiebram & Beraguam, uexatum se fuisse iactat. Cerabaroï populi, qui
 que iacent medijs ad Hiebram usque Beraguam, non nisi certis anni temporibus
 auro intendunt quæritando. Suntq; negotiationis eius opifices exerciti, uti
 apud nos argenti ferrique fodinatores. Quæ loca magis auro fortunentur, à
 specie defluxi torrentis, à terræ colore, aut huiuscemodi argumentis, longo
 hi callent experimento. Credunt inesse auro numen, quandoquidem ad id ne-
 gocij minime tendunt inexpectati, ex priscorum religione: puta qui à coitu & om-
 ni oblectamento abstinent, cibis que ac potu parcissime utantur, uniuerso
 legendi auri tempore. Viuere tantum ac mori datum hominibus, ut cæteris a-
Bnimantibus arbitrantur, propterea nihil colunt aliud. Solem tamen ueneran-
 tur, & surgentem ab Horizonte reuerenter excipiunt. De montibus & terræ
 situ sermo trahatur. Ex uniuersis illarum regionū littoribus, uastos attolli mon-
 tes à meridie, sed proceros ab oriente in occidentem continuo tractu, prospici-
 citur. Quare ita determinari duo illa magna maria, de quibus aliàs late fecimus
 mentionem, his aggeribus ne inuicem collidantur, existimamus: ueluti Tyr-
 rhenum Italia dirimit ab Adriatico. Quacunque enim proficiscantur, ab ea cus-
 spide sancti Augustini, quæ ad Portugallenses attinet, ad Atlantem spectan-
 te, Vrabam usque ad Cerabaroum portum, atque ultimas ad occidentem ter-
 ras alias ad hunc usque diem repertas, perpetuo tractu eminus cominus que
 sese montes nauigantibus offerunt: nunc lenes, elati nunc, modo asperi &
 petrosi, arboriferi herbidi que atque apti culturæ modo: uti accidere solet in Tau-
 ro nostrique Apennini costis uarijs, reliquis etiam huiuscemodi uastis monti-
 bus. Vallibus quoque egregijs horum utiliorum montium interfecantur
 iuga. Ea pars montium, quæ Beraguæ fines recipit, superare suis uerticibus
 nubes creditur: raroque cerni eius culmina dicunt, ob nubium & nebularum
 ferè continuam densitatem. Quinquaginta amplius attolli miliaria Beragu-
 ensia cacumina contendit Almirantus ipse, qui ea omnium primus explora-
 uit. In eadem præterea regione, inquit, ad montium radices iter esse aper-
 tum ad australe pelagus; & Venetias comparat cum Genua, siue maris la-
 nua, uti eius ciues iactitant, qui à Iano eam conditam esse fabulantur: pro-
 tendique uult terram ad occidentem usque, & capere hinc initium lati corporis:
 quemadmodum ab alpibus nostris ex angusto Italiæ femore uidemus am-
 plas eas Galliarum terras, Germaniarumq; ac Pannoniarum distendi ad Sarmat-
 as Scythas que uarios ad usq; Riphæas rupes, & glaciale pelagus: cõplecti etiã
 nexu continuo Thraces & Græciam omnem: & quicquid Malea promontorio

Religiose auro
rum legitur.

- C & Hellesponto à meridie, à septentrione uero Euxino & Meotide concluditur. Vult ergo Admirantus iste à læua tendentibus ad occidentem, terram hanc India recipi Gangetide: à septentrione uero in dextram ad glaciale oceanum, ultra Hyperboreos & arcticum polum distendi: ita ut utrumque mare, australe illud scilicet & nostrum oceanum in eius telluris angulis sese insinuet: non autem sepiant aquae terram ipsam, ueluti Europa Hellesponto Tanaicis & oceano tum glaciali, tum hispano ac nostro mari circumambitur. Sed furor delabentis oceani ad occidentem ueritat, meo iudicio, clausam esse, coniungitque septentrionalibus oris terram illam: uti supra disputauimus. Sit satis de longitudine tractatum, beatissime pater. Quid de latitudine sentiat intelligamus. Diximus aliquando angustis limitibus dirimi australe pelagus & hunc nostrum oceanum: atque ita constitit experimento: quandoquidem Vascho Nunnez & comilitonibus eius iter paruit. Sed quam uarie nostrae alpes in Europa exangustantur hic, alibi que late patescunt: eodem naturae consilio tellus haec modo protendit & uagatur late, modo ab utroque mari repletis uallium aditibus perstringitur, & breuibus contenta est interuallis. Vbi Vrabam & Beraguam diximus facere regiones, parua discluduntur intercapedine maria. Eam autem quam Maragnonus amnis interluit late patere regionem credere oportet: si flumen, non mare Maragnonum esse fatebimur: fateamur uero suaudent aquarum eius dulces haustus. Neque enim in angustis terrae specibus uorigines adeo uastae considerare, quae aquarum eam amplitudinem queant enutrire. Idem de flumine magno Dabaiba, quem diximus ex angulo sinus Vrabae uulnarum quadraginta, quinquagintaque alibi profunditate, latitudine autem miliarium trium in mare defluere. Latam ibi terram dare necesse est, quae ab altis Dabaibae montibus, non ab austro, sed ab oriente fluuium demittit. Hunc aiunt consistere fluminibus quatuor à Dabaibae montibus collabentibus: (sancti Ioannis flumen nostri appellant.) Inde in sinum, uti Nilum, per septem cadere ostia ferunt. In eadem regione Vrabae angustias esse alicubi miras, quae uix lequas colligunt quindecim: at in uias, ob perpetuas paludes medias, frequentesque lamas, aiunt, quas Hispani tremedales appellant, alias trampales, cenegales etiam & sumideros ac zahondaderos. Priusquam ultra progrediamur, operae precium erit unde illi montes nuncupent enarrare. Dabaibam ferunt fuisse foeminam, apud maiores eorum, magni animi & prouidentiae, quam uiuentem antiquitas obseruabat: mortuam, inquiunt, reuerenter colit ab uniuersis regionum illarum incolis. Ab ea regiones nomen sumpsisse aiunt: & mitti fulgura tonitruaque ac segetum stragem, si quando irascatur. Irasci namque pueriliter sentiunt Dabaibam, si negligenter sacris eius intendatur. Eam miseris inculcat superstitionem genus hominum fallax, sub nomine religionis, quod frequentia dona portent ad Dabaibae sacra, quibus ipsi fruuntur. De hoc satis. Paludes illas angustae telluris crocodilorum, draconumque ac uespertilionum & culicum ualde noxiorum, altrices esse dicunt. Ad montes propterea diuertitur, quando ad austrum carpere iter consilium est, & paludum illarum uicina fugiunt. Sunt qui putent uallem unam, qua fluuius labit. Perditorum à nostris dictus, ob Nicuesa sociorumque infortunium, à Cerabarò non multum distantem, findere montes illos ad austrum. Sed cum potabiles sint eius aquae, fabulatos eos esse putant qui talibus argumentis innituntur. Hoc perpendiculo perficiamus opus. A dextra læuaque Darienis praedicant uiginti flumina decurrere auro feracia. Quae dant, accipimus: nemo est qui non id ferat. Sed interrogati, cur paruam auri copiam inde asportent: fossoribus opus esse inquiunt: qui autem eas adire terras, minime sunt assueti laboribus. Propterea dicunt minorem auri copiam inde uehi, quam tellus ipsa sua benignitate polliceat. Videat & nitidas promittere gemmas. In cuius rei argumentum est, quod, praeter ea quae dixi in Cariai & sanctae Marthae uicinia reperta, Andreas quidam Morales nauclerus per ea maria,

A Ioannis Cossæ amicus & socius, dum Cossa uiueret, ad manus habuit adamante[m] à iuvene Pariensi in Cumana nudo, mire preciosum, longum, uti signant, duos infamis digiti articulos: magni autem pollicis primum articulum æquantem crassitudine, acutum utrobique: & costis octo pulchre formatis cōstantem. Eo, inquit, infixisse incudibus uibices, uectesq[ue] ac limas corrosisse, adamante[m] il læso. Collo gestabat pendulū adamantem iuuenis ille Cumananus, & Andreae ipsi Morali precio quinque calculorum uitreorum nostratium uiridium & glaucorum, uarietate colorum delectatus, uendidit. Offenderunt & topazios in litore. Sed cū auri faciem animo gestent, nulla est his de gemmis cura. Auro tantum inuigilant, aurum sectantur. Maior præterea Hispanorum pars annulatos aut gemmatos derident, & probro ascribunt gemmarum gestamina: populares præcipue. Nobiles autem si quādo nuptiales, uel aliās regiae parentur pomæ celebres, torquibus aureis gemmis confutis gaudent, & uestibus margaritas gemmis admixtas intertexunt: aliās minime. Effœminatorum esse huiuscemodi ornatus: atque Arabicorum odorum spiritus & suffumigationes continuas dijudicant. Obscœna uenere obuolutum putant, si cui castoreum uel muscum olenti occurrant. Ab uno pomo ab arbore decerpto, pomiferam intelligemus eam esse arborem. Ab uno pisce in fluuio capto, piscium esse nutritorem fluuiū dignoscemus. A modico igitur auro & ab uno lapillo, auri & lapillorum esse genitricem terram hanc, assentiamur oportet. Quid etiam in portu sanctæ Marthæ in regione Cariæ repperint, trāsente classe integra, duce Petro Ariæ, com miliones eius, & e regijs magistratibus quidā, loco suo diximus. Pullulant, germinantur, coalescunt, maturescunt, legunturq[ue] quotidie opimiora præteritis. Videscit quicquid manu Saturni, Herculis, & aliorum huiuscemodi heroum, patefecit antiquitas, si quid indefessus labor Hispanorum detegat, animaduertemus. Valeat tua sanctitas, & crebrò quid sentiat de his suæ sedis apostolicæ culturis, mihi significet, quò animū subleuet ad laborem futurorum subeundū.

Quo genere ornatus Hispani potissimum utatur

OCEANEAE DECADIS TERTIAE,
LIBRI QVARTI FINIS.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANEAE DECADIS
tertiæ, liber quintus.



V B orbe lunæ, pater beatissime, quęcunq[ue] parturiunt aliquid, ubi primum ædiderint, aut claudunt uterum, uel saltem aliqua temporis intercapedine quiescunt. Noster autē nouus orbis recētes quotidie sine intermissione fœtus procreat & emittit: quibus cōtinuo tractu queant homines ingenio pollentes, & magnarum rerum nouarum præcipue studiosi, præ manibus habere, unde pascere animū queant.

Quorum hæc: dicet beatitudo tua. Vix bene redegeram in ordinem, quæ Vasco Nunnez Balboę, & cōmilitonibus eius in australis pelagi discursu acciderunt: (ad beatitudinem tuam mittenda per Ioannem Ruffum Foroliuensem,

C Cusentinum archipræsulem, & Galeatium ipsum Butrigarium, sacræ tuæ sedis apostolicæ nuncios, mei sopiti ingenij excitatores impræsentiarum) quando ecce literas à Petro Ariæ, quem anno superiore cum exercitu & classè oceanū conscendisse, ad nouas has terras traiecturum, diximus. Classè, scèq; ac exercitū appulso incolumes significat. Easdem literas Io. Cabedus, à tua sanctitate, supplicatu regis catholici, illius prouinciæ Dariennensis episcopus creatus: atque unà tres alijs, è primarijs illi gubernationi addictis, Alfonsus de Ponte, Diecus Marques, & Ioannes de Taura, suis subscriptis nominibus autorarunt. Hanc ergo nauigationem tua sanctitas accipiat. Pridie Idus Aprilis anni millesimi quingentesimi decimi quarti, uela dedit Petrus Arias, ex oppido sancti Lucari, de Barra meda dicto: in faucibus Batis fluuij, quem Hispani dicunt Guadalchebir, sito. Distant oceanæ septè insulæ Canariæ millia passuum circiter quadringenta à Bætis lapsu in oceanū. Has Fortunatas putant esse: licet alijs negent. Harum insularum recētia nomina sunt, occurso primo pares duæ, Lanzelota & Fortis Ventura. A tergo iacet magna Canaria. Sequitur illam Tenerife. Gomera tātillo ad septentrionem à Tenerife. A tergo uidentur agere agmen Palma & Ferrea. Gomeramprehendit Petrus Arias intra diem octauum à discessu, cum classe nauium septendecim, & hominibus mille quingentis. Licet mille ducentorum tantum illi fuerit assignatus numerus: imò & fertur reliquisse à tergo duo millia amplius suspirantes & mœstos, qui propria impensa, auri fama & uisendi res nouas desiderio stimulat, adduci postulabant. In Gomera lignandi & aquandi, reficiendarumq; nauium gratia, quas tempestates quassauerant, sed præcipue prætoriae, quæ temonem amiserat, dies moratus est sexdecim: commodæ nanq; sunt insulæ, uastum illud æquor captare uolentibus. Inde in nonis Maij capit altū, nec terram uidit ultra usque ad tertias Iunij nonas: quo die de Canibalium humana rum carniū edacium insulis unam adiit, quæ dicitur Dominica. Ea distat à Gomera lequas octingentas circiter. Quatuor ibi dies egit, aqua recenti & lignis sumendis intentus. Neque homini ulli, neque hominis uestigijs occurrerunt. Cancrorum littoralium & magnorum lacertorū copiam reppererunt. Per Matinā dehinc, Guadalupeam & Galantam insulas (de quibus prima in decade nostra late mentionem fecimus) iter cepit. Mare etiam percurrat herbidū longo æquoris spatio. Neque Admirantus Colonus, quem diximus primum has insulas & mare hoc herbidum per nauigasse, neque isti, rationem ullam produnt herbarū. Putāt aliqui cœnosum esse ibi mare, et herbas illas in profundo gigni, tendereq; ad superna, ut uidemus in lacubus, sæpe in magnis quoque fluminibus etiā currentibus accidere. Volunt alijs non ibi natas, sed è scopulis frequentibus raptatas uel tempestatum enatare per ea maria. Ita rem in dubio relinquunt: quoniam an fixæ cedant nauium proris, an eruta uagentur, nondum habent exploratum. Natas ibi credendū est, aliter impulsu nauium cōglobarent (sicuti scopæ domorū cōglobant scobes) & cursum impedirēt. Quarto à discessu à Dominica die, qui erat Iunij tertio Idus, niuales illi apparuerūt montes. Decurrere inquit ibi maria, ueluti è montibus rapidus torrens, ad occidentē: licet nō occidentē ipsi rectā sequant, ad meridē nanq; paulò magis tendebāt. Quod aliquādo demonstratiue per tabella huius cosmographiæ nouæ quā animo cōcepi, si uiuere dabit, colligere licebit. E montibus illis Gaira fluuius decidit, strage nostrorum, transeunte Roderico Colmenare, uti aliās diximus, insignis. Multi præterea defluunt alijs. Portubus egregijs duobus nobilitatur ea prouincia, in qua diximus esse Caraimairam regionem: Carthaginensi, utputa, & sanctæ Marthæ altero, sic à nostris appellato: cuius regiuncula est Seturma incolarū appellatiōe. Est sanctæ Marthæ portus niualibus propinquior montibus: in ipsorū nanq; montiū radicibus iacet. Carthaginēsis uero, illo est occidentalior lequas circiter quinquaginta. De sanctæ Marthæ portu mira scribit: itidem fatentur & qui redierunt: inter quos est

A est Vesputius Americi Vesputij Florentini nepos : cui moriens maritimam & polarem artem reliquit hereditaria. Is enim iuuenis missus est à rege unus è prætorie nauis magistris, quod quadrantibus regere polos calleat. Temonis namq; gubernandi cura præcipua Ioanni cuidã Serrano Castellano, qui sæpius eas oras permeauerat, credita est. Vesputiũ ipsum sæpius habeo conuiuã, quod sit iuuenis ingenio pollens: & qui percurrens eas oras, diligẽter annotauerit quæcunq; oblata sunt. Scribit Petrus Arias, & hic idem Vesputius differit, quæ modo referam. E genere Caribium sitie Canibaliũ ortos harum regionum incolas uolunt; propterea feroces & crudeles admodum esse, utputa qui transeuntes nostros sæpius hostiliter à littoribus reiecerunt, & terram prehendere optantes male exceperunt. Tanta est his nudis Barbaris innata uis animi, tanta fortitudo, ut integram classẽ nostram adoriri sint ausi, prohibereq; à littore tentauerint. Venenatis, uel aliã scripsimus, agunt sagittis. Rabido curiu pectore tenus, neq; numero neque magnitudine nauium territi, mare intrabant: atq; inde iaculabantur telorum mille genera: sed nostri spondis nauium & scutis protecti, ictus illorum suscipiebant. Vulnerati tamen duo fuerunt, qui periire. Excussis tandem in illos puluerarijs tormentis, rapuere fugam Barbari, tonitruis machinarum & furore globorum stupidi, quos fulgura esse arbitrantur: crebrò quippe fulguribus ob natiuam regionis & montiũ altorum uiciniam uexantur. Licet palantes & profligatos conspicerent hostes, hæsitauerunt tamen, & inuito consilio in diuersa studia uertebantur, descēderent ad hostes nec ne. Timor hinc, pudor inde trahebant. Venenata sagittæ, quas certissimas iaculantur incolæ, formidabantur. Cum tanta classe totq; militibus sicco pede præterire, uerecundum erat atque indignum & infame. Vicit tandem pudor, fugientes ac dispersos sequuntur. Leuioribus cymbis terramprehendunt. Portus circũferentiã, scribit dux

B ipse classis, & idem Vesputius perhibet, esse lequarum trium, tutum, nitidum, adeò ut in fundo cubitorum uiginti liceat calculos numerare. Duo in portũ descendere inquit dulcium aquarum flumina: sed minime tam apta maioribus nauigijs sustinendis quàm patrijs monoxylis. De copia & uarietate saporeq; piscium, tam fluuiialium quàm marinorum, auditu suaue est. Propterea piscatorias ibi multas reperere lembos patrios, multaq; retia miris modis ex tenacibus herbis contusis, & neti gossampij funibus contexta. Piscariam artem callent hi, Caramaïenses, Gairensesq; ac Saturmani. Piscium namq; permutatione proventus optatos quibus ipsi carent, assequuntur ab internis populis finitimis. Reiectis à littore Barbaris, boios eorum, id est domos, ingrediuntur. Iterum atque iterum feroci cursu nostros impetunt, & sagittis uenenatis conficere tentant: sed rabidiores irruunt, quando domos occupari spoliariq; senserunt: quia præcipue fœminas puerosq; plerosque duci in prædam cernerent. Supellectilia domorum è littoralibus cannis, & uarijs herbis, contuso sparto, similibus erant: steria cõtextæ uarijs fucata coloribus: è gossampino quoque aulea arte, industria laborata leonibus, aquilis, tigribus, & imaginibus alijs effigiata. Domorũ & cubiculorum ostia fornices que liminares putaminibus cochlearum tenuibus funiculis appensarum, quò facilius uento agitate colliderentur inuicem, quò sono delectant, ornatos reperiebant. Mira de hisce rebus mihi retulerunt multi. Gonzalus quidam Fernandus Ouiedus præter cæteros, è regijs magistratibus is qui dicitur ab Hispanis Veedor, se longius in terram iactat descendisse. In Saphiri putamen ouo anserino grandius incidit. In collibus ab eo tractatis cum triginta uiris, Smaragdinã plasmas se uidisse ait multas, Calcidonias que, & laspides ac montani succini magnos globos. Auro intexto admixtas in auleis cõsutas gemmas: eas à fugientibus Caribibus in domibus relictas, is & cæteri omnes se prædicant reperisse. Est & coccinearum genitrix sylvarum tellus illa: est & auro opima: margassitas auri indices ubiq; littorum & ubiq; riparum inuenerunt.

- C Inquit is Ouiedus in regione quadam dicta Zenù, ad orientē à Dariene iacente milliaria nonginta, nouū mercaturæ genus exerceri. In incolarū domibus ferias cistasq; ingentes & canistros pulchre contextos ex arborū folijs ad id aptis, repperūt: cicadis, gryllis, cancris, cochleis, locustis agros sternentibus, desiccatis & salitis plenos. Ad quem usum illa cogere interrogati, responderunt, ut ad internos populos ea uenum portarent: harum nanq; preciosarū uolucrum & salitorum piscium permutatione, peregrina quæ optant assequuntur harum terrarum incolæ. Hi sparsim habitant, nō cōtiguīs domibus. Sed terram incolunt elysiam Caramaïrenses, amœnam, feracem, acris hyemis & furentis æstus expertem, cum paruo diei & noctis discrimine. Vallem ingressi sunt Barbaris fugatis lequas latam duas, tres longam, ad montes usq; quosdam herbidos & arboriferos: in quorum radicibus duæ ualles aliæ iacent dextra læuq; singulis ablutæ fluminibus: quorum unus est Gaira: alteri uero non dedere nomen. In his uallibus cultos reperere hortos, agrosq; rigari per deductas ordine miro fossas: haud secus ac Insubres aut Hetruscī nostri suos colunt atq; irrigant. Sunt et istorum edulia cōmunia, ages, iucca, maizum, battata, arboreiq; fructus, ut reliquis, & piscariæ dapes: humanas autem carnes raro uorant, quia raro peregrinos assequuntur: nisi uenatū ipsi exercitū composito per alienas tendant terras: à seipsis quippe abstinent. Sed auditu miserandum, myriadas hominū ad edendi usum creduntur hi obscœni antropophagi consumpsisse. In paradiseas mille insulas, in regiones mille incidunt elysias nostri, quas nefarij depopulati sunt. Propterea licet amœnas & bene fortunatas, desertas reperiūt plures. Colligat hoc exemplo tua beatitudo, quā perniciosum sit hoc genus brutorum hominū. Sancti Ioannis insulam diximus esse Hispaniolæ proximam: quæ ab incolis Burichena dicebatur: ab ea nostra tempestate rapuisse feruntur edenda quinq; millia hominū
- D amplius: ex uicinis tantū insulis, quas hi habitant, puta sanctæ Crucis quæ Hayhay, & Guadalupea, quæ Queraquéira nuncupabantur. Satis uagatum sit per obscœnorū edacitatem. De radicibus parumper sermo sit, quandoquidem sunt futuræ Christianorū escæ, panis triticei loco, & raparum aliarumq; radicum nostratium. Iuccam radicem esse diximus sæpe aliās, qua nobilior panis & apud insulares omnes & continentes hos efficitur: sed quomodo colatur germinetq; q; etiam uaria sit, minime adhuc dixi. Quando plantare iuccam statuunt, terrā egerunt tenuis genu, & effossam erigunt in tumulos quadratos nouēpedales: duodecimq; ex ipsius iuccæ truncis sexquipedalibus aut circiter, tumulo ternos cuiusque lateri præbentes insigunt transuerse, ut ferè in ipsius tumuli centro cuspides eorum cōueniant. Ex illorum internodijs & infixæ cuspidē radiculae, capillares prodeunt. Hæ paulatim auctæ in eas conuertuntur, superantq; maturæ lacerti ac sæpe femoris humani crassitudinem longitudinemq;. Ita cumulata illa terra ferè uniuersa digeritur in radices. Sed maturescere iuccam, inquit, non breuiore spatio quā sesquianno. Inquit quoq; quo ulterius, ad biennium usq; sinatur, eo fieri meliorem, perfectioremq; ad panem conficiendū. Euulsam, lapidibus duobus ad id paratis, ueluti scalpro nostræ scœminæ caseum conterunt & premunt demum, aut sacco ex herbis uel canniculis fluuiialibus confecto imponunt, ponderoso lapide superiecto, diemq; naturalem appensum sinunt, & succum eijciunt: diximus nanq; esse apud insulares mortiferū: attamen si coquatur salubris est succus ille, uti è nostro lacte serum. Hoc aduertendū, apud hos continentes minime noxiū, inquit, iuccæ succum. Multa dicunt esse iuccarū genera. Vnum altero suauius, atq; aliud alio preciosius est, quo regulis eduliū paratur. Sunt quibus uescantur nobiles, sunt & quibus populus. Ex uccatam uero iuccam in tabellas siciles ad id compactas, ueluti pressum nostri caseum, distendunt coquendam. Is est eorum panis primarius, hunc uocant Cazabbi. Agium similiter & Battatarū uarias dicunt esse species. Sed agibus & battatis magis proterculis

A ferculis aut fructibus utuntur, quàm ad usum cōficiendi panis: uti nostri rapis, raphanis, tuberibus, naxis, pastinacis, & huiuscemodi rebus: sed battatis præcipue, quæ terræ tubera egregia superēt mira quadam dulci mollitie, si præsertim in nobiliores incidatur. De radicibus iam satis: ad aliud iam panis genus sermo uertatur. Diximus habere frumēti genus quoddam, panico ferē simile, sed grandioribus granis nobilius. Id in farinam contusum, ui lapidum manu actorum pinfunt, iucca deficiente: estq; uulgarior panis. Singulis annis ter feritur: modò agri ubertas ferat ob æquitatem temporum: de qua satis multa in superioribus. Et radicum omnium & maizij grani cultum hic reperere: arboreorumq; fructuum uaria genera cultissima. Inter hos Caramairenses & Saturmanos iūnera inquit esse lata rectaq; ita ut distēta rubrica credi queant notata. Hydrias, cantharos, ollas, orcas, paropsides, patellasq; fictiles apud hos repererūt: & uariorū colorum aquales urnas, in quibus aquæ feruari feruntur frigida. Edicto, ut uel parērent regi catholico, religionemq; nostrā induerent, uel terram linquerent, uenenatis sagittis respondebant. Ceperunt nonnullos, e quibus plerosq; indutos prius, soluerūt illico: alios ad naues prius ductos & rerum nostrarum amplitudine ostentata, quò cæteris illa referrent, ad beneuolētiā eorū captandam, postea dimiserunt. In omnibus fluminibus se uidisse aiunt auri argumenta. Recentēs in eorum domibus ceruinas & aprinas carnes passim reperiebant, quibus laute sunt epulati. Volucris & hi abundant, nutriuntq; domi uolucres, tum ad esum, tum ad delicias. Eius cœli spiritū esse benignū hinc arguunt, quod noctu apud flumina in ripis sub dīo dormierint, nullusq; grauedinē capitis senferit ullam, aut humorem conceperit insalubrem. Magnos etiā neti gossampij glomos, & fascēs diuersarum pennarum, quibus sibi cristas, nostrorū cataphractorum more, contexunt, & sagulos ad decorem formant, passim repererunt. Delectantur & hi elegantijs eiuscemodi. Arcuum & sagittarum multitudo fuit innumera Maiorum & ibi cadauera combusta, ossibus in collis conditis alicubi, alibi integra in sepulchris, in ipsis boijs, id est domibus, alibi reuerēter auro gemmisq; ornata, seruātur. Habitas eorum bullas pectorales aliāq; monilia, quæ uocant ipsi guanines, reperere orichalco magis q̄ auro fabrefacta esse. Propterea esse his commercia cum uafris peregrinis arbitrantur, qui ad eos monilia hæc confecta importent, ut purum aurum ab eis adipiscantur pro uili metallo. Neq; perpenderunt nostri fraudem, donec ad conflationem uentum est. Architecti pleriq; pererrantes à littore parumper, in frustra candidi marmoris se incidisse dixerunt. Putāt peregrinos ad eas terras uenisse quondam, qui marmora e montibus aliquando sciderint, & putamina illa in plano reliquerint. Ibi didicere Maragonum fluuiū e montibus niualibus descendere, augeriq; inter labendum magna fluminum aliorū copia in eum cadente: propterea ingens est, quia e longinquo ad mare fluit per terras aquosas. His actis, receptui signa dantur. Noningenti erant ad terrā missi: hi omnes sublati clamoribus præ lætitia, compositis ordinibus, & præda prouincialium rerum onusti, cristisq; & coronis, lænis quoq; ac sagulis plumeis militaribus incolarum ornamentis redeunt fulgentes. Anchoras eleuant xvi calend. Iulij, nauibus relectis, quas tēpestates plerāq; concusserāt: sed prætoria præcipue discrimen ingens subierat, amisso temone, uti iam diximus. Capiunt altum, ut Carthaginensem portum petant, & insulas quasdam medias, trucium Caribium receptacula, infestant ex regio mandato. Sed uelox aquarum decursus, & Ioannem Serranum prætorix nauis nauclerum primarium, & reliquos sefellit, quamuis fluxuum illorum naturam se optime callere iactarent. Quadraginta se lequas fuisse una nocte transportatos præter opinionem, conqueruntur.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANEAE DECADIS

tertia, liber sextus.

Opiniones uariæ, cur mare ab oriente in occidentem torrentis modo tēdat



IC philosophandum est parumper, beatissime pater, & a cosmographia digrediendum ad naturæ arcanorum causas. Decurrere ad occidentem ibi maria, ueluti e montibus torrentes delabuntur, omnes uno ore prædicat. Propterea trahor ego in ambiguum, quonam aquæ illæ tendat, quæ rotante ac perpetuo tractu ab oriente fluunt, ueluti fugientes, ad occidentem, inde nunquam reditura: neq; occidens

propterea magis repleatur, neque oriens euacuetur. Si ad centrum eas tendere de natura grauium, dixerimus, centrumq; lineam esse æquinoctialem uoluerimus, uti pleriq; aiunt, quod centrum dabitur tot tantarumq; capax aquarum: quæ ue circumferentia reperietur madida. Rationem uerisimilem qui ea littora perlustrarunt præbent nullã. Putant pleriq; uastas esse fauces in angulo sinuali magnæ illius telluris, quam diximus Italia octuplo maiorem, ab occidente Cuba infula, quæ rabidas has aquas absorbeant, & inde ad occidentem illas emittant, quo ad orientem nostrum redeant: alij dicunt ad septentrionem. Volunt nonnulli, clausum esse sinum illum magnæ telluris: tendereq; ad septentrionem a tergo Cuba: ita ut septentrionales terras, quas glaciale circunsepit mare, sub arcto cõplectatur, sintq; uniuerfa littora illa contigua: unde credunt eas aquas obiectu magnæ telluris circumagi: ut in fluminibus licet cõspicere riparum gyris sese obiectantibus. Sed hoc minime quadrat. Eodem nanq; modo, nõ acriter tamen, sed leuifluere ad occidentem aquas perpetuo lapsu, inquit, qui glaciales tentarunt oras, & occidentem postea secuti sunt. Scrutatus est eas Sebastianus quidam Cabotus genere Venetus, sed a parentibus in Britanniam infulam tendentibus (uti maioris est Venetorum, qui commercij causa terrarum omnium sunt hospites) transportatus penè infans. Duo is sibi nauigia propria pecunia in Britannia ipsa instruxit, & primo tendens cum hominibus tercentum ad septentrionem, donec etiam Iulio mense, uastas repererit glaciales moles pelago natates: & lucem ferè perpetuam, tellure tamen libera gelu liquefacto. Quare coactus fuit, uti ait, uela uertere & occidentem sequi: tetenditq; tamen ad meridiem, littore sese incuruante, ut Herculei freti latitudinis ferè gradus æquarit: ad occidentemq; profectus tantum est, ut Cubam infulam a læua longitudine graduū penè parem habuerit. Is ea littora percurrans quæ Bacallãos appellauit, eosdē se reperisse aquarum, sed lenes, delapsus ad occidentem ait, quos Castellani meridionales suas regiones adnauigantes inueniunt. Ergo non modò uerisimilius, sed necessario concludendum est, uastos inter utranq; ignotam hæctenus tellurem iacere hiatus, qui uiam præbeant aquis ab oriente cadentibus in occidentem. Quas arbitror impulsu cœlorum circulariter agi in gyrum circa terræ globum: non autem Demogorgone anhelante uomi absorberiq; ut nonnulli senserunt: quod influxu & refluxu forsan assentire daretur. Bacallãos Cabottus ipse terras illas appellauit, eo quod in earum pelago tantam repererit magnorum quorundam piscium, tinnos æmulantium, sic uocatorum ab indigenis, multitudinem, ut etiam illi nauigia interdum detardarent. Earum regionum homines pellibus tantum coopertos reperiebat, rationis haudquaquam expertes. Ursorum inesse regionibus copiam ingentem refert, qui & ipsi piscibus uescantur. Inter densa nanq; piscium illorum agmina sese immergunt ursi, & singulos singuli complexos, unguibusq; inter squamas immixtis in terram raptant & comedunt. Propterea minime noxios hominibus ursos esse ait. Orichalcum in plerisque locis se uidisse apud incolas prædicat. Familiarem habeo domi Cabottum ipsum, & contubernalem interdum. Vocatus nanq; ex Britannia a rege nostro catholico post Henrici maioris

ioris

A toris Britanniae regis mortem, cōcurialis noster est: expectatq; indies ut nauigia sibi parētur, quibus arcanum hoc naturae latens iam tandem detegatur. Martio mense anni futuri M D X VI puto ad explorandum discessurum. Quae succedent, tua Sanctitas per me intelliget, modò uiuere detur. Ex Castellanis non desunt, qui Cabottum primum fuisse Baccalaorum repertorē negēt: tantumq; ad occidentem tetendisse minime assentiuntur. De faucibus & Cabotto iam satis. Ad Castellanos redeamus. Carthaginis portū & adiacentes Caribium insulas, quas appellāt sancti Bernardi, praeterlapsi sunt, uniuersamq; Caramairensē regionem intactam postergarūt. Hic ab exorta tempestate ad insulā, quam diximus aliās Fortem appellari, ab Vrabensis sinus faucibus distātem lequas cū ceter quinquaginta, proiecti sunt. In ea insula canistros, ex canis marinis contextros, reperere in barbarorum tugurijs multos sale plenos. Salinis egregijs nobilitatur insula: eius salis permutatione aliena comparāt incolae. Ad praetoriam nauem uoluitauit onocrotalus auis ingens, uulture maior, quae guttur demittit multicapax: paludum Rauennatum quondā domestica, autorum testimonio: nescio an & nostra tēpestate capi facile passus est: & circūductus per uniuersae classis naues tandem interiit. Viginti aliorū in littore stantium agmen uiderunt procul. Grandiorē nauem praetoriam, puta iam quassatam & minime utilem, a tergo reliquerūt, ut paulatim & sedato mari sequeretur. Vndecimo calendas Iulij appulsa est classis ad Darienem: in quartū inde diem praetoria nauis, sed uacua, superinducta est. Dariennensis populus, duce Vascho Nunnez Balbóa praefecto, de quo aliās latam fecimus mētionem, cum psalmo, Te deum laudamus, obuīam tria prodit milliaria. Intra domos, in prouincialium domorum modum aedificatas, habitatorum quisque uenientes suscepit libens. Prouincias has omnes regiones liceat appellare: quandoquidem procul uictae sunt, omnibus regulis eiectis. Prouincialibus reficiuntur fructibus, & pane recenti, tam radicali quam maizio. Cetera secum classis afferebat: salitas puta carnes, salios etiam pisces, & triticeam in cupis farinam. Ecce regiam in abstrusis terris classē: ecce non modò intra cancri tropicum, uerum etiam ipsi æquinoctiali circulo ferè suppositos Hispanos, contra multorum sapientū sententiā, ut ibi pedem figant, & colonias construant. Postea uero quā in unum conuenere, quid consilij ceperint, intelligamus. Altero die ab appulsu classis, quadringentorum quinquaginta hominum Dariennensium sit conuentus. Publice arcaneq; cōiunctim simul & uiritim, indagatū est de rebus scriptis à Vascho praefecto australis pelagi, (Is est magistratus quem diximus ab Hispanis uocari Adelantatum.) Comperitum est uera fuisse quaecunque de australi pelago terrae illius, regi significauerit: debere in Comogri, Pocchorrosae ac Tubanamae dititionibus, ex ipsius Vaschi praefecti iudicio, erigi arces impraesentiarum, ut coloniae postmodum produci queant. Missus est propterea Ioannes Aiora nobilis Cordubensis praetor cum hominibus quadringentis, quatuor caruelis & una minore nauis aduectis. Is primo Comogrensem captat portum, lequas ab Dariene distantem fortè quinq; ac uiginti, uti scribunt literis praesentibus. Inde ad austrum ex quadringentis centū quinquaginta missurus est, nouo itinere rectiore reperto: quā inquirunt sex & uiginti tantū lequarum esse intercapedinem ab Comogri regia ad sancti Michaëlis sinus fauces. Reliqui è quadringentis pedem ibi fixuri sunt, & inde auxilia praestituri euntibus redeuntibusq;. Centū uero illi & quinquaginta ituri ad austrum, aptos secum interpretes australiū linguarum ducūt è nostris: qui ea didicerunt idiomata à mācipijs habitis à Vascho, cum eas terras peragraret: & ex ipsis mācipijs, qui linguam iam callent Hispanam. Aiunt hi distare Pocchorrosae portum à Comograeo lequas septem tantū. In Pocchorrosae propraetor ex praetoris & aliorū sanctione uiros relicturus est quinquaginta, cum nauis leuiore, qua fungantur officio cursorum: & ueluti terra per equos di

C spósitos fieri solet: ita mari certiores hi faciant prætorem & Dariennenses de rebus emergentibus. Locaturi etiam sunt in Tubanamæ solo domicilia: à Pocchorosa inquit distare Tubanamæ atria lequas uiginti. Ex quadringentis hominibus his, ex priscis Dariennensibus rerum experientia pollentibus, quinquaginta, qui decurionum loco novos dirigant & ducant ad res gerendas, destinati sunt. Ita dispositis rebus, fuit consilium regi hæc significare, atq; unà certiozem reddere, esse in illis terris regulum nomine Dabáibam, cuius regnū auro sit opulentum: sed intactum adhuc relicto, ob potētiā. Hunc secūdo magno flumine illo, de quo aliās mentionē fecimus, habere regnum, uniuersamq; ditōnis ipsius tellurem auro uberem, fama est uulgaris. Lequas inquit distare ab Dariene Dabáibæ regiam quinquaginta. Inde aiunt incolæ auri copiā per cōfinia spargi. Licet & ab Dariene, uti aliās diximus, lequas tantū tres, nostri habeant aurifodinas non ignobiles, quibus impræsentiarum fruantur, multisq; in locis effodiendo aurum colligūt: feracius tamen esse Dabaibæ regnum credunt. In primis nostris ad tuam sanctitatem primitiis, mentio de hoc Dabaiba facta est: sed errore ducti, cum Dabaibæ piscatores reperissent, Dabáibam ipsum inter palustria loca se offendisse arbitrati sunt. Ad Dabaibam igitur tercentum deligere uolunt egregios ex uniuerso exercitu bello aptos iuuenes, telorum omnis generis & armorum copia magnifice instructos, qui eum adeant, & detrectantem pacem sternant, & debellant. Iterum atq; iterum repetunt, in argumētum opulentiae futuræ, se paucis in locis effodere, ubi non commixtis terræ grumulis aureis occurrant. Quæ scripserint refero. Consulunt & regi condendam esse in sanctæ Marthæ portu, in regione, appellatione incolarum, Saturmæ, coloniam, quæ sit futura refugium nauigantibus ex Dominica insula: à qua cursum ferunt esse quatuor aut quinque dierū ad eum Saturmæ regionis portum; & ex sancta Marthæ triū ad Darienem, eundo inquit: reditus nanq; illis adeo durus est, ob eum quem diximus decursum aquarum, ut arduos uideatur montes redeundo conscendere. Non est huius torrētis uis ex Hispaniola & Cuba redeuntibus in Hispaniam tanta, quamuis & ipsi laborēt contra labentē oceanū: quia sit hic pelagi amplitudo ingens, qua uagari queant aquæ fluētes. In Paria tractu stringūtur aquæ lateribus eius terræ & multarum insularum adiacētium ex aduerso compressæ: ut iliquet in Siculo freto coniectari, ubi est aquarū impetus is, quem tua Sanctitas nouit, qui Scyllam & Charybdim efficiūt, ob angustias illa maria recipientes, Ionium uidelicet ac Libycum & Tyrrhenum. Ex Guanassā insula & Iáia Máiaq; & Cerabaróno, regionibus Beraguæ occidentalibus, scriptum reliquit Colonus huius inuenti princeps, reperisse furorem tantum in proram, ea littora uersis uestigijs orientem quaritando, ut neque licuerit interdum plum bata fundum tentare, quin illam secum pensilem raptaret aduersus impetus. Neque ipse quiret aliquando integro die, licet uentus aliquis flaret in puppim, uel unico milliari decursum uincere. Hinc est quod sæpe cogātur Cubam, Hispaniolam demumprehendere prius, ut mox lato pelago ad septentrionem captato, cursum dirigant in Hispaniam, quò boreales flatus illis adiuuētō sint ad impellendum naues, quas itinere recto minime quirēt perducere. De motibus oceani ultro citroq; iam satis multa. Quid de Dariene & colonia in eius ripa deducta, quam diximus sanctam Mariam Antiquam ab ipsis appellari, scribant, recensendū est. Loci situs est inualidus, pestifer, Sardo cælo perniciosior. Pallēt omnes, ictericis similes. Neq; à natura regionis id euenit: multis nanque in locis sub iisdem latitudinis gradibus signorum, salubrem benignamq; reperiūt aëris clementiā: ubi scilicet nitidos terra fontes gignit, ubi uel flumina ripis meant currentibus haudquaq; cœnosis: sed præcipue ubi cliuos, nō ualles inhabitant. Locus autē ille in Darienis fluminis ripa situs, in profunda est ualle locatus, collibus undiq; arduis circumseptus; qua de causa solares radios meridianos suscipit suos


A in uerticem ferè perpēdicularēs, & à montanis labētibus radijs à fronte tergoq; ac lateribus grauius uexatur. Radiorum quippe solariū seruorem repercussio parit, non accessus ad terram: quia in se minime sint passibiles; quod ex niuib; altorum montiū colligi potest, uti optime callēt tua Sanctitas. Propterea cadentes in montibus radij per obiectum decliuem ad ima rotātur, uti saxum ingens rotundum, à culmine montis deiectum. Valles ergo & contingētē sibi radiorum partem ex directo, & præcipitem cliuorum ac montium ex transuerso, suscipiunt. Est ergo Darienis habitatio à natura loci particularis, non à regione perniciofa. Est & pestifer à natura soli locus, quod cœnosus paludibus foetidus septus sit. Imò uicus ipse palus est, ubi ex guttis m̄cipiorum dextra cadentibus, dum irrigant pauimenta domus, illico bufones gignuntur: uti alicubi ego ipse uidi in pulices guttas illas æstate conuerti. Vbicunq; præterea effodiunt ad sesquipalmum, scaturiūt aquæ infalubres omnes & corruptæ à natura fluminis qui ad mare cœnoso atq; inerti alueo per uallē profundā delabitur. Propterea de loco mutando cōsulunt. Ibi figere pedē primos necessitas coëgit: tanta enim urgebātur egestate, qui primū ad eas terras appulsi sunt, ut de loco mutādo cura defuerit. Iniqua igitur soli sedes, illos uexat ob solares radios. Deterior aquarum & corrupti aëris, ob cœnosos uapores, inclementia reddit inualidos. Nec portu nobilitatur ullo locus ipse, qui distat à sinu faucibus lequas tres: estq; iter arduū asperumq; ad comportandū cōmeatus à mari. Ad alia contingētia ueniamus. Vbi primū appulsi sunt, multa illis acciderūt hæcenus incognita. Medicū quendam eximīū Hispalensem, quem antistitis autoritas, & auri simul cupiditas, tranquillam linquere uitam in patria stimularunt, adorta est dormientē cum uxore uis fulguris: domus cum uniuersa supellectile illi exarsit. Attoniti uir & uxor penē nudi proclamātes & semiusti uix euaserūt. Stantibus in littore, molossus sesquianniculum rapuit crocodilus ingens, & uti miluus pulliculum solet: miserum canem, domini auxiliū uasto latratu implorantem, ante omnium oculos asportauit. Noctu uespertilionum moribus torquebātur: si dormientem forte momorderint quempiam, exhausto sanguine, trahūt in uitæ discrimen: & mortuos fuisse nonnullos ea tabe compertū est. Si gallum, aut gallinā sub die noctu uespertiones deprehenderint, in cristam aculeo fixo, interimunt. Crocodilis, leonibus ac tigribus & hi aiunt infestari terram: sed inuentas iam esse artes quibus multi capiuntur. Reperisseq; se in sociorū domibus tigrium ac leonū interfectorum pelles, scribunt. Boues, porcos, atq; equos, adolefcere ibi maiorē in modum, & grandiores fieri genitoribus dicunt, ob ubertatē soli. De arborum proceritate, deq; terræ uarijs fructibus, de hortēsis, & satis omnibus nostratibus: de ceruis & quadrupedibus feris, uarijs etiā generibus auium ac pisciū, eadem referūt, quæ scripsi aliās. Caretam regulum, regionis Coibæ principem, triduo habuerunt hospitem: & admiratū nostra harmonica instrumenta, equorumq; phaleras, ac cætera illi peregrina, beneq; donatum remisērūt. Is nostris significauit arbores gigni in prouincia, quarū tabulis naues constructæ tutæ sunt à corrodentibus marinis uermibus. Est nanq; dira hæc pestis nostris nauibus in portibus illis. Ait esse amaritudinis tantæ ligni genus illud, ut facile abstineant ab eius gustū. Est & alia peculiaris terræ arbor, cuius si folia nudū alicuius corpus tetigerint, uibices eleuent ingentes: & nisi illis aqua marina uel salua matutina medeatur, illico letalem suo ueneno excitent dolorem. Hanc arborem & Hispaniola parit. Eius etiā lignum olfactu aiunt esse mortiferum, nec portari quoq; lignum posse sine uitæ periculo. Cum excutere à se tantæ seruitutis iugum sæpe insulares Hispaniolæ tētauerint, nec cesserit unquam aperto Marte uel insidijs, reperti sunt eo ligno uoluisse primarios noctu dormientes suffumigatos interimere. Sed admirati ligni reperti nouitatē Christiani, fateri fraudem miseros coëgerunt, & commentū autores pœnas dedere. Habēt ipsi genus herbæ, cuius

Ex guttis
bufones.

Præsentis ueni
arbor.

Codore fulti remediū sibi comparāt, ab eius ligni ueneno, ut portare illud queant indemnes. De his leuibus iam satis. Sperant ex insulis australis pelagi maiorem multo copiam habituros. Parabat enim Petrus Arias (nuncio qui ad nos literas tulit discedēte) profectiōnē ad eam insulam quæ prominet medio in sinu sancti Michaëlis à nostris appellato: à Vascho intacta relicta ob perturbatū eo tempore mare. De qua late in trāsitu Vaschi ad austrū. Multa indies maiora præteritis expectamus. Ceptæ sunt enim & prouinciæ plures aliæ, quas non inutiles aut nō parū mirandas fore putamus. Ioānes ille Díaz Solisius Nebrissensis, de quo fecimus aliquādo mentionē, missus est per Frontem illā sancti Augustini, quæ lineam superat æquinoctialē gradus septem, & ad Portugallēses pertinet, ut la tus australe à tergo Paria, Cumanæ, Cuquibacōæ, portuumq; Carthaginis & sanctæ Marthæ, Darienis & Beraguæ nostris nauigijs percurrat, quò apertior & plenior de tractibus illis habeatur notitia. Missus est alius nauiū trium ductor Ioannes Poncius, qui Caribium terras depopuletur, & in seruitutē obscoenos hominum uoratores redigat, quò liberæ sint ab ea peste iam tandem adiacentes mitium insulæ, & unā prouentus earū insularū & arcana liceat uestigare. Missi sunt & alij per diuersa. Gaspar Badaiocius ut occidentem percurrat. Franciscus Bezerra, ut per sinus ipsius angulum. Et Valleius, ut per fauces eius ad orientalem sinus oram traiciant, ad arcana telluris eius exploranda: in qua Fogeda nuper sinistris auibus pedē figere cœperat, arce ac pago ædificatis. Cum octoginta prius militibus instructis ex Dariene Badaiocius discessit: quem secutus est cum quinquaginta Ludouicus dictus Mercado: Bezerræ uero addixerunt octoginta: Valleio septuaginta. Portus ne tutos capturi sint, an in malefidas stationes ca furi, summi rerum artificis prouidētia nouit. Nos autē homines casuum notitia postquam emerferint, includimur. Ad alia ueniamus.

D. PETRI MARTYRIS ANGLI
 MEDIOLANEN. OCEANEAE DECADIS
 tertiæ, liber septimus.



Vix bene domo exierat Petrus Arias putati continentis gubernator, appulsus ad Darienem, cum plerisque appendicibus: quando ad curiam, negociationis gratia, sensu uenisse quendā Andream Moralem, nauiū ea littora noua percurrentium nauclerum: qui & crediti continētis oras, & insularum adiacentium tractus, & Hispaniolæ interna omnia diligenter sollicitēq; scrutatus est. Vestigandæ Hispaniolæ curam uiro huic frater Nicolaus Ouandus militiæ Alcantaræ maior commendatarius, Hispaniolæ gubernator, demādauit: quod ingenio polleret, essetq; ad huiuscemodi rem explorādā cæteris aptior. Super his Andreas hic indices & tabellas formauit egregias: quibus præbetur fides à reliquis rem intelligētibus. Is ad me uenit, uti solent alij ab oceano redeuntes. Quæ ab eo & plerisque alijs hætenus ignorata didicerim, tractemus. Sit Hispaniolæ particularis descriptio, quæ primam huius narrationis frontē amplectatur: quandoquidē caput est & emporium uniuersæ liberalitatis oceani: habeatq; mille atq; iterum mille formos, comptas dītesq; Nereides nymphas quæ ipsam, tanq; Tethym alteram dominam & genitricem, circumsēpant, comantq; decentes. De Nereidibus ipsis, id est, circumambiētibus insulis, pauca mox differemus. Insula demum Margaritæa Diues à nostris appellata, in australis pelagi sancti Michaëlis sinu iacēs iam trita (quæ nobis miranda præbuit impræsentiarum, & maiora de futuro pollicetur) superueniet: candētibus armillata, torquata & coronata Cleopatris unio nibus; de quorum conchylibus in calce narrationis par erit aliqua pertingere.

Ad

A Ad elysiam iam Hispaniolam ueniamus: & à prima nominum impositione exordiamur: de forma & cœli clemētia mox: de ipsius diuisione demum confereamus. Ex insula Matinò, de qua in prima decade, cum accentu in ultima, uti tua Sāctitas noscet per uirgulam superimpositam in omnibus eorū uocabulis, ne toties repetendum sit, ubi accentus nouorū uocabulorū iaceant: inquit hi trāsuectos suis monoxylis canois, dico lintribus uniligneis, primos habitatores, e patria per aduersā factionis partes eiectos: ut Dardanū ex Corytho legimus, & ex Creta Teucrum in Asiam, & solum postea Troianum appellatum: Tyriosq; ac Sidonios, fabulosa ducēte in Libyam Didone, classē appulisse. Extorres igitur Matininoenses e proprijs laribus, in Hispaniola & ea insulæ parte quæ Cahonáo dicitur, ad ripam fluminis appellati Bahaboni, sedem posuere: Vti est in Romanis initijs de Aenea Troiano in Italiam ad Latium Tibrim deuecto. Intra Bahaboni fluminis ostiū iacet insula, ubi dicuntur aduenæ primam domum erexisse: hanc appellauere Camotéiam. Domum eam sacrarunt postmodum, & reuerenter coluerunt semper, ad aduentum usq; nostrorum, & donis perpetuis salutabant: uti nos initialem nostræ religionis Hierosolymam, Mahometæi Mecham, & ueteres Fortunatarū insularū cultores in magna Canaria Tyrmam super alta rupe structam: unde sese multi lætis animis & psallentes præcipitabāt, à sacrificiis eorū persuasi, animas inde se amore Tyrmæ deijcientium beari, ad æternasq; delicias perducī. Reperere id obseruatū ad nostra usq; tempora Fortunatarum debellatores: nec decidit hodie à communi sermone sacrificiorum memoria: nomenq; rupes ipsa retinet. Didici etiā nuper esse in insulis ipsis, à Betanchóro Gallo primo Fortunatarum cultore, habita tamen ab Castellanis regibus uenia, uti aliás dixi, Betanchóranam factionem, quæ adhuc & linguam & mores Gallicos seruet, licet Betanchóri hæredes, Castellanis uiris, uti suprā memorauimus, domitas duas insulas precio reliquerint. Habitatores

B tamen qui Betanchórum secuti fuerāt, & sibi domicilia fabricauerāt, familiasq; ibi auxerant, perstiterūt: atq; unā cum Hispanis fortunate uiuunt, Gallicorum frigorū expertes. Ad Matininoenses pedē referamus. Nomina Hispaniolæ à primis habitatoribus imposita fuere, primum Quizquéia, dehinc Haití. Neq; hæc ad imponētium uoluntatē solū, sed ab effectu credito ab eis. Quizquéiam dicunt rem grandem, qua nulla sit maior. Quizquéiam interpretantur uastitatem & uniuersum ac totum: uti Græci suum Panem. Quia sunt arbitrati, ob eius magnitudinem, esse uniuersum orbem terrarum, neque sole calefieri quicquam aliud præter eam insulam cum adiacentibus cæteris: propterea Quizquéiam dici debere statuerunt. Haití uero dicitur asperitas, eorum uetere lingua: atque ideo insulam appellauere uniuersam Haití, per metonymiam à parte totum denominantes: quia hæc insula plerisq; in locis horrescat aspera montium facie, ac tetra syluarum densitate, uallibusq; ob altitudinem montium formidolosis & obscuris: licet alibi sit amœnissima. Hic est aliquantisper, beatissime pater, digrediendum. Mirabitur beatitudo tuā, quonam pacto simplices homines recolant huiuscemodi principia à distantibus, quandoquidem nullum genus literarum assequuntur. Mos est apud eos ab æterno, in regum domibus præcipue, ut filios eorum boitijs, id est sapientes, in rerum agnitionem memoriter erudiant. In ea præceptione duabus maxime rebus intēdunt: generali alteri, de rerum origine ac successu: particulari alteri, de parētum, auorum, atauorumq; ac maiorum omniū præclare gestis bello & pace. Quæ duo præcepta rhythmis habent composita eorum lingua. Hos Aréitos appellant. Et, uti citharædus apud nos, cum tympanis illi suo more fabrefactis suos aréitos concinunt, & choreas cantando ductitant. Tympanū maguēy dicitur. Habent & aréitos amatorios: habent & querulos & excitantes ad pugnam, cum suis quencq; sonis rei quadrātibus. Utuntur & saltationibus, in quibus sunt nostris

*Insulariū filios
instituedi ritus.*

C multò agiliòres, quia nulli alteri rei magis inuigilant, suntq; nudi, nec uestibus occupantur. In Areitis à maioribus habent uaticinatū nostrorū aduentum: quibus gemendo, uti per elegias, perniciem suam detonant. Maguacochios aiunt, id est uestitos homines, uenturos ad insulā, a matos ensibus, hominem scidentibus uno icū: quorū iugo posteritas eorū subdenda foret. Nec miror quidem uaticinatos eorum maiores seruitutem filiorum; si uerum est quod de lemorum familiaritate referunt. De quibus satis late in primæ nostræ decadis libro nono (uti de zemibus, id est de eorum simulacris, quæ colebant) differuimus. Nunc autem fatentur zemibus sublati nusquam ultra quenq; apparuisse. A scribunt nostri signo crucis, quo se omnes muniūt: sunt namq; baptisimatis lauacro abluti. Est & uniuersis ingens cura de noscendis finibus & regnorum terminis: sed hæc generalis mitaïnus omnibus, id est nobilibus; mitaïnos enim appellant nobiles: ita ut suæ sint & hi patriæ non inepti cosmetræ. Vulgo nulla est cura alia præterquam de sementibus & sationibus. Piscationibus sunt & apuissimi: quia toto anno omnibusq; diebus sese fluminibus immergunt: neq; minus agunt in aquis uitam, q̄ in terra. Venatu etiam inuigilant. Habēt namq; duo genera quadrupedū, uti aliàs diximus: utiās, hæ sunt cuniculi parui: & serpentes iuanas, de quibus in prima decade satis, crocodilis assimiles, octipedales terrestres, suauissimi saporis. Volucres autē innumeras nutriunt omnes insulæ: puta palumbes, anates, anseres, ardeas; psittacorū præterea non minorem q̄ apud nos passerulorū copiā. Quisq; regulus suos habet ditionarios dispartitos, uenatui hos, illos piscationi, agriculturæ alios addictos. Ad nomina redeamus. Quizqueiam, diximus, & Haitin esse antiqua nomina. Cipangam etiam à regione montana, auro ferace, pleriq; uniuersam insulam appellauere: uti poëtas uidimus nostros Italiam appellasse aliquando Latium, à parte ipsius. Ecce, uti Ausoniam Hesperiamq; maiores Italiam dixerunt: ita hi Quizqueiam, Haitin, Cipangam. Nostri autem primo Isabellam ab Helisabeth regina, quam Hispanum idioma nuncupat Isabellam, à prima colonia condita in littore septentrionali insulæ. De qua satis in prima decade. Ab Hispania postmodum appellant diminutiue Hispaniolam. De nominibus satis, de forma nunc loquamur. Qui primi percurrerant insulam, castaneæ folio similem cum sinu ad occidentem, mihi depinxerunt, Cubam insulam prospectantem. Hic autem Andreas Morales nauclerus, aliter depictam, parum tamen ad me tulit: ab utroq; quippe angulo, orientali puta & occidentali, magnis sinibus cauatam esse describit, cornuaq; protendere longissime. Intraq; magnum sinum orientalem portus locat amplos tutosq;. Dabimus operam ut aliquando ad sanctitatē tuam is. index particularis Hispaniolæ mittatur. Eodem namq; modo suum indicem affert, quo Hispaniam & Italiam cum suis quamq; montibus, uallibus, fluminibus, urbibus, & colonijs, arbitror beatitudinem tuam sæpe cōspexisse. Comparemus sine rubore, comparemus, beatissime pater, Italiæ reginæ quondam orbis terrarum, Hispaniolam: quandoquidem si quantitatem dimetiemur, paulò minor reperietur. Est namq; Hispaniola ab oriente distenta in occidentem milliaria, uti iuniores uolunt, quadraginta supra quingenta. Almirantum diximus in prima decade produxisse mēsuram. Lata uero alicubi tercentum ferè, angustior tamen alibi, ubi cornua iactat. Sed Italia est hæc multò beatior, beatissime pater: maiori quippe ex parte sui est adeò temperata & amœna, ut neque frigore urgeatur molesto, nec calore uexetur immodico. Habet utrunq; solstitium Hispaniola penè par æquinoctijs. Vix enim horam integram ascendit dies ut noctem superet, aut e conuerso, in meridionali latere, in septentrionali aliter. Pleraque regiones in ea iacent, in quibus aliquando frigus uiget. Sed id accidere beatitudo tua intelligat, ex consono ad id obiectu montium, ut infra latius dicemus: neque tamen est atrox adeò, ut habitatores niues molestēt unquam. Perpetuo præterea gaudet

Vere

Hispaniola
multis nomi
nibus præ
fertur Italia

A Vere, perpetuoq; autumno felix hæc insula. Frondescunt ibi toto anno arbores, & prata uirescunt. Fortunantur ibi omnia mirifice. Quantum hortensia coalescant intra sextumdecimū diem, caules, lactuca, boragines, raphani, & huiusce modi sata: cucurbitæ, melones, cucumeres, & similia intra trigesimum, satis late alibi. De animalibus autē diximus, boues ex Hispania transuectas in multo maiores euadere. Boues elephātis, porcos mulabus, cum de augmento est sermo, comparant, hyperbolice tamen. Diximus & suillas carnes sapidas esse ac salubres, propter myrobalanos & patrios fructus alios, quibus uescitur, suapte natura nascētib; uti apud nos fagineæ sunt, iliceæ, quernæq; grandes. Vites etiā si cura insit, mira coalescunt ubertate: & si cui animus aliquando fuit, de serendo in montibus tritico, ubi parumper frigoris uigeat: in plano minime, ob nimiam agrorum pinguedinem. Est incredibile auditu. Spicam superare lacerti crassitudinem, spithama longiorem, granaq; nutrire quamlibet duo millia amplius asseueranter inquirunt, & iureiurādo affirmāt. Sed salubriorem insulæ panē iuccæ præsertim, aiunt, quem uocant cazābbi: quia sit digestionī aptior: quodq; feratur & colatur facilius atq; uberius. Id autem temporis quod superest, auro intendunt legendo. Est tanta omnium quadrupedum copia, ut iam & equi & coria bouum & pecudum portentur in Hispaniam. Genitrici iam succurrit filiola multis in rebus. De coccineis arboribus, de aromatibus, de colore glauco, de mastice, gossampio, de electro, & multis alijs eius prouētibus, satis multa alibi. Quid felicius ergo beatissime pater in terris, quam uiuere ubi fas sit tot tantaq; passim uidere & frui? quid beatius quam agere uitam, ubi non cogaris angustiis includi cubiculis, horrenti gelu, aut anxio calore: neq; hyeme oporteat ponderosis uersibus corpus onerare, aut suras perpetuo igne cremare, quæ senefaciunt homines in ictu oculi, ac uires labefaciunt, trahuntq; mille morborum genera. Salubrem præterea inquirunt esse aërem, salubres & fluminum aquas, utputa quæ

B auro perpetuo superlabuntur. Nullus est nanq; fluuius, nulli montes, pauca plantities, auro immunes. Ad particularem tandem internam huius beatæ insulæ cosmographiam deueniamus. Habere Hispaniolam quatuor flumina, quæ ferè portionibus æquis eam diuidāt ex altis mōtib; uno ad orientem, hoc lunna dicitur: ad occidentē altero, quod Attibunicus: tertio ad meridiē, quod Hāiba: ad septentrionem quarto quod Iache, aliās narrauimus. Nouam hic nauclerus affert ab incolis ab æterno obseruatam descriptionem. In quinque partes uniuersam diuidemus: dehinc cuiusq; prouinciæ regiūculas ueteribus nominibus appellabimus: quodq; memoratu dignum in singulis erit, recēsebimus. Insulæ initium ab oriente amplectitur prouincia nomine Caizcimū: sic appellatam, quia eorum lingua cimū frontem siue initium significat. Sequitur illam Huhābo, inde Caihābo. Quarta est Bainōa. Angulum occidentalem tenet Guaccaiarima: sed penultima Bainōa latioribus constat terminis, quam tres eam præcedentes. Caizcimū à prima insulæ fronte protenditur ad flumen per urbem primariam sancti Dominici labens, quod est Hozāma. Ad septentrionem autē terminatur ad montes asperos, dictos ob sui horrorem Haitī particulariter. Huhābo montibus Haitī & flumine Iaciga includitur. Caiābo tertia amplectitur quicquid iacet inter Cubāho & Dahatio ad ostium usq; fluminis Iacchæ, unius ē quatuor æque diuidentibus insulam: & ascendit ad montes Cibāos, ubi est maior auri copia. In quibus nascitur fluuius Demāhus, caditq; per fontes fluminis Naibæ, alterius ē quatuor ad mare australe, ad aliam fluminis sancti Dominici ripam. Bainōa capit initium à finibus Caiābi, ad insulam usque Cahini: quæ iacet ferè contigua littori septentrionali ipsius insulæ, ubi primam diximus ædificatam fuisse coloniam. Reliquum ad occidentem occupat Guaccaiarima prouincia. Atque ideo Guaccaiarimam appellāt, quod sit insulæ extrema pars: marimam ipsi appellant podicem; insulæ podicem uocant, Gua est apud eos articulus: & pau

*Rara terræ
fecunditas.*

Ca sunt, regum præcipue nomina, quæ non incipiunt ab hoc articulo gua: ut Guarionexius, Guaccanarillus: & hinc multa etiam locorum nomina. In Caizimu, regiones sunt, Higuéi, Guanamá, Reyre, Xaguá, Aramaná, Arábo, Hazóá, Macorix, Caiacóá, Guaiágua, Baguanimáho, & asperi montes Haitienfes. Hic de aspiratione pauca referamus: quæ aliter se habet quàm apud Latinos. Aduertendum est, nullam inesse aspirationem uocabulis eorum, quæ non habeat effectum literæ consonantis: imò grauius aspirationem proferunt quàm nos consonantem. Proferendumque est quicquid est aspiratum eodem halitu quo f, sed minime admoto ad superiores dentes inferiore labello: ore autem aperto, ha he hi ho hu, & concussio pectore. Hebræos & Arabicos eodem modo suas proferre aspirationes uideo. Hispanos etiam in his quæ ab Arabibus diu possessoribus uocabula acceperunt, experior idem seruare: multa quippe retinet: ut almohádda, quæ dicitur puluinar: almoháza, quæ interpretatur strigilis: & huiusmodi multa quæ anhelante pectore promunt. Placuit hæc recēdere, quia apud Latinos accentus plerumque solus aut aspiratio mutant significatum: uti hora pro parte diei, & ora pro plurali huius dictionis os: aut ora pro regione, ut, Troiæ qui primus ab oris. In accētu autem, accentu mutato, occido uel occido. Ita & in horum simplicium lingua maxime seruandi sunt accentus, & aspiratio promenda. De accentu supra diximus, & articulo gua. In Huhábo prouincia sunt regiones, Xamána, Canabacóá, Cuhábo: multæque aliæ quarum nomina nondum didici. Caiábus prouincia regiones habet, Maguá, Cacacubána. Huius regionis incolæ longe aliam habent linguam ab Hispanolis reliquis, & Macoryxes dicuntur. Cubaná est alia regio: & ipsa lingua differens à cæteris. Baioháguia regio, diuersum & hæc idioma tenet. Aliæ sunt regiones, Dahabón, Cybáho, Manabáho. Cotoy est in insula medio: flumen interlabitur Nizaus: montes autem Maháitin dicti, Hazuá, Neibaymáo. In Bainóá regiones sunt, Maguána, Iagohaiúcho, Baurúco, Dabiágua, Attibuní à nomine fluminis, Caunóá, Buiáici, Dahabonici, Maiaguariú, Ariéi, Maccázina, Guahábba, Anniúici, Marién, Guaricco, Amaguéi, Xarágua, Yaguána, Azzuéi, Iáchi, Honorúcco, Diáguo, Camaie, Neibaimáo. In Guaccaieríma, prouincia ultima, regiones sunt, Mauicaráo, Guahágua, Taquenazábo, Nímaca, Bainóá parua, Cahaymí, Iamaizí, Manabaxáo, Zauána, Habacóá, Ayqueróá. Ad particularia nunc de regionibus ipsis quædam descendamus. In prouincia Caizimu, intra uastum initij sinum est antrum ingens, in rupe caua, sub radice montis altissimi, ad stadia duo circiter à mari: cuius ostium est magni templi foribus assimile, falcatum, ingens. Tentauit cum nauigijs antrum ex gubernatoris mandato hic nauclerus. Per latentes uías, inquit, ueluti ad sentinam concurrere ad antrum multa flumina. Et desiere post id mirari, quò tenderent flumina plura delabētia, quæ à nonaginta milliaribus uenientia fluendo absorbentur, nec appareant ultra. Per eius faxei montis uoragines deglutita iam arbitratur ad id antrum proficisci. Ingressus antrum nauclerus ferè absorptus est. Inesse rebullitus & uortices inuicem cōflicantes & orantia multa, inquit. Veluti pilam, cum horrendo mugitu, nauiculam eius uortices hinc, ebullitus inde, modo hanc modo illac, diu iactitarunt. Ingressum fuisse poenituit: nec quæ regrederetur intelligebat. In obscuro iam uagabantur, tū ob ipsius antri tenebras, quæ longissime petunt montis specum: tum quia perpetuæ ibi sint nebulæ ex salientibus uaporibus humidis in cōtinua cōflictatione ueniētium aquarū. Casui Nili è montibus Aethiopū, strepitum illū comparat. Surduerunt adeo, ut quid inuicē loqueretur, haudquaquam audiret. Euasit tandem pauidus de antro, ueluti de tartaro, putās rediisse ad superos. Ad milliaria fortè sexaginta, ab urbe primaria sancti Dominici, sunt ferè in prospectu mōtes alti, super quorum uertice stagnū est inaccessibile: à iunioribus nunquam uisum ob asperitatē montis, nec quod semita pateat ulla. Per uicinū tandem regulū ductus nauclerus, ut gubernatoris

Aspiratio quomodo sit proferenda in his insularibus uoculis

Flumina in antro absorbentur

A bernatoris mandatum expleret, montem ascendit. Stagnum adiit. Vigere ibi frigus ait. In hyemis argumentum, filices & rubeta mora gignentia, quæ duo calidam regionem minime patiuntur, inuenere. Montes uocant Ymizui Hybahaino. Circuit in gyrum lacuna milliaria tria. Dulcius est aquarum; uarijs piscibus egrègia est. Cadunt in eam riuus plures; nec habet exitum lacus, quia sit undique montium uerticibus circumseptus. De altero nunc Caspio siue Hircano, mediterraneo mari dico, cum uicinis alijs quibusdam dulcibus lacubus parumper conferamus.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. OCEANAE DECADIS

tertia, liber octauus.



BAINOA prouincia quæ triplo superat tres primas, Gaizimu scilicet, Vhabo & Caiabon, uallem includit Caiouani; in qua lacus est falsus, amarus, horridus, uti de Caspio legitur: propterea Caspium est animus uocitare: licet non sit Hircania regio. Voragines habet, è quibus & saliant aquæ marinae, & uenientes è montibus absorbentur. Putant esse amplas adeò profundasque cauernas eius, ut è mari per eas ma-

gni etiam marini pisces emergant: inter quos piscis quidam ab eis dicitur Tiburonus, qui hominem in ictu dentis secat medium & uorat. In Hozamam urbis primariæ fluuium è pelago ascendit tiburoni & multos dilacerant ex incolis: precipue qui se nullo pacto abstinent, quin quotidie lauandi gratia immergant fluuium. Flumina in stagnum delabuntur falsum, à septentrione Guaninabon, à meridie Xaccoei, ab oriente Guannabo, ab occidente Occoa. Magna hæc flumina perpetuaque esse inquitunt: & parua in Caspium cadere uiginti amplius. Sciant etiam à septentrione proximi stagno, non amplius stadio: stadiumque occupant in circuitu fontes plusquam ducenti, aquarum æstate frigidarum & dulcium potabilium. Hæc fluuium efficiunt minime uadosum, qui è proximo cum cæteris ad stagnum labitur. Hic est sistendum parumper. Regionis regulus, uxor rem, in sacello à Christianis in eius ditione structo orantem reperit, concubitum petit; habendam esse rationem loci deo sacri, uxor arguit, Cuius uerba hæc fuerunt: Teitoca teitoca: quod sonat, esto quiescens: tetcheta cynato guamechyna: quod sonat, dominus multum irascetur. Guamechyna dicitur dominus, tetcheta multum, cynato iratus. Inquit excusso brachio maritus: Guaibba, id est uade: cynato machabuca guamechyna: interpretatur, quid ad me quod irascatur deus? Vim uxori intulit: repente mutus effectus est, & semimancus. Poenitentia ductus, & miraculo percussus, donec uixit egit uitam religiose: nec passus est ultra sacellum uerri aut ornari aliena manu. Eo miraculo & incolæ multi & Christiani omnes commoti, sacellum pientissime frequentant. Aequissimo libentique animo ferunt regulum fuisse passum eius contumeliæ uindictam. Ad Caspium retrocedamus. Is lacus falsus procellis agitatur & tempestatibus, ita ut piscatorias sæpe nauiculas in præceps trahat, & cum nautis absorbeat. Neque repertus est naufragatus quispiam emeruisse, aut proiectus ad littus, uti assolet de cadaueribus deglutitis in mari. Sunt hæc tempestates Tiburonorum lauta conuiuia. Dicitur id Caspium hagueygabon. Iacet media insula in quam se piscaturi recipiunt, minime tamen culta. Est insulæ nomen Guarizacca. Amplectitur lacus ipse longitudine, millia passuum triginta: latitudine, duodecim, alibi quindecim. Est alius in eadem planicie lacus huic proximus, aquarum falsodulcium, quæ nec potui sunt bene aptæ: neque si necessitas urgeret, ineptæ. Longitudo est eius milliarium quinque & uiginti, latitudo octo: nouem & decem alicubi. Fluminum est multorum receptor: absorbentur & ibi aquæ caret

Piscis homines uorans.

*Vindicta miranda
polluti sacelli.*

C exitu. E mari etiam profiliunt in eum aquæ, sed pauca, propterea commixtus. In eadem prouincia lacus alius dulcis, nomine Iainaguà, ad occidentem, parum distans à Caspio. Habet & alium lateralem idem stagnum salum ad septentrionem, sed paruum, trium & quatuor milliariū in latitudine, in lōgitudine unum & paulò amplius. Hic est potabilis. Dicitur is paruus Guaccaa. Ad meridiem lacus eiusdem falsi, iacet alius lacus trium milliarium in lōgitudine ferè circularis, dictus Babbareo. Dulcis est, ut superiores duo. Hic lacus, quia caret exitu, nec uoraginibus deglutiatur, ad mare infalsum, si torrentibus augeatur, superfluas mittit aquas. Hic est in Xamanà Bainoæ prouinciæ regione. Est alius inter orientem & meridiem iacens ad latus Caspij, dictus Guanybám: milliarium in longitudine x. est ferè rotundus. Sunt præterea per insulam sparsi lacus alij parui, quos prætermittimus, ne diu morando in re eadem fastidium generemus. Hoc unum claudat de lacubus sermonem. In omnibus ingens piscium, ingens & uolucrum copia nutritur. Hi omnes lacus iacent in ualle amplissima, quæ ab oriente tendit ad occidentem milliaria centum uiginti. Lata uero est milliaria octodecim, ubi angustior: ubi amplior, quinq; ac uiginti. Collaterales habet mōtes, ad occidentem uersa facie Daiguani à sinistris: à dextris ab ipsius uallis nomine montes Caiguam dictos. Iacet ad radices montium Caiguaniensium ad latus eorum septentrionale uallis altera, superiore longior, latiorq;. Ducenta namq; ferè milliaria complectitur eius longitudo: latitudo ubi amplior, triginta: ubi angustior, circiter uiginti. Dicitur uallis Maguana hic, ibi Iguamu, alibi Hathathiei. Quando quidem de hac parte uallis quæ dicitur Atiei mentio incidit, diuertendum est ad inauditum de marino pisce miraculum. Huius regionis regulus piscatione delectabatur: Caramatexius dicitur. In eius retia piscis catullus incidit, de genere piscium immanium, qui dicuntur Manati ab incolis. Minime notum arbitror

D genus id monstri per nostra maria. Est nanque testudineæ formæ quadrupes: squamis tamen, nō concha munitus: corlo durissimo, ita ut neq; sagittam uereatur: mille uerrucis armatus, tergo autē plano, & capite penitus bouino. Aquatilis est, & terrestris piscis, mitis, iners, uti elephas, utiq; delphin, hominibus sociabilis, sensu mirabili. Infantulum piscem domi regulus aluit dies aliquot pane patrio, ex iucca & panico puta confecto: radicibus etiam alijs quibus homines uescuntur. Adhuc paruulū proiecit piscem in lacum suis adibus proximum, tanquam ad uiuaria: qui lacus & ipse suscipit aquas, nec illas euomit. Est lacui nomen Guaurábo: qui dehinc lacus Manati est appellatus. Liber in aquis piscis annos uagatus est quinq; ac xx. Adoleuit in immēsum. Quæ de baiano, quæ uerè de arionæo delphinis feruntur, distant ab huius piscis gestis. Pesci nomen est impositum Matum: quod significat generosum aut nobilem. Quando ergo ex reguli familiaribus ei notis præcipue, quisquam in lacunæ ripa Matum Matum, hoc est, generose generose, proclamabat: humani beneficij memor, caput eleuans ad uocantem pergebat. Pascebatur hominum manu. Si uero quispiam transfretandi cupidus, signa dabat: prostratu suo traiecturos inuitabat. Decem aliquando monstrum conscendisse uno receptu, transportatosq; fuisse omnes incolumes psallendo & cantando, compertum est. Sed si Christianum quenq; erigēs caput cerneret, summergebatur, & parēre recusabat: quia fuerat à Christiano iuene quodam petulante affectus iniuria. In piscem namq; mitem & domesticum fuerat iaculatus hastam acutam: licet haudquaquam læsus fuerit ob duritiem corij, quod habet uerrucosum, asperumq;: illatam tamen sensit iniuriam. Et si quando uocabatur à notis, ex illo die circumaspectabat prius diligentissime, ne quis uestitus Christiano more adesset. Luctabatur in ripa cum reguli cubicularibus: sed præcipue cum adolescēte regulo grato: cum quo domi cibos aliquādo sumpserat. Cercopitheco lepidior erat. Fuit longo tempore uniuersæ insulæ singulari solatio: nam & incolarum & Christianorum multitudo ingens ad

Monstrum marinum in delictis habitum.

A ad monstri miraculum quotidie confluebat. Sapidas inquitunt esse illius speciei piscium carnes, multosq; maria illa generant. Amissus est tandem facetus piscis Matum: ad mare deuectus ab Attibunico, uno e quatuor æque diuidentibus insulam fluminibus: ex alluuiæ inaudita tiphonibus horrendis comitata, quam ipsi uocarunt furcanum. Superauit Attibunicus ripas adeò, ut uniuersam impleuerit uallem, & sese lacubus omnibus immiscuerit. Secutus ergo Attibunici torretem bonus matumus, facetus, sociabilis, matrē antiquam & natales aquas repetiuit, nusquam aliàs uisus. Satis digressum. Ad uallis sitū ueniamus. Habet uallis hæc collaterales mōtes Cibauos & Cayguanienses: ad mare australe illam deducūt. Est & uallis alia ultra Cibauos montes ad septentrionem, quæ dicitur uallis Guarionexij: quia regulus ille Guarionexius ab auis & maioribus alijs ab hominum memoria uniuersæ ualli semper hæreditario iure imperitauerit. De hoc regulo multa in primis insulæ narrationibus & prima nostra decade. Est uallis centum octoginta milliarium longa ab oriente ad occidentem: lata uero à meridie ad septentrionem, triginta, ubi angusta: ubi latior, quinquaginta. Initium capit à regione Canabocóa, per prouincias Huhábum & Caiábum: terminaturq; in prouinciã Bainóam & regionem Mariénam. Iacet autem media inter Cibauos mōtes & Cahonáos & Cazacubúnam. Nulla est prouincia, regio nulla, quæ non sit celebris maiestate montium, ubertate uallium, amœnitate collium, & fluminum interluentium copia. Nulla montium aut collium latera, nulla flumina, quæ non abundant auro, & suauium piscium dapibus: uno fluuio excepto, qui ab origine sua & mōtanis fontibus eius, falsus egreditur, labiturq; falsus donec pereat. Is dicitur Bahuán: & regionē Maguánam prouinciæ Bainóæ interfecat. Existimant per meatus aliquos gypseos aut salinas subterraneas iter sibi fecisse fluuium. Sunt in insula salinæ celebres: de quibus latius infra dicemus. Per quatuor ea flumina perq; prouincias quinq; diximus insulam diuidi. Datur & alia partitio. Constat insula uniuersa quatuor montium cacuminibus, quæ mediã secant ab oriente in occidentem. Succosa cuncta: auro feracia cuncta: e quorum cauernis & faucibus uniuersæ aquæ fluminum euomuntur. Sunt in eis antra horrenda: sunt & tractum obscuræ ualles: sunt faxeæ rupes. Nullum animal noxium in ea repertum unquam. Nullum quadrupes rapax, non leo, non ursus, non tigres feroces, non insidiosæ uulpes, nō lupi uoces: beata omnia: beatiora nunc quod intra tui gregis oues, beatissime pater, sint recepta tot hominum millia: zemibus omnibus, dæmonum simulacris, eliminatis. Si res huiusmodi aliquando in discursu nostræ narrationis repetiero, sicq; digredior interdum, ut hæc referam, beatissime pater, ne mihi succēseas. Feruor animi præ lætitiã, cum audio, cum uideo, cum scribo ista, me uelut Apollineus & Sibyllinus quidam spiritus exagitat, cogitq; idem sæpe referre: quando præcipue sentio, quò tendat nostræ religionis amplitudo. Hoc tamen inter fata hæc uberrima iacet medium, quod me angit nō mediocriter. Simples hi nudi homines, paruo erant assueti labori. Pereunt multi ex immensa fatigatione in aurifodinis: desperantq; adeò ut sibi mortem multi cōciscant, nihilq; curent de procreatione filiorum. Sumere matres grauidas medicamina, inquitunt, quo immaturos partus ædant, cum cernāt se parituras Christianorum mancipia. Licet ex regio diplomate liberos esse sancitum sit, seruire tamen cogūtur ultra quã homini libero placeat. Extenuatus est miserorū numerus in immēsū. Duodecies centena capitum millia amplius fuisse aliquando censita multi ferunt. Quis nunc sit, horresco referre. Missa hæc faciamus. Ad oblectamēta mirandæ Hispaniolæ regrediamur. In mōtibus Cibauis, qui ferè mediã insulæ sedem in prouincia Caiábo, tenent, ubi diximus natiui auri uberiozem esse ortum, regio est dicta Coróhi, in nubibus sita, celsis montiū culminibus circumuallata, frequens habitatoribus: planitiæ constat milliarium quinq; & uiginti longa, lata quinde-

Quid nō mortalia pectora cogis, Auri sacra fames!

Cum. Superat ea planities ceterorum montium cacumina, ita ut reliquorum montium hi montes uideantur esse principes & genitores. Planities hæc quatuor sentit anni tempora: Ver, æstatem, autumnum, & hyemem. Siccescunt ibi herbae, nudantur frondibus arbores, prata canescunt: quod minime diximus accidere cæteris in locis insulæ, quæ uer tantum & autumnum hospites habent. Filices nutrit ea tellus & hortos, serpentina rubeta mororum altricia, quæ frigus inesse regioni ostendunt. Amœna tamen regio est: neque horridum est frigus, puta quod rigore niuibusq; haudquaquam incolas premat. Vbertatem eius regionis à filicibus arguunt, quorum frutices inquirunt hasta crassiores generari. Auro ditia sunt eius montana latera. Non itur ad id effodiendum, quia uestitis opus esset fossoribus, ob frigora, & laboribus assuetis. Habitatores autem paruo contenti molles sunt: propterea minime ferre quirent hyeme sub dio uitam. Flumina regionem interluunt duo, è cacuminibus presentium montium delabentia. Unus Comoiaixa, qui tendit ad occidentem, & in Naibæ alueo nomen amittit. Alter Tircotus dicitur: hic ad orientem fluens, Iunnæ fluminis aquas auget. In insula Creta prætereunti mihi ad Soldanum retulere Veneti, regionem huiusmodi iacere intra Idæorum montium cacumina, quæ cæteris feracior sit insulæ regionibus satione frumentaria. At quoniam ob angustas ad culmina uias Cretenes illi aliquando defecerint, diuq; contra Senatus Veneti auctoritatem regionem armis tutati sint: quando post longa tempora se, iam bello fessi, dederunt, regionem desertam relinqui Senatus uoluit, portis angustiarum clausis, ne quisquam, iniussu Veneti Senatus, ad eam conscenderet. Eo autem anno qui fuit secundus à quingentesimo supra millesimum, iam uenia dabatur agricolis colendi regionem, aptis autem ad arma minime. Est & alia regio in Hispaniola nominis eiusdè Coroy. Ea prouincias disternat Vhabum & Caiabum. Montes uallesq; & planities habet: sed quia sterilis, minime frequens est habitatoribus. Maior est in ea auri copia. Est ibi auri origo: nõ grumatim, non minutim legitur. Inter tofos & rupium uenas solidum purumq; aurum inuenitur: scindendo saxa sequuntur auri uestigia. Esse arborem uiuam auri uenam comperiunt. Quacumq; pateat iter è radice per apertas mollesq; scatebras, ramos ad superna supercilia montis emittit: neque unquam datur quiescere donec cœli auram assequatur. Formare ibi, uiso aëris fulgore, bactras & grumos pro fructu, animaduenterunt. Hæ sunt quæ per uniuersam disseminantur insulam per alluuias raptatæ ad ima, de natura pöderosorum. Non autem illic procreari putant ubi leguntur, in sicco præsertim, in fluminibus aliter. Radicem arboris aureæ tendere ad terræ centrum, inquirunt, & ibi coalescere. Quo nanq; profundius effodiatur, eo truncos reperiunt crassiores, si per montis scatebras liceat. E ramis autem filo subtiliores aliquos captant: digitos æquant alios, pro scissurarum hiatu. Accidit & incidisse in cauernulas auro fultas: per ramorum tamen ascendentium uias: quibus repletis ex substantia trunci serpente ab imo carpit iter ramus quæ pateat. Intercipitur sæpe saxi soliditate. In cæteris rimis tamen nutritur ex halitu & uirtute radicum. Quid ergo auri efferatur interrogabis, beatissime pater. Ex sola Hispaniola uehitur in Hispaniam quotannis quadringentorum & quingentorū interdū millium ducatorum auri summa. Id ex quinta regia intelligitur quæ ad fiscum uenit: octoginta nonaginta & centū milliū castellanorum auri, & aliquando maior. Quid ex Cuba, quid ex insula sancti Ioannis fecundis & ipsis auro speretur, infra dicemus. De auro satis dictū. De sale, quo cōdiamus quæ auro emuntur, sit sermo. In regione Bainoæ prouinciæ in montibus Daiagonis ad miliaria duodecim à Caspio falso lacu, salinæ sunt montanæ saxeæ, crystallo lucidiores, cãdidioresq;. Sunt & huiusmodi salinæ quæ crescunt mirum in modū in Laletania, quæ Catalonia dicitur, sub duce Cadonæ, regionis illius optimate primario. Sed nobiliores has Bainoas esse asseuerant, qui utraq; noscunt.

Quantum auri uehatur quotannis ex Hispaniola in Hispaniam.

A noscunt. Sine cuneis & ferreis clavis hoc scindi minime posse aiunt. Laletanum autem facile frangi, & ego expertus sum. Hoc tofea, illud marmorea comparant duritiei. In prouincia Cayzimù regiūculis Iguanamà, Caiacóa, Guariágua scatent admirabilis naturæ fontes, superficie prima dulces: quæ mediū tenent aquæ falsodulces: quæ fundo iacent amaræ falsæq̃. Putant falsas maris aquas leniter emanare: in supercilio fluere de montibus per terræ meatus dulces. Hæ summerguntur: emergunt illæ: nec sufficiunt hæ corrumpere penitus illarum latices. Quæ sunt mediæ utraq̃ suscipiūt, & utrarunq̃ fiunt participes. Si autē quis in alicuius fontis margine stratus aurē fixerit, cōcauam esse adeo ibi terram noscit, ut reboet à milliariibus tribus ueniēs eques: pedes autem ab uno milliari sentitur. In ultima ad occidentē regione Guaccaiarima, in regiuncula Zauána homines uiuere aiunt, montium cauernis & syluestribus fructibus contentos, qui nunquam mansueuerint, neque aliorum unquam hominum commercio usi sint: sine certis sedibus, sine sationibus aut cultura ulla, uti legitur de aurea ætate. Hos certo aiunt idiomate carere. Cernūtur aliquādo. Habuerunt ad manus neminem. Si quando uenientes ad conspectum hominum quenquam ad se moueri cognouerint, ceruo celerius confugiunt. Canibus aiunt Gallicis agiliores esse. Quid ex his soliuagis lepidissime unus egerit, audi beatissime pater. Prædia nostri habent in densarum sylvarum & nemorum marginibus. Solati gratia Christiani quidam Septembri mense anni M D XIII prædia uisunt. E nemore saltu insperatus elinguis homo: subridens à Christianorum lateribus puerum rapit, domini possessionis filium, habitū ex insulari foemina. Ausugit soliuagus: ut sequatur innuit. E nostris & e nudis insularibus multi currunt ad raptorem: prehenderunt minime. Vbi uidit facetus soliuagus desisse Christianos à persequendo, puerum reliquit in biuio, quæ subulci uagabantur, porcos cogentes ad pascua. In puerum subulcus incidit: in ulnis susceptum ad genitorum sese torquentem portat. Esse de genere Caribium genitor soliuagum arbitrabatur. Voratum iam filium deslebat. In eadem insula maritimis locis e scopulis picem legunt, arborea pice duriolem amariorēq̃, propterea nauibus fuscandis contra uermes corrodes, quos dicunt bromam, de quibus late aliās, commodior est. Gignit ex duobus arborum generibus picem insula: ex pinu, puta, & arbore dicta copéi. De pinea prætereo, quia uulgò ubiq̃ generetur. De copéia arbore dicamus: de pice fructuq̃ pauca, quia pix nō aliter ex ea legitur quam ex pinu: licet dicant plerique stillicidio colligi comburendo eius lignum. Fructus autem eius paruus est, uti prunum, esui satis aptum. De folio auditu nouum est pulchrum naturæ cōsiliū. Arborem esse hanc existimandum est, cuius folijs Caldæi literarum primi repertores, conceptus mentis absentibus significabant, priusquam usus chartæ reperiretur. Spithameum est latitudine folium, rotūdumq̃ ferē. Acu aut spintere uel stilo quouis ferreo siue ligneo inscribunt nostri, non ineptius quam charta, ut libet. Risu dignū est, quæ insularibus nostri de folio persuadeant. Nostrorum imperio folia loqui putant boni homines. Missus est ex urbe Dominica primaria insulæ, insularis quidam ad mittētis amicum, qui distabat in interna colonia, cum utijs (diximus esse cuniculos) assis. Ex itinere, siue fame, siue gula impellēte, nuncius tres utias edit. (Sunt muribus non maiores.) Folio rescripsit amicus quot receperit. Ad seruum herus inquit: En quid? ubi tua fides fili? potuit ne tantum gula, ut creditas utias comederis? Tremēs miser & admiratus, fassus est errorem: sed unde id habuerit, herum rogat. En folium quod tuipe affers mihi recēset. Horasq̃ illi accessus ad amicum ac discessus cum regrederetur, edicit. Ita lepide fallunt stolidos insulares: & pro dijs habent nostros, quorum imperio folia promant, quæ ipsi arcana esse putarunt. Sparso per insulam rumore, quod folia nostrorum nutu loquantur, in fide depositi retinet insulares. Vtraq̃ folij facies literas uti charta nostra suscipit.

C Membrana duplicata crassius est folium, tenax mirum in modum. Dum est res
Arboris foliū scribēdo aptū. cens, literas ostendit candidas in suo uiridi: quando siccatur, uti tabella lignea, candescit durefcitq; sed caractères flauescunt. Minime autem corrumpitur, nec si madefiat: notas dimittit nunquam, nisi comburatur. Arbor est alia, nomine Xagua, cuius pomi acerbi succus glauconiger pingit quicquid tetigerit, adeo cohærenter, ut nequeat ullo lauacro abradí intra dies uiginti: ubi maturuerit pomum, uim eam succus amittit. Comeditur, & sapidum est pomum illud. Est & herba quæ, uti de ligno aliás memorauimus, suffumigio perimit. De nostris interimendis reguli quidam conuenerunt, cum non auderent aperta ui prouinciam fumere, statuerunt locare intra quandam domum multos eius herbæ fascēs, ut domum postea succenderent, quo accurrētes nostri ad extinguendum ignem, eo suffumigio letalem cōciperent morbum. Patefacto consilio, iuerunt pœnas sceleris autores. Extra ordinem pleraq; nunc inseramus, beatissime pater, quandoquidem tua Sanctitas placere sibi scribit quæcunque de nouis oris referantur. De maizij, agium, iuccæ, battatarum & radicum omniū escariarum satione, cultu & usu, satis multa hæcenus. Vnde autem uenerint in hominum commoda, minime adhuc diximus; id referamus.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. OCEANEAE DECADIS
 tertiæ, liber nonus.



D

Triticum hordeūq; quis primo ad culturā redegerit.

D RIMOS aiunt habitatores contentos uixisse diu radicibus his, palmarum puta Maguëiorum, quæ est herba sedo siue aizoo, quam uulgus semperuiuam appellat, similis. Guaiégárum, uti tubera terræ, sunt rotundæ radices hæ ac maiores. Guaiéros & edebant, sunt uti pastinacæ. Cibáios, uti nuces sunt hæ. Cabaíoes, uti cepæ. Macoánes idem uti cepæ: multis præterea radicibus alijs. Boítium, id est, sapiētem senem, aiunt post multa annorum curricula in unius fluminis ripa fruticem uidisse ferulæ similem: inde euulsam radicem ex agresti fecit hortensem. Et qui primi iucca uescebatur cruda, breui peribant. Cum esset eius gustus suauis, decreuerunt diuersis experiri modis pertinaciter eius usum. Assa elixaq; minus nocebat. Deuenerè tandem ad agnitionem ueneni, succo latentis: & eo modo exiccata conditaq; & deducta in cazáby, panem præbet stomachis humanis triticeo saniozem, quod aptior sit digestioni. Idem de cæteris radicibus, & maizio inter naturæ semina ab ipsis electo. Vti Cererem legimus triticum hordeumq; huiuscemodí etiam alia frumenta, quibus humanum genus fruitur, delegisse in Aegypto, ex granis raptatis cum limo è montibus Aethiopum per incrementa Nili, relictaq; in Niliaca planitie Nilo regrediēte ad alueum, ad culturam rede-gisse. Vnde diuinis Cererem honoribus dignam iudicauit antiquitas, ad culturam redactis electis seminibus. Agium species innumeræ sunt. A folijs & floribus earum uarietas dignoscitur: harum species una dicitur guanaguáx, hæc est intus forisq; albida: alia guaraguéi, colorem habet uiolaceum foris, intus autem candidum. Appellat alios ages zazauéios, hi rubescunt foris, intus candescunt. Alios squiuetes, intus forisq; albidí sunt. Est túnna ubiq; uiolaceus. Hobos flauescit pelle carneq;. Est alius dictus atibuniéix pelle uiolaceus, carne candidus. Aniguámar cute uiolaceus est, interius albescit. Guaccarácca pelle candescit, uiolascit carne. Sunt multa præterea, quæ nondum ad nos delata sunt, quibus recitandis scio me nimium excitare inuidorum calcaria, qui ridebunt, si quando ad eorum manus mea scripta deuenient, quod ad supreme occupatum herorem

A roẽm beatitudinem tuam, cuius humeris uniuersi Christiani orbis onus inhæret, minuta mille scripserim. An Plinius, cæteriçq; insignes doctrina uiri, quando huiuscemodi & ab his diuersa dirigebant ad potentes, principibus, quibus cum disserabant, prodesse solum intenderunt, ab inuidis cuperem intelligere. Illustribus obscura, magna paruis, crassis minuta, commiscebant, quò posteritas principum causa agnitione rerum uniuersa frueretur; particularibus autem rebus intenti & nouarum rerum cupidi, particulares oras tractusçq; ac terrarum prouentus & mores gentium naturasçq; rerum intelligere quirent. Ridebunt ergo ipsi nostras curas; deridebimus nos eorum, non inscitiam, non incuriam, non desidiam, sed perniciosam solertiam: & eorum torturæ pectoris miserebimur, colubrisçq; inuidorum edulsi eos commendabimus. Si uera sunt quæ de tua sanctitate Galeacius ipse Butrigarius & Ioannes Ruffus, impræsentiarum Cusentinus archipræsul, nunciij tuæ sedis apostolicæ retulerunt, placitura omnia non dubitauero: nec incultas uestes nostras, quibus res mirandas teximus solum, non ornauimus, collegimus, non descripsimus, abiecturam existimamus. Satis rebus ipsis factum uideatur, quod tua causa inuigilauerimus, ne perirent. Tollat hinc quisçq; suæ crumenæ quadrantem monetam. De boue uerueceçq; à lanijs secto, propterea nihil ad uesperam superest, quia humerus huic placet, illi femur, alteri collum, nec desunt quibus & illa satisfaciant, aut crura conducant. Satis euagatum cum liuore rabido. Quibus modis nascentes regulorum filios, reguli salutent: quo ue pacto uitæ finem principio commodent: cur ue quisque regulus multis nominibus uocitetur, parumper referamus. Nascente alicui regulo prole, finitimi accurrunt, reginæ cubiculum intrantes. Hic natam sobolem uno nomine salutatur, alius alio. Salue lucida lampas hic: Relucens ille: Domitor hostium alius: Fortis herois atnepos alius: Auro splendidiorem appellatur alius, & inania multa. Propterea uti Adiabenicus, Parthicus, Armenicus,

B Dacicus, Germanicus, Romanorum quisçq; dicebatur, pro parentum & maiorum titulis: ita hi à regulorum impositione, utputa Beuchius Anachaóna, Xaraguæ regionis dominus. De quo, sororeçq; ipsius Anachaóna prudẽte fœmina, late in prima decade. His nominibus appellabatur Tureigua Hóbin, quod sonat, rex resplendens uti oricalchum. Alius solum Starei, id est relucens. Alius Huího, hoc est altitudo. Duiheyniquẽ alius, interpretatur diues fluuius. Cum his Beuchius omnibus nominibus, & alijs quadraginta amplius se ornat, quando docunçq; sit aliquid imperaturus aut per præcones edicturus. Horum si quis incuria uel negligentia unum prætermitteret, summa se affici contumelia rex iudicaret. Idem de cæteris. In testamentis autem quàm fatue sese habeant intelligamus. Ex sorore prima primogenitum, si insit, relinquunt regnorũ hæredem: sin minus, ex altera, uel tertia, si ex secunda proles desit: quia è suo sanguine creatam sobolem eam certum est. Filios autem uxorũ suarum pro non legitimis habent. Si ex sororibus defuerint, fratribus: si fratres, tunc filijs legant. Si filij desint, ei qui potentior habetur in uniuersa insula regnum commendant, quo suos ditionarios ab auitis hostibus tueatur. Vxores ducunt quotquot placet. Ex uxoribus chariores cum regulo sepeliri patiuntur. Anachaóna soror Beuchij Xaraguæ regis, qui in componẽdis areitis, id est rhythmis, uates habebatur inter egregios, iussit formosorem ex fratris uxoribus & pellicibus, quæ Guanahattabenechéna dicebatur, uitam cum uiro sepeliri, duasçq; comites. Censuerat ut plures, nisi crepidati fratres sui Francisci, qui fortè aderant, precibus obstissent. Guanahattabenechénam aiunt parem nullam in uniuersa insula habuisse pulchritudine: secum sua monilia sibiçq; uiuenti gratos ornatus sepeliuit. Aquæ phialam & cazáby panis portionem cuiçq; locant in sepulchro. In huius Beuchij reguli regno Xaraguæ, & in Hazúa Caiábi regionis parte, in ualle etiã egregia lacuum salis & dulcium, & in Yáquino Bainóæ prouinciæ regione ra-

Hæredes insularis regni.

Regi mortuo, uxor uiua consepeliri patitur

Cropluit. Hæ habent omnes auitas fossas, quibus aquas non ineptiore ducunt ordine per campos irriguos, quàm nouæ Carthaginis & regni Murcienſis habitatores in Spartaria, ob pluuiidarum aquarum infrequentiam. Maguána uero regio Bainoam à Caiábo dirimit, & Zauána à Guaccariáma. In profundis etiam uallibus crebrioribus uexantur pluuijs, quàm opus eſſet. Urbis etiam primariæ ſancti Dominici circumuicina plerunq; plus æquo humectantur. In reliquis temperate pluit. Varij ſunt ergo in Hispaniola motus elementorum: uti de alijs multis legimus regionibus. De colonijs in ea poſitis ſatis in prima decade. Villulas poſtmodum poſuere, Portum Plata, Portum Regalem, Láres, Villanouam, Azuam, Saluaterram. Nunciám de adiacentibus inſulis innumeris (quas immẽſæ Tethydis Nereides diximus, eam comantes) notas deſcribamus. A uiciniori, Arethufa altera nobilitata, licet aliás inutilis ſit, exordior. Ad milliaria à ſuæ Tethydis littore ſex iacet paruula, à noſtris Duas Arbores, antiquo nomine prætermiſſo, appellata: quia duabus polleat arboribus tantum: quibus uicinus eſt fons, ex Hispaniola ſubter mare per latẽtes meatus ſcatens: ut ex Elide in Arethufam Siculam Alpheus. Ex hõbis, id eſt myrobalanis, & multis arboribus Hispaniolæ folia in fonte ſaliẽtia, quibus inſula caret, rem teſtatur. Originem capit fons à flumine Yamirõa regionis Guaccariámæ, Zauána terræ proximo. Piſcaria tamen eſt inſula, cuius circumferentia milliare uix complectitur. Rectã ab oriente ſancti Ioannis inſulam, ueluti ianuã cuſtodem noſtra Tethys habet. De qua multa aliás. Auri ferax eſt, & ubertate ſoli æque fortunata ac ſua genitrix Hispaniola. Coloniae ſunt & in eam iam deductæ, auroq; legendo intẽditur. Ab occidẽte ſeptentrionali tergum Tethydis ſeruat ingens Cuba, putata diu cõtinens, ob ſui longitudinẽ: longior nanq; eſt ipſa Hispaniola. Secat mediam ab oriente in occidentem cancri circulus. Hispaniola uero & reliquæ

D meridionale ipſius latus ſeruantur clauduntur medio ferẽ ſpacio à tropico ad æquatorem intra zonam, quam ardore ſolis deſertam, multi ueterum arbitrati ſunt. Sua illos opinio feſellit. In Cuba inſula ditiores reperiri aurifodinas aiunt, quàm in Hispaniola. Hac hora qua hæc ſcribo, coacta eſſe in Cuba referunt caſtellianorum auri centum octoginta millia conflanda: magnum opulentiaẽ argumentũ. Eſt his auſtraliõr Iamaica, læta fertilisq; inſula, benignitate ſoli fortunatiſſima: uno tantum monte contenta, ſationibus recipiendis aptiſſima, ac belli ſtudijs aſpera. Nequeunt uniuerſa quæ præ manibus habent complecti paruo tempore. Iamaicam aliquando Colonus huius rei princeps, Siciliaẽ comparauit magnitudine. Minorem eſſe, non multò tamen, qui eam exactius tractauere aiunt: de illius felicitate nil negant. Auro & gemmis expers eſſe creditur. Idem in initio de Cuba exiſtimabant. Guadalupẽa inſula, Caraqueira prius dicta, gradus ab auſtrali latere Hispaniolæ quatuor propior eſt æquinoctio. Circuit miliaria quinque ac triginta ſupra cẽtum. Corroſa duobus ſinubus (uti de Britannia maiore legimus, & Calidonia, quæ Scotia nunc eſt) ita ut penẽ ſiant duæ inſulæ. Portubus eſt celebris. Id gummi reperere ibi generari, quod pharmacopolæ Animen album uocant: ad capitis grauedinem ſua ſuffumigatione tollendam. Cuius arbor fructum producit cariotis ſimilem ſpithamalem. Aperta farinam uidetur includere dulcem. Vti noſtri rurales caſtaneas & huiuscemodi pleraq; ſeruant hyemandas, ita hi huius arboris cariotas. Eſt arbor ficulneæ ſimilis. Pi-neas hortenſes & cætera naturæ edulia cuncta, de quibus late in ſuperioribus, & hi aſſequuntur. Imò & putant ab huius inſulæ habitatoribus aliás inſulas tot ſuauium fructuum ſemina habuiſſe. Quia Caribes uagi circumuicina omnia, homocupiõ cauſa, pertriuertunt: quicquid uero utile peregrinũ ubiq; inueniebãt, domũ porrabãt ſerendũ. Intractabiles ſunt, nõ patiuntur hospites: magna uero opus eſt ad hos debellãdos. Sagittis uterq; ſexus, & his uenenatis, ualet plurimum. Si quando foras uiri proficiſcãtur, ab iniuria ueniẽtium ſceminæ ius ſuum uiriliter tuentur.

A tuentur. Inde puto creditum insulas eo esse oceano, quæ solas mulieres ferant: uti mihi persuasit Admirantus ipse Colonus: & in prima nostra decade diximus. Motes planitiesq; assequitur uberes hæc insula, & fluminibus nobilis est. Mella in arboribus & iaxorū specubus nutrit: uti de Palma Fortunatarum insula, quæ mella colligit inter rubeta uepresq;. Ad orientem ab hac insula, iuniore uocabulo dicta Desiderata, ad millia passuum octodecim, concluditur millibus passuum uiginti, & ipsa elegans. Ad miliaria uero decem ab ipsa Guadalupea ad meridiem circunferentiæ miliarium triginta iacet Galanta, plana. A pulchritudine sua appellata est Galanta: quia Hispanum idioma elegantes galanes appellat. Ad miliaria nouem à Guadalupea sex paruæ sitæ sunt insulæ ad orientem, uocatae Todos Sanctos & Barbata. Hæ scopulosæ sunt ac steriles: sed cognitu necessariae nauigantibus. Ab hac insula Guadalupea ad septentrionem miliaria quinq; & triginta, est insula dicta Monserratus. In gyro hæc millia passuum continet quadraginta: altissimo monte celebris. Insula dicta Antiqua à Guadalupea millia passuum triginta, circuit miliaria circiter quadraginta. Admirantus ipse Diecus Colonus primi repertoris filius, mihi retulit, uxorem suam quam, uenturus ipse ad curiã, in Hispaniola reliquit, scripsisse ad eum, repertam esse inter Canibalicas insulam auro feracissimam. Ad eam nondū itum est. Læuo Hispaniolæ lateri ad meridiem Portui Beatae proxima inhæret insula, Altus bellus appellata. Mira ferūt de huius insulæ belluis marinis, sed de testudinibus præsertim. Magno ancili scuto inquirunt esse grãdiores. Quo tempore genitalis & improbus eas furor exagitat, è mari prodeūt. Egesta in profundam scrobem arena, ter & quater centum oua dicitur in scrobem demittere. Geniali uulua iam exhausta, remittit arenæ tantum quantum ad oua cooperiēda sufficiat, reditq; ad marina pascua, de sobole nil sollicita. Ad statutos illi belluæ procreandæ à natura dies, pullulat, uti è formicario, testudinum multitudo, solo calore solis

B sine parentum adminiculo generata. Anserina ferè oua, inquirunt, æquare magnitudinem. Carnem testudineam uitulinæ cõparant sapore. Sunt & innumerae aliæ insulæ, quas neq; bene tritas habent: neq; opus est tam tenuiter farinam hanc cribrare. Satis est intelligere paratas nobis esse terras immēsas, quæ & nostras gentes & linguas & mores ac religionem, aduenientibus annorum curriculis sint amplexuræ. Non Teucris Asiam, non Tirij Libyam, non Græci & Phœnices Hispaniam sic repente impleuerunt. De insulis autem quæ Hispaniolæ latus septentrionale custodiunt, mentionem prætereo: quia licet piscationibus & culturis aptæ sint, relictae tamen sunt à nostris tanquam pauperes. Iam ualeāt annosa Tethys nymphæq; madētes ipsius comites: ueniat coronata superbe, australis pelagi cultrix, re ac nomine diues. In libello epistolari, ad beatitudinem tuam anno superiore per proprium meum familiarem misso, quem tua sanctitas ipsa, audientibus plerisque sacrae sedis apostolicæ Cardinalibus & Amata sorore, perlegit, quo die Michaëlis archægeli festum tibi credita celebrat ecclesia: diximus Valchum Nunnez Balboam, eorum ducem qui montes arduos superauerant ad austrum, fama didicisse, iacere insulam in prospectu littorum margaritis grandioribus optimam: cuius regulus potens esset ac diues, qui bello sæpe littorales regulos infestaret, Chiapen & Tumaccum præsertim. Scripsimus & relictam fuisse intactam ob furentes tempestates, quæ mare illud australe rabide tribus anni mensibus infestant. Nunc iam tritam habemus. Nunc mitem ex ferocissimo regulum eius effecimus. Hunc cum uniuerso eius dite regno tua sanctitas amplectatur: quandoquidem ad baptismatis lauacrum admissus est. Cuius ducis auspicijs, quo ue modo res acta sit, haud alienum erit ab instituto nostro cõmemorare. Quare quo res acta sit ordine, tua beatitudo serena fronte ac placidis auribus intelligat.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLAN. OCEANEA DECADIS

tertiæ, liber decimus.



Ppullo Petro Aria gubernatore, Gaspari cuidã dicto Mora
 li, Ditem insulã adeundi prouincia demandatur. Ad Chiap
 pem, quẽ alij Chiapeiũ uocant, & Tumaccum, regulos au
 strales, relictos à Vascho amicos, tẽdit. Amicẽ magnificeq̃
 suscipiũtur nostri. Classẽ instituũt qua traĩciãt ad insulã.
 Hanc Ditem insulã appellãt, non autẽ Margaritã, licet mar
 garitis abũdet, quia Margaritã uocarũt prius aliã, quã pro
 xima est Ori Draconis in Paria regione, & ipsã margaritis uberem. Sexaginta
 tantũ traducit Gaspar armatos ad insulam. Nõ licuit transmittere plures, quod
 essent nauigia quã ipsi culchas appellãt exigua. Ferox horridusq̃ sit nostris ob
 uius regulus. Huius nomen non didici. Minabundus prodit cum armatorum
 familiarium magno comitatu. Guazzãuara, in pugnaẽ tesseram, in clamitant: &
 unã uibrant missilia. Non arcubus hi pugnant. Guazzãuara sonat idem quod
 certamen inimicum. Quatuor inuicẽ guazzãuaris, id est pugnis, confertum
 est. Nostri superiores euaserũt, unã cũ Chiapeis & Tumaccheis insularis reguli
 hostibus: quia ex insperato regulum adorti sunt. Studebat regulus cogere ma
 iorem exercitum: sed persuasus à uicinis littoralibus, ne ultra confligeret, per
 niciem & florentis regni excidium illi, exemplo sui & aliorum, ostendentibus,
 monstrantibusq̃ nostrorum amicitiam, sibi suisq̃ amicis gloriam & utilitatem
 parituram. Quid Ponchã, quid Pocchorrosã, Quarẽquã, Chiapã, Tumacco,
 & reliquis conferere manũ uolentibus, acciderit anno superiore, recolunt. Ces
 sit ab armis regulus. Nostris uenit obuiam. In atrium ducit. Id ferunt miris esse
 modis ornatum & bene regium. Nostris ubi primum ingressi sunt eius regiam,
 canistrum arte summa laboratum, margaritis plenum dono dat. Octuncialium
 librarum decem supra cẽtum ea fuit unionum summa. Habitis ẽ nostris rebus,
 fertis uitreis puta, speculisq̃ ac tintinnabilis orichalceis, delectatus est: & forte
 securi aliqua ferrea, quas hi multo maioris faciunt q̃ auri cumulos. Nostros deri
 dent, qui rem adeo grandem & utilem pro ulla auri summa præbeant: cum sit
 securis ad hominum multa commoda utilis, aurum autem ad lasciuĩam tantum
 faciat non necessariam. Alacer ergo lætusq̃ nostrorum commercio, manu præ
 hensum prætorem, & primarios ad eminentem atrij turrim, qua dispectare li
 cebat pelagus uniuersum, ducit: & oculos circumuoluens ait: En apertum ma
 re infinitum neque sole terminatum: & dextram protendit ad orientem prius.
 Versus dehinc ad meridiem & occidentem, in immensum distendi terras, qua
 rum uastã magnorum montiũ moles uidebantur, insinuabat. Propius demum
 sese recipiens, inquit: En insulas à dextra læuaq̃ nostrã huic regiaẽ collaterales
 nostro imperio parentes. Omnia opima, beata omnia: si beatas eas uos appella
 latis terras quã auro & margaritis abundant. Auri apud nos est parua copia:
 sed margaritis plena sunt omnium quã adsunt insularum profunda littora. Ex
 his quotquot appetiueritis, à me habebitis, modò in amicitia inita mecum per
 sistatis. Prouentibus uestris magis ego fruar & delectabor quã margaritis.
 Propterea haudquaquam me à uestro commercio discessurum dubitetis. Hęc
 & huiuscemodi multa inter eos acta sunt. Volentibus iam nostris inde reuer
 ti, pacti sunt, ut quotannis præparet regi magno Castellã donandas unio
 num libras octunciales centum. Postulata suscepit libens: nec magni quidem
 fecit, nec se uectigalem propterea effectum putauit. Apud hunc regulum tan
 ta est ceruorum & cuniculorum copia, ut ẽ domibus liceret nostris quotquot
 optarent sagittis transfigere. Laute ibi uitam agunt & affluenter. Gradum uix
 sextum ab æquatore distat ea regia. Radicalis & maizij panis ac uini ẽ granis

A & fructibus eadē est ratio, quæ Comogro; quæ cæteris tam cōtinentibus quā in insularibus. Baptizatus, beatissime pater, hic regulus est cum suis omnibus. Ad tuos ergo greges hæc oues additæ sunt cum suo pastore. A nomine gubernatoris Petrus Arias uoluit nōminari. Amicē conuenerūt, amicus secedūt. Suorum naualium culchis, id est lintribus monoxylis, aliorū modo fabrefactis, nostros iuuat, quō commodius redirent in continentem. Comitatusq; nostros est ad litus. Margaritas allatas, quinta parte magistratibus regijs præbita, inter se diuise runt. Mirum in modum preciosas esse aiunt. Ecce uno argumento quanti fiant quæ ab insula Dite feruntur. Candidas & pulchre ornatas auelanam & aliquid maius æquantes, multas tulerunt. Vna præcipue margarita, quam manu Bartholdi Mediolanensis cuiusdā affinis mei, summus pōtifex Paulus prædecessor tuæ beatitudinis, à Veneto emit mercatore, precio quatuor & quadraginta millium ducatorum, mihi memoriam suscitauit. Inter nanq; allatas ex insula, una reperta est mediocrem æquans nucem. Venum sub hasta posita, fuit empta precio mille ac ducetorum castellanorum auri, inter Darienenses ipsos. Ad manus tandem Petri Ariæ gubernatoris aduenit. Hanc eius uxor, de qua discedente cum marito mentionem aliquando fecimus, honoratam apud se habet. Arguimus preciosam necessariò esse debere, quæ tanti constitit in ea margaritarum multitudine, ubi non iam singulæ coëmuntur, sed libratim, & quando tenuius, unciatim. Neq; Venetus ille mercator Paulinam magno emit in oriente. Incidit demum in tempora huiuscemodi lasciuia, propterea non defuit helluo margariteus. De conchylibus pauca nunc dicamus. Non præterit beatitudinem tuam, Aristotelem, Pliniumq; Aristotelis in hac ratiocinatione sectatorem, uaria sensisse de margaritarum generatione. Igitur hi pedem, & una in re tantū, sistunt, nil assentientes in reliquis; neq; quod pelago uagentur, neq; ullo unquam tempore moueātur, ex quo nata sunt, fateri uolunt. Esse in maris fundo prata, gra-

B men thymosum quoddam gignentia, uolunt: & ea se uidisse affirmant. Generari, ali, coalescereq; ibi, & ut in ostreis uidemus, circum se multiplices natos nepotesq; procreare, inquit: neq; marinorū canum commercio delectari conchylia: neq; uno esse aut tribus, & quādo numerosius, quatuor unionibus contenta prædicāt. Centū uiginti uniones fuisse uno conchylis repertos in insularis reguli prædijs, quos Gaspar ipse Morales dux & cōmilitones eius diligēter annumerauerūt. Regulo nanq; placuit, nostris præsentibus, piscationem fieri per urinatores suos. Gallinæ oculis quibus oua generantur innumera, conchylis matricem comparant: & sic eniti conchyle. E labijs prodeuntes margaritas, ut maturas & iam genitricis oscitantis aluo egredientes, reperiēbant has: alias subsequentes, ut paruo successuro interuallo soluerentur & ipsæ. In uentre medio clausas esse margaritas animaduertebāt, quo prius nutritæ coalescerent, ueluti sugens ubera matris in aluo infans, priusquam ē latebris uteri unio moueatur. Et si quæ interdum conchylia, uti ego ipse uidi ostrea in diuersis maris oceanī litoribus, arena inuoluta in littore quis uiderit, ea raptata esse tēpestatibus ē fundo dicunt, non ipsa ultrò uenisse. Quod rore nitido matutino candescāt, quod turbido flauescāt, quod sereno cœlo gaudeāt, quod tonante torpescant, & cætera huiuscemodi, nō sunt ab his literarū ignaris ad unguem quæritāda. Pinguires tractant Minerua. Maiores tamen margaritas iacere profundius, mediocres altius, minimas in supercilio, fatentur. Sed à ratione reliquorum deuiant. Non esse in insecta bellua torpenti rationem hanc arguunt. In animo sic & industria halitūq; urinatorum. Grandiores propterea non uagari, sed creari, nutritiq; in profundiori loco, quod pauci, quodq; raro audeāt urinatores ad eas legēdas ad ima sese immergere: tum polyporum metu inter cōchas uenatus causa uagantium, quia sunt carniū concharum auidi: & monstrorum formidine aliorum: tum etiam ne deficiat in longo tractu halitus. Vnde datur conchis profundi

De unionū generatione, opinionones uariæ.

C maris hospitibus crescendi copia. Quoq; grandior concha est annosiorq;, eo ferunt in eius capaciore uulua maiores generari margaritas: propterea e gradioribus paucas adipiscuntur. Emissas in profundo maturas, putat escas fieri piscium: receter nanc; soluta, molles esse creduntur. Differunt hi etiam a maioribus in tympano. Negant esse unionem, qui senescens conchae cohaereat: sed esse in cocha ipsa uerrucam, quae lima rasa una facie rotunda lucidaq; contenta sit; nec preciosam quidem, puta quae naturam conchylis habeat, non margaritae. Pati appellat Hispanus tympanum. In scopulis se aliquas uidisse conchas fatentur cohaerentes, sed raras ac minime utiles. Credendum est Indicas Arabicasq; ac Erythreas aut Tababanicas cochas eo regi ordine, quo scripsere uiri adeo celebres. Neq; horum sententia penitus abijcienda est: puta qui longo iam tempore in hac agitatione uersati sunt. Iam satis de marinis his belluis, & earum ouis, gallinaceis & anserinis, ex humana luxuria inepte carioribus. Particularia quaedam extra tesseram memoremus. Descripsimus late alias Vrabae sinus fauces, & uarias intersectas ipso mari sinuali regiones esse ualde diffonas. De occidentalibus oris, in quibus nostri domicilia statuerunt, in Darienis ripa, nil habeo de recenti quod referam: de orientali autem nuper hoc didici. Orientalem sinus regionem, inquit, a proteto cornu in mare ac labio uenientes maris aquas suscipiente, aduicq; Os Draconis & Pariam, generali uocabulo Caribanam appellari terram uniuersam: quia Caribes sic appellatos a regione Caribana, in uniuerso tractu illo reperiuntur. Sed unde particularem habeant originem, undeq; natale solum deserentes, sese tam late diffuderint, uti morbosa contagio, dicendum est. A prima fronte producta in mare, in cuius tractu Fogedam diximus fixisse pedem, angulum uersus, iacet Caribanae uicus ad miliaria nouem, nomine Futeraca. Ab eo ad miliaria tria uicus Vrabae, unde sinus uniuersus nomen sumpsisse creditur, quia fuerit aliquando uicus is regni caput. Ab hoc uico ad miliaria sex est Feti. A Feti ad miliaria nouem Zerema. Ad duodecimum ab eo Sorache. Populis plenos hos uicos nostri reperere, qui omnes homocupijs inuigilant: & si hostes desint, quibus cum bella gerant, in seipos saeuitiam conuertunt, & prostrant aut fugant. Inde tanta labes fluxit in miseros & continentes & insularum habitatores. Aliud meo iudicio non magis tacendum intellexi. Legum peritus quidam, dictus Corrales, Dariennensium praetor urbanus, inquit se occurrisse cuidam fugituo ex internis occidentalibus magnis terris, qui ad regulum repertum a se profugerat. Is legendum cernens praetorem insiliuit admirandus, atq; per interpretes, qui reguli hospitis sui linguam callebant: En quid & uos libros habetis? en & uos caracteres quibus absentes uos intelligat assequimini? orauit unam ut apertus sibi libellus ostenderetur, putans se literas patrias uisurum. Dissimiles reperit eas esse. Moenibus septas urbes, & uestri ciues aiebat suos, legibusq; gubernari. Sed quid colat non didici: recutiti tamen dispreati atq; ab exemplo & sermone fugitiui conpererunt. Quid hic dices, beatissime pater? quid sanctissimus praefagit animus tuus? sub cuius throno tempus haec omnia subiiciet. Immisceamus nunc magnis parua quaedam. Praeterea minime puto, quae Ioani Solyisio acciderint, qui tentaturus australe latus putati continentis, ex portu Ioppae parum distanti a Gadibus in oceano, discessit cum tribus nauigijs, quarto idus Septembris anni superioris M D X V. quae uel Ioani Pontio, quem diximus electum ad Caribes siue Canibales antropophagos humanarum carnium helluones debellandos. Quae Ioani Aiorae: quae etiam Gonfalo Badaio duci alteri, & Francisco Bezerra alij, atq; iterum alij dicto Valleio, Solyisius infauste prouinciam sumpsit. Caput siue Frontem sancti Augustini, de qua millies, traiecit, meridionale latus putati continentis captans trans aequinoctiale circulum. Diximus nanc; septimum antarctici gradum Frontem ipsam pertingere. Sexcentum lequas processit. Reperit sancti Augustini Frontem adeo in latum distendi ad meridiem trans aequinoctium, ut trigessimum amplius gradum antarctici prehenderit. A tergo iam Capitis Draconis

A conis & Castellanae Pariae iacentium ad boream & arcticum inspectantium nauigabat, quando incidit in obscenos & antropophagos Caribes, de quibus late alias. Hi tanquam insidiosae uulpes signa pacis uidebantur innuere, sed animo lautum aliquod conuiuium gestabant: & uisis a longe hospitibus, ganeonum more saliuam deglutire coeperunt. Descendit ipse miser Solysius cum socijs quotquot ingredi maioris nauigij scapham potuerunt. Salit ex insidijs incolarum multitudo ingens. Fustibus ante sociorum oculos trucidarunt omnes: scapham raptam in ictu oculi dilacerarunt. Euasit nemo. Trucidatos & in frustra sectos in ipso eodem littore, socijs e mari horrendum spectaculum prospicientibus, pararunt ad futuras epulas. Caeteri atroci exemplo perculsi, non ausi sunt descendere, neque de sui ducis & sociorum ultione cogitare. Crudelia haec littora deserunt. Nauigia coccineis truncis onerant: diximus uocari ab Italis uerzinum, ab Hispanis brasillum, ligni genus id ad lanas fucandas aptum. Rediere caeteri in patriam. Haec breuiter mihi scribenti relata sunt per literas. Quid aliud egerint, aliquando participarius intelligemus. Ioannes autem Pontius fuit & ipse a Caribibus in insula Guadalupea, reliquarum insularum Caribium primaria, reiectus. Visus namque nostris ab alto mari, latuerunt in insidijs Caribes, unde descendentes quirent inspicere. In terram transmiserunt lotrices foeminas, & pedites paucos, ad subuculas & lintheamina fricanda (Neque enim ex insula Ferrea Fortunata ad eam usque insulam spacio miliarium quater mille ac biscentum terram uiderant ullam. Vacuus est eo spacio insulis oceanus) quod dulces aquas assequerentur. Insiliunt ex insperato Caribes, foeminas raptant, pedites disturbant. Trepidati euadunt pauci. Territus Pontius, non ausus est impetere Caribes, uenenatas ueritus sagittas, quas homocupes hi nudi figunt certissimis iactibus in quencumque locum uiderint. Ita re infecta, & sine lotricibus bonus Pontius terga uertit Caribibus: quos sub tecto in tuto positus iactanter se deleturum minitabatur. Quomodo inde tetenderit, quid uenoui reperit, nondum intellexi. Solysius uitam, Pontius honorem in sumptis prouincijs amiserunt. Veniat alius qui eodem & ipse anno male rem gessit. Ioannes Aiora ciuis Cordubensis, nobili genere ortus, missus pro pratore, uti alias diximus, auri magis cupidus, quam rei bene gerendae amator aut laudis: nactus occasiones in regulos spoliavit multos, & contra ius fasque aurum ab eis extorsit, & crudeliter, ut aiunt, tractauit: ita ut ex amicis facti sint hostes infensissimi, & animis desperatis iam quacumque datur ui aut insidijs nostros perimunt. Vbi pacato commercia bantur, & uolentibus regulis, nunc armis agendum est. Multis auri ponderibus hoc modo coactis, uti fertur, aufugit, sumpto furtim, ut uulgo dicitur, nauigio: neque ad hanc usque horam qua haec scribo, quomodo sit appulsus intelligimus. Non desunt qui Petrum Ariam ipsum gubernatorem, eius fugae assensisse arbitrentur: quia sit hic Ioannes Aiora historici regis frater, Gonsali Aiorae uiri & eruditi & rei bellicae periti amici gubernatoris adeo, ut fere liceat inter amicorum parua pauca ipsos numerare. Sum utriusque deuinctus & ego intima necessitudine: sed ignoscat uterque. Nil mihi aequae displicuit in uniuersis oceaneis agitationibus ac istius avaritia, quae pacatos regulatorum animos ita perturbauerit. Tragicus ueniat Gonsali Badaioei ac sociorum casus: quorum prosperis initijs successus acres subsecuti sunt. Gonsalus mense Martio anni superioris M D X V cum uiris armatis octoginta discessit ex Dariene. Rectam tetendit ad occidentem, neque ullibi pedem fixit, donec partem illamprehendit, quam Gratiam dei diximus alias appellatam a nostris. Haec distat ab Dariene millia passuum circiter centum octoginta: dicunt lequas sexaginta. Ociose ibi dies aliquot egit: quia neque precibus, neque precio, aut minis potuit unquam eius terrae regulum ad se trahere: cui rei auide studuerat. Interea dum sic ociatur, ad eum ueniunt alij quinquaginta uiri ex Dariene missi, duce Ludouico Mercado, qui ex Dariene in calend. Maij discesserant, ut unam tentent eius terrae interna. Vbi conuenerunt, inuito consilio, transire montes

C ad meridiem, & australe pelagus iam repertū, captare constituunt. En mirum, in tanta vastitate longitudinis, unum tantum & quinquaginta miliaria repere runt interesse ad australe pelagus. Inquiunt, lequas septendecim. A miliaribus Hispani nunquam cōputant. Lequam tamen aiunt constare miliaribus tribus, terra dico; mari quatuor, inquiunt. In culmine montium & aquarum diuortio regulum reperiūt, nomine luānam. Regnum huius & ipse Cōiba dicitur, uti de Carēta diximus. Sed quia luanæ regio sit auro feracior, Cōibam ditem eam uocitarunt: ubicunq; enim fodiebant, siue in sicco siue in riuorum alueis aquosis, egestam auro mixtam reperiebant arenam. Aufugit luānam nostris aduentantibus. Adduci nunq; potuit. Vniuersam ipsius regię uiciniam depopulati sunt. Auriparum habuerunt. Secum nanq; supellectilem omnem abstulerat. Mancipia ibi adepti sunt, acribus signata stigmatibus. Ex osse siue spina stilo cōfecto foramina mancipijs in faciem efficiunt: & mox pulueris quodam genere foramina inspergunt, ac nigranti succo uel rubenti madefaciunt. Tenax adeo ea est materia, ut nullo unquam tempore aboleatur. Secū abduxere mancipia. Aiunt esse succi eius acrimoniam adeo torquentē, ut præ nimio dolore nō liceat mancipijs per dies aliquot comedere. Mancipiorum opera & reguli captores, & nostri utuntur ad aurum quaritandum, & sementes curandas. Ex luānæ regia secuti delapsus aquarum ad austrum ad miliaria decem, reguli alterius ditionem intrant. Hunc senem appellarunt nostri, quia senex esset, nil de uetere ipsius nomine curantes. In huius reguli etiam regno, tam fluuialibus quam aridis, ubiq; aurum reperiebatur. Et flumina celeberrima, & tellurem uberem atque amœnam, regulus hic possidebat. Abeuntes inde desertam reperere terram interca pedine dierū quinq;. Putāt intestinis odijs depopulatos eos agros, eo quod sint maiori ex parte uberes, sine habitatoribus & culturis. Quinto die duos uidēt ex

D transuerso uenientes à longe incolas onustos: ad eos tendunt, capiunt, sacculos ferebant humeris maizio pane plenos. Ab his intellexere duos esse in eis tractibus regulos: littoralem unum, nomine Periquetē: continētem alterum, dictum Totonogā, qui cæcus erat. Duo illi piscatores erant, ad Periquetē à Totonogā rege suo missi cum sarcinis piscium: & ea permutatione panem referebāt. Prouentuum nanq; permutatione commerciantur, non letali pecunia. Duobus illis ducentibus Totonogām littoralem australis pelagi ad occidentale sancti Michaëlis latus regulum petunt. Ab hoc regulo castellanorum auri millia sex, tum rudis, tum affabre laborati habuerūt. Inter eos rudes grumos unus repertus est duorum pōderis castellanorum, qui arguit ubertatem auri. Idem littus sequentes ad occidentem ad regulum tendunt, qui dicitur Taracurū, à quo pesos habuerunt octies mille. Diximus pesos appellari pondus castellani non decussū. Ad huius reguli fratris ditionem, qui dicitur Pananomē, transferūt. Aufugit Panomē, neq; usq; apparuit ultrā. Ditem auro prædicant Pananomēs regionem. Regiam eius depopulati sunt. Ad sex inde lequas ad alium qui dicitur Tabór. Inde ad regulum Cherū. Is amicē suscepit nostros, deditq; libens pesos quater mille. Is Cherū salinas possidet egregias: & auro tellus eius abūdat. Ad miliaria inde duodecim ad regulū eunt, qui dicitur Anata. Ab eo pesos habuere quindies mille: quos ipse adeptus fuerat à finitimis regulis bello stratis. Cōbustumq; erat id aurum, quia ex incendijs domorum hostilium ereptum fuerat. Sese inuicem & spoliant & trucidant, ac uicos sternunt, & depopulantur uniuersa. Barbarē bella gerunt ad interniciem usq;, ad ultimum excidium sæuūt, cum uicerint. Vagatus est solutis habenis ad hunc usq; regulum bonus Gonsalus Badaiocius cum socijs, & à regulis auri acruos cumulauit egregios. Octoginta millia castellanorum auri cōgesserat, in braculas, uectesq; muliebres pectorales ad mammas sustinēdas si cadāt, in elicteres ad aures, in galeas etiā ac torques, aliaq; monilia, tum rerum nostrarum permutatione, tum ui & armis, quia transitum uetare

A uetare ac reiſcere noſtros pleriq; tentarunt. Quadraginta quoq; mancipia, quorum opera imprefentiarū ad uiaticum & reliquarum rerum ſarcinas importandas utebātur pro iumentis onerarijs. Ad infirmos etiam & longis itineribus atque media fatigatos proderant ſubleuandos. Per Scorix reguli ditionem, ad reguli regiam qui Pariza dicebatur, ueniunt. Nil tale timentes noſtros Pariza adoritur: circuit cum ingenti bellatorum multitudine. Sternit incautos & palantes. Armorum capiendorū non data eſt copia. Septuaginta fauciat aut trucidat, reliquos in fugam uertit. Quicquid auri, quicquid mancipiorū fuerant aſſecuti, deſerunt. Pauci ueniūt ad Darienem. Falfa eſſet, beatiffime pater, ſapientū omnī ſententia, de rerum uicibus & inconstantia caſuum humanorū, ſi cuncta ſecunde feliciterq; ſuccederent. Ordo eſt immutabilis: ut qui radicibus eruendis inuigilant, dulci modo glycyrrhix, amare modo zizania, occurrāt. Vt tamen Pariza. Non diu ſecurus dormitabit. Sumetur propediem de tanto facinore uindicta. Gubernator ipſe cum delectis militibus tercentū quinquaginta ad id proficiſcebatur: in aduerſam decidit ualetudinem. Eius loco progreditur cum potestate prætoria, peritus legibus Licentiatus Gaſpar Spinofa, iuris dicundi Darienſibus prætor. Eodem tempore ad inſulam Ditem appellatā itum eſt, ad exigendum margaritarū reguli impoſitum tributum. Quæ ſuccedent colligemus. Tentarunt alij duo tranſſiuales incolas. Per angulum ſinus & Dabaibæ fluminis fauces tranans Franciſcus Bezerra, cum duobus alijs primarijs, & uiris centum quinquaginta, optime inſtructis, ad bellum Caribibus in ipſa Caribana gerendum, uerſus uicum Turuſy: de quo aliās in aduentu Fogedæ mentionem fecimus. Inſtrumenta etiam bellica ſecum tulerunt. Tormenta quæ ouo grandio remiaſtant plumbeum globum tria, ſagittarios quadraginta, ſclopetarios etiam quinq; ac uiginti, ut eminus queant Caribes ferire, qui uenenatis certant ſagittis. De hoc nulla mentio, quō ſe applicuerit, aut quid egerit: uerebantur in Dariene, ne ſiniſtris auibus iaſtaretur, quando naues diſceſſerunt in Hiſpaniam uenturæ. Alius autem dux, nōmine Valleius, anteriorem ſinus partem prehendit: ſed alia uia traiecit à Bezerra. Initium nanq; hic ſumpſit Caribanæ, ille calcem. Valleius reſſus eſt: ſed eſt ſeptuaginta uiris, quos tranſuexerat, octo & quadraginta reliquit trucidatos in Caribium potestate. Hæc aiunt qui ex Dariene referunt: hæc refero. Pridie Idus octobris huius anni, M. D. XVI. Rodericus Colmenares, de quo ſuprà, & Franciſcus quidam dictus Delapuate, ad me uenerunt. Franciſcus hic unus fuit eſt decurionibus huius caterug, cuius erat dux Gonſalus Badaocius, qui eſt manibus Parizæ reguli proſligatoris euafit. Colmenares autem eſt Dariene poſt proſligatorū aduentum ad nos uenturus diſceſſit. Ambo referunt, hic audiuiſſe, ille uidiſſe uarias eſſe in aſtrali pelago inſulas ſancti Michaëlis & Ditis inſulæ ſinui occidentales: in quarum pluribus aiunt, procreari coliq; arbores, fructus gignentes eoſdem quos terra Collocutea gignit. Eſt Collocuti unā & Cochini & Camemori Portugalleniū nundinaria aromatum terra. Inde arguunt nō longe abeſſe aromatum omnium initialem tellurem. A littore illo noſtro aſtrali, plures ex ijs qui tractus eos percurrerūt, dari ſolum ueniam poſtulant: impenſa propria ſeſe offerunt nauigia paraturos, & prouinciā quæritandæ illius regionis aromatarix amplexuros. Nauigia debere fabricari parariq; in ipſo ſancti Michaëlis ſinu cenſent. Nō autem per ſancti Auguſtini cuſpidem capiendam eſſe uiam, quæ longa nimis eſt ac difficilis, & mille diſcriminibus plena: protendiq; dicitur ad gradus antarcticos quadraginta amplius. Dicit idem Franciſcus, laborum & periculorū cum Gonſalo particeps, ſe reperiffe, inter diſcurrendum terras illas, ceruorum & aprorum agmina: cepiſſe q; multos, incolis demonſtrantibus artem, per foſſas egeſta terra in eorum ſemitis factas, & ramis coopertas. Hoc nanq; modo incolæ feras quadrupedes fallunt. Volucres autem uti apud noſtros ſit, palumbes puta, cum domeſtico mitiq; palumbæ inter arbo

Cres uolitante, ligato tamen: ad quē uenientes sui generis uolucres, sagittis transfīguntur. Aut in purgato arboribus solo cum retibus, esca in gyrū sparsa, palumbē medium tenēte. De psittacis alijsq; uolucris idem. Sed psittacos aiunt adeō simplices esse, ut ad crocitatē psittacum ex arbore, in cuius ramis auceps latet, multitudo ingens conuolitet, capi q; facile patiuntur: Nil enim uiso aucupe terrentur, sed ut laqueo trahantur ad collum coniecto, expectant: neq; au fugiunt alijs, uno raptato, & in mantica qua praecinctus est uenator, ipsis cernentibus, reposito. Aliud est aucupij genus inauditum hactenus, & narratu facitissimum. Apud insulares, Hispaniolā praesertim, diximus uarios esse lacus, uariasq; stagnantes lacunas uadofas. Per uadofa stagna solet aquaticarum auium multitudo uagari, quia herbas in fundo gignant, & ex ea humente limositate pisciculi, milleq; ranarum, culicum et insectorum genera procreentur: solis calore ad ima ad corruptionis & generationis opificium, ex artificis fabricatoris providentia, facile submeante. Volucrum aut per eas stagnantes aquas natantium diuersa sunt genera: anates, anseres, cygni, fulicae, gaviae, mergi, & multae huiusmodi. Diximus et in hortis arborem coli magnarum cucurbitarū altricem. Ex cucurbitis igitur illis per uadofa proijciunt plerasq; bene clausas, ne admissa per rimula, aut foramen aqua trahat illas in profundum. Perpetuō uagantes cucurbitae tutas reddunt uolucres. It ergo auceps magna cucurbita, uti galea, iuxta oculos pertusata, contactus faciem, laruatus, & tenus mento stagnum ingreditur (fluminibus enim assueti, à cunabulis minime recusant in aquis uersari.) E cucurbitis natantibus putant uolucres unam esse eam, quae insidiantem incolam cooperit. Passim ad uolucrum natantium agmen proficiscitur auceps. Cucurbitarum palpitationem capite imitando, undulasq; uento agitatae sectando, proxime ad uolucres tendit. Exerta sensim dextera uolucrum incautam caeco raptu prehendit pedibus, & demersam subtrahit in manticam ad id paratam. Caeterae uolucres, sua sponte subnatasse comitem arbitrae, quarendi uictum causa, uti solent omnes, nil solliciti suum iter prosequuntur, in aucupis & ipsae insidias cadunt. Aucupia, uenatusq; sunt à me tracta in medium, quo stomachum hisce mitibus sermonibus sedemus, à cōcepto cruentarum narrationum horrore. Pauca iterum de nouis opinionibus fluentis ad occidentem pelagi Parientis. De modo etiā colligendi aurum in aurifodina Darienē, à me recēter intellecto. Et his duabus minime tragicis rebus, dicemus tuae beatitudini felicissimū uale. Andreas ille nauclerus & Ouiedus, de quibus supra, me domi conuenerunt in oppido Matrito, quod putamus Mantuam esse Carpetanam. De torrente, me astante, orta est inter eos contentio. Quod se inuicem perpetuo nexu amplectantur hae terrae Castellanae cum septentrionalibus, à tergo Cubae atque aliarum insularum, Hispaniolae Cubaeq; septentrionalium per occidentem, ambo assentiuntur: sed aliter hic, ille aliter, contendunt accidere. Nauclerus impetum illum aquarum in gremium terrae putati continentis, quae sic uergit, uti diximus, ad septentrionē, uult recipi: ut obiectu illo incuruato uiam capiant in gyrum, & circūagantur ad Cubae aliarumq; insularum latus septentrionale, quae cancri circulo excluduntur: ubi amplitudo maris ueniētes ex angustiis gurgitibus aquas absorbeat, petulantemq; cursum illū reprimat: est nāq; spaciosum illic mare ac multicapax. Aquaticis incilibus, quas dicit uulgus canales molarum, rem ego comparo. Si ex incili angusto in amplum lacum furentes eas aquas recipi contingat, repente sparguntur aquae, & impetu sedato, languescunt: quae paulō prius suo strepitu uelle obuia cuncta prostrare uidebantur: nec iam quā fluant intelligitur. Interrogatus à me Admiratus ipse Diecus Colonus, primi repertoris Coloni haeres filius, qui iam quater ea maria iens ac rediens uerrerat, quid senserit inter nauigandū, ait: difficilem esse reditum si uia capiatur ea qua itur. Sed quādo uastum capitur prius mare septentrionem uersus, quā prora in Hispaniam dirigatur, sensisse se, inquit,

Aucupij genus
rarum.

A se, inquit, plerunq; parumper trudi ab aquis. Sed putat accidere id ex fluxu & refluxu ordinario, nō autē ea circūactione iuari. Apertam esse terram & portam inter utranq; putat, quā torrentes exeant ad occidentem; quō liceat impulsu cœlorū circumagi per uniuersum. Ouidius uero de clausura idem refert quod Andreas nauclerus; sed neque concutere terræ occidentalis gibbum, et impelli ad uastū pelagus, arguit; imō ait se diligentissime animaduertisse, quod ab alto mari currāt ad occidentem: proxime uero ad littora uelificando cum paruis nauigijs, asseuerat, cursum dirigere ad orientem: ita quod eodem in loco uersis concurrant uestigijs. Hoc in fluminibus accidere sæpe uidemus: ex obiectu nanque riparum uortices plerunq; insurgūt uarij. Vnde si palea aut lignorum genus aliquod projiciatur in fluuium similibus in locis, quæ medio labuntur alueo, secundo feruntur flumine: quæ uero in obliquos incidunt sinus, & riparum incuruos margines, aduerso uidemus alueo uehi, donec obuia fiant quæ sic uaganť integro lapsu fluminis. Quæ dant, accipimus: scribimus quæ uarij uarie sentiunt. Certam rationem tunc amplectemur, quando certam habuerimus. Opinioni bus inhærendum est, dum ueniat statuta dies, punctusq; polaris, qui secretū hoc naturæ patefaciat. Satis superq; de torrente pelago. De aurifodinis Dariēnensium pauca nos ab hoc labore liberent. Ab Dariene nouem diximus distare miliaria colliū latera, planitiesq; aridas, in quibus aurū tum in sicco, tum in fluuiorū alueis ac ripis, legitur. Cuiq; auri legēdi cupido, ex ordinario statuto, quadrata per metatores mensura duodecim passuū destinatur, ad eligentis arbitrium: in solo tamen haudquaquā occupato, uel iam a socijs deserto. Sic electa terræ parte, ueluti in templum ab auguribus lituo designatum, sua in eam includit mācipia. Horum enim opera diximus uti Christianos ad culturam & aurum queritandum. Partem eam retinet, quoad libuerit. Si uero exiguus aut minuti auri argumēta cernit, alteram sibi assignari duodecim passuū mensuram postulat. Prima derelicta uertitur in commune. Hunc ordinem in auro legendo Dariēnenses seruant; puta & alios, sed non cæteros interrogauī. Comper tum est aliquando duodecim passus illos octoginta Castellanorū summam electori suo tribuisse. Sic uiuīt in sacra fame auri explenda: sed quo plus effodiendo manus replent, eo auidiores efficiunt. Quo plura foco ligna iniiciūt, eo furiosius concrepat ignis. Sitim existimans turgidus hydrops extingui potando posse, in ardentio rem sitim demergitur. Multa prætereo, quæ ad tempus citabo, si tuæ sanctitatis cœlorū pondere pressis auribus, & in supremo humani generis fastigio positus, casura in gratiam cognouero: neque enim ego hæc animi causa collegi, sed tuæ beatitudinis obseruantia hos amplecti labores me impulit.

Felices multos annos fabricatoris uniuersi pro
uidentia beatitudini tuæ im
partiat.

PETRI MARTYRIS OCEANEAE DECADIS
TERTIAE DE ORBE NOVO FINIS.

PETRVS MARTYR

DE INSVLIS NVPER INVENTIS, ET DE
moribus incolarum earundem.



X mearum decadū libellis in vulgus emissis colligere licet, fugitios quosdam ad uicina Darienis appullos, nostrorū libellos admirātes dixisse, terras se aliquando incoluisse, quorū habitatores instrumentis uterentur eiuscemodi, ac politice legibus parentes uiuerent: atriaq; ac templa lapidibus constructa magnifice: plateas etiam, stratasq; uias ordine composito, ubi negociantur, haberent. Eas nūc terras nostri reperere: qui autores fuerint, quomodo res processerit, attente audiat quisquis peregrinorū regionū condiciones & populi mores scire desiderat. De insula Cuba, quam Fernandinam placuit appellari, Hispaniolæ occidentali proxima: septentrionalis tamen adeo, ut Cancrī tropicus mediā secet Cubam: Hispaniola uero à tropico distet ad æquatorē gradus aliquot: pauca tetigimus hactenus. In hac insula sex iam sunt oppida erecta: primariū à diuo Iacobo Hispaniarū patrono nomen sumit. Natiū est ibi aurū & montanū, & fluuiale: auro suffodiendo inuigilat. Quo anno libelli mei portas clauerunt, tres Hispani ex antiquioribus Cubę ciuibus, Franciscus Fernādes Cordubensis, Lupus Ocho, Caicedus & Christophorus Morātes, nouas quærere terras instituunt. Est inquietus & semper magna moliens Hispanorū animus. Tria instruunt eius generis nauigia, quæ apellat Hispanus Carauelas, proprijs impensis, habita à gubernatore Dieco Velasquen nauigādi potestate ex angulo Cubę occidentali, qui sancti Antonij nomē adeptus est. Altū capiunt cū centū & decem uiris. Est hic angulus ad reficiēdas naues, ac aquationi, ac signationi aptissimus. Celo tantū & aqua cōtenti sex adnauigāt inter Zephyrū et Austrū dies ac dimidiū: quo tempore sex tantū & sexaginta se milliaria percurrisse arbitrant. Stabant aut in anchoris ubicunq; sol cadens illos deprehendebat, ne per ignotū pelagus errātes, scopulis illiderent: aut arenosis uadis impliciti mergerent. In insulā incidunt ingentē, nomine lucatanā, cuius inuitū incolæ Eccampi uocāt. Oppidū in littore sitū adeūt, magnū adeo, ut Cayrū illud nostri dixerint: hospitaliter ab incolis nostri suscipiuntur: ingressi summa sunt repleti admiratione: turritas domos, tēpla magnifica, uias ordine stratas ac plateas, ac nundinaria ibi agi cōmercia reperiunt: lapideæ sunt domus, aut ex lateribus & calce, arte & industria cōfectæ. Ad prima domorū impluuiā, & primas habitationes per duodecim aut decē gradus ascendit. nō tegulis tantum, sed culmis aut herbarū fruticibus coopertæ sunt. Mutuis se muneribus afficiunt: bullas aureas & ex auro fabrefacta monilia perpulchre formata Barbari nostris, nostri aut illis sericeas ac laneas uestes, uitreos etiā calculos, & aurichalcea tintinnabula, munera illis grata, quia peregrina, sunt impartiti. Specula floccifaciebāt nostra, quia illi lucidiora ex quibusdā lapillis assequunt. Vestita est hæc gens nō lana, quia pecudes non habent, sed gossipio mille modis & uarijs fucato coloribus. Fœminæ à cingulo ad talū induunt, uelaminibusq; diuersis caput & pectora tegunt, & pudice cauent, ne pes aut crus illis uisat. Tempa frequentant: ad quæ primarij uias ex proprijs domibus sternunt: idolorū culturæ indulgent: sunt recutiti: summa fide negociant, permutando tamen sine pecunijs: crines ornant. Vnde id habuerint interrogati per interpretes, dicunt aliqui, transisse aliquādo uirū quendam formosissimum per eos tractus, qui eis id insigne in sui memoriam reliquerit. Alij, obijisse lucidiorē sole hominē in eo opificio: certi nihil habent. Aliquot ibi dies cōmorati, iam uidebant incolis esse molesti: nullius em̄ hospitis est grata mora longa: cōmeatum capiunt: rectā tendunt ad occidentē per prouinciā Comi & Maiam dictas ab accolis. Præterlapsi sunt, aquam tantū & signa ex itinere capientes. Barbari littorales nostras admirabant naues mari innatantes, ad quas uisendas, & fœminæ permixtæ uiris cum infantibus passim prodibant. Nam ex mari nō sine stupore illorū

A re illorū ædificia, sed præcipue tēpla littoribus proxima, in modū arcū erecta prospectabant, lacere tandē anchoras placuit ad miliaria centū: decē in prouincia, cui nomē Campechiū, cuius oppidū est domorū triū milliū: amicē se inuicē cōplectūt: nauticā nostrorū artē, nauigiorū magnitudinē, uela, ampluſtra, resq; ceteras Barbari attoniti admirabāt. Vbi excussorū tormētorū tonitrua, fumosū ac sulphureū odoremq; ignitum senserūt, à deo fulmina mitti arbitrabant. In atrio regulus nostros benigne magnificēq; hospitatus est. Post sumptas more illorū epulas, in quibus pauones habēt & altilia, uolucres etiam montanas & nemorales, ac aquatiles, perdices, coturnices, turtures, anates, & anseres, cuniculos: ultra hæc lupos, leones, tigres, uulpes: & quadrupedes agrestes, ut apros, ceruos & lepores: ducti sūt nostri cum regio comitatu ad latū compitū in oppidi latere situm: ostendūt nostris quadratū quatuor graduū erectū marmoreū, partim ex tenaci bitumine, partim ex lapillis, pulpitū: cui hominis inhærebat simulacrū superſculptū, adhærentibus illi duobus quadrupedibus ignotis, qui marmorei hominis uterū, uti canes rabidi uidebant uelle dilacerare. Serpens bitumine ac lapillis cōpacta, pedū longa septē & xl. uti bos magnus marmoreū leonē uorās, recentī cruore irrorata simulacro astabat. Proximi solo affixi erāt tres tigni, quos tres aliī lapidibus suffulti uā uerſabāt: in eo loco reos puniūt: in cuius rei argumentū, stratas uiderūt innumeras cruore illitas & cōfractas sagittas, & mortuorū ossa in uicinū cortē proiecta. Domus & hic sunt ex calce & lapidibus ædificatæ. Regulo Lazari nomē indiderūt: quia Lazari die terrā ceperūt. Abeunt ad miliaria inde, ad occidentē semp, quindecim. Prouinciam captant nomine Aquanil, cuius oppidū Mosco dicit, regulus Capotōn, ultima acuta. Hostiliter inspectat nostros hic regulus, insidias nostris ſtruit, petentibus aquā: trans collē proximū fontes esse innuunt, quā iter erat per angustas semitas. Ex mutatis in fronte coloribus, & arcuū & telorū gestamine, fraudē sensere: tendere ulterius nostri recusant. Palantes & imparatos adoriunt nostros Barbari, mille amplius sternunt fugiētes nostros: cœnoso in littore (erat em̄ ibi mare cœnosum) implicant: duos & uiginti sagittis trāsuerberatos perimūt, reliquos maiori ex parte uulnerāt. Tribus et triginta, inquit, classis ipsū prætorē Franciscū Fernanden uulneribus percussū. Ferē nullus euasit incolumis. Si ad monstratos colles processissent, perempti fuissent ad unū. Mœsti ergo redeūt qui superfuere ad Fernandinam insulā unde uenerāt, ac cū fletu & gemitibus ob relictos & præſentes uulneratos à socijs recipiunt. His intellectis Cubæ Fernandinæ gubernator Diecus, Velasquen quatuor Caruelarū classē instruit cum hominibus circiter trecētis. Huic classiculæ præfecit nepotē suū Ioannē Grifaluā, additis subprætoribus Alfonso Auila, Francisco Montegio, & cōmendatario Petro Aluarado, Nauclero autē eodē Antonio Alamino prioris classiculæ rectore. Idem iter capiūt, sed australius aliquanto ad millia fortē septuaginta: turrim ex alto uident, terrā minime. Ea turri duce, insulā apprehendūt noīe Cozumellā, à qua suauis se olfecisse odores spacio triū miliariorū uento inde perflante, inquit. Ambitu reperiunt esse miliariorū quinq; ac quadraginta: plana est, gleba fortunatissima: aurū habet, sed peregrinū aliūde allatum: melle abundat & fructibus ac hortensibus, uolucris etiam & quadrupedibus. Est horū incolarū, ut breuibus absoluā, ea œconomia et politica, quæ de lucatana: domus, templa, uig, cōmercia: uirorū ac foëminarū gestamina ex gossipino, nō laneo uel serico: domus lapideæ, culmo cōtectæ, ubi sit lapidū penuria: sed ubi sit lapidinarū copia, laminis lapideis cōtegunt: marmoreos postes in plerisque, ueluti apud nos pleræq; domus habent. Turres ibi uetustas dirutarū uestigia redolentes repperūt, unā præ cæteris graduū octodecim, ut ad illustria templa cōscenditur. Nostras sunt admirati naues, & nauticā artē: noluerūt hospites primo impetu: benigne eos tandē admiserunt: turrim cōscendunt duce primario, quē sacerdotem credūt: uexillū in cacumine sistunt, regi Castellæ imperiū adiudicāt, Sanctæ crucis nomē insulæ assignāt, quia ad nonas Maij Sanctæ crucis festo sunt insulam ingressi. Cozumellā uero, inquit, appellari à regulo Cozumellao, cuius maior

Cres ipse iactat fuisse huius insulæ habitatores. Cameras in turri reperere: statuis tum marmoreis, tum fictilibus urforū simulacris instructas, quos unisono cantu elato inuocāt: suauius adolent odoribus: uti penates eos colūt. Res ibi diuina celebrata est: sunt recutiti. Regulus hic elegāter ex gossipino uelamine indutus, pedis unius digitos abscissos habebat: natanti piscis uorax, qui Tuberon dicitur, uno morfu digitos raptauerat. Laute copioseq; nostros aluit. Post triduum abeunt ad occidentē semper, uident procul montes, Lucatana erat insula, quæ à Cozumella quinque tantum millibus passuum distat. Lucatanæ latus meridionale capiunt, putato continenti proximum circūeunt: illam nequeūt uniuersam, ob frequentes scopulos, & ob arenosa uada. Ad iam notum latus boreale Alaminus nauclerus naues reducit. Ad idem oppidum Campechium & Lazarum regulum, ad quem priores superiori anno, proficiscuntur: placide suscepti ad oppidum inuitantur. Inuitasse poenituit: ad lapidis iactum ab oppido nostros sistere iubent: accolæ abire imperant: aquandī petunt copiam priusquā discedant nostri: puteum à tergo relictum mōstrant: licere inde aquam haurire, aliunde minime inqunt. Pernoctatum est in uicino putei cāpo. Diffidunt Barbari: armatorū tria circiter millia castra locāt nō longe à nostris. Pars utraq; noctē duxit in somnē: illi nostrorū eruptionē in pagū, nostri Barbarorū impetū repentinū ueriti, tubarū clangoribus, & tympanorū boatu somnolentos excitabāt. Vbi illuxit, accedūt barbari, appellāt interpretes Cubenses nostros, quorū idioma, si nō idem, cōsanguineū tamē. Face thurea inter utrunque agmen accēsa, minant internecionē, ni prius abire properauerint q̄ fax extingatur: nolle se hospites protestant. Fax consumit, deuenit ad manus, perimunt ē nostris unū, quem sagitta male scutatū reperit: multi feriunt: ad tormēta quæ apud puteū erant locata, se reducūt nostri, ut inde globos iaculent in Barbaros: retrocedunt ad oppidū Barbari: milites feruenti animo cupiebāt illos persequi, uetuit Grifalua prætor. Inde procedunt ad Lucatanæ calcē ultimū: ducentorū reperunt esse milliariū amplius productā ab oriente in occidentē: portū petunt egregiū, cui nomen dedere Portus desideratus. Ad terras inde transfretant aliās, & terrāprehendunt Lucatanæ uicinā ab occidente: dubitant sit insula nec ne: cōtinenti esse annexam arbitrant. Est ibi sinus quē suspicant ambitū utraq; terra: nil certi: Caluacam, aliās Oloan ab accolis hæc tellus appellat. Flumen ingēs ibi repertū, dat suo furore in pelagus potabiles aquas, duorū milliū spacio: à prætorē Grifalua appellarūt flumen. Admirati nostras moles marī natātes Barbari accolæ, utraq; fluminis ripā ad sex millia armatorū, scutis aureis, arcibus & sagittis, ensibus etiā latis, & hastis adufts armati obsidēt, prohibitori descēsū, et littus tutaturi. Stat ea nocte pars utraq; in alis: prima luce ecce Canoas circiter centū armatis plenas (diximus aliās, Canoas esse lembos uniligneos.) Et hic Cubenses interpretes, & hi sat cōmode conueniebant in lingua: pax oblata per interpretes admittit: accedit una Canoā, reliquæ sistunt. Canoæ rector quid nostri quærent per alienas terras percontat: aurū cupere respondetur, permutatione tamen, nō gratuito aut uiolenter. Redit Canoā, quid actū sit regulo referunt nautæ: accersitus regulus uenit libens: narratu dignū: cubiculariū ad se uocat regulus: cubicularia iubet asferre ornāmēta, ut prætorē nostrum Grifaluā ornet imperat: à calceo incipit aureo illū induere, ocreas, thoracē, & quicquid armorū ex ferro aut calybe solet cataphractus noster aliquis proditurus ad pugnā sibi sumere, uniuersum id ex auro miris modis formato regulus Grifalue impartit. Cōpensat Grifalua sericeis, laneis ac lineis uestibus, rebusq; alijs nostratibus. In huius Lucatanæ initio, quādo in Cozumellā traiecerūt, in Canoā piscatoriam inciderūt: nouē inerāt hamis aureis piscantes incolæ inermes, capiunt oēs, nil timētes. Ex illis unū agnouit hic regulus, se tantundē auri missurū in crastinum pollicet ad Grifaluā, quātū ponderis uir ille reperiret: negauit redemptionē socijs inuitis prætor, illū retinuit ac discessit, quid ultra faciat recogniturus. Ad millia centum circiter, ad zephyrū semper, sinū ingentē reperūt, in quo tres paruæ insulæ sitæ erant: adeunt grandiorē, Proh crudele facinus, proh truculentas hominū mentes,

Ates: stomacho claudat portas quisq; pius ne perturbetur: pueros puellasq; suis dijs immolant passim: sunt recutiti: simulacra que colunt, partim sunt marmorea que dam, alia fictilia. Marmoreas inter imagines extat leo pertusa ceruice, in qua miserorum sanguine proficiunt, ut inde fluat in lacuna marmorea. Quibus ceremonijs miserorum sanguine litent referamus. Non iugulis, sed pectoribus apertis ex infausta uictima cor eruunt: ex cuius calido cruore idolorum labia illiniunt, reliquum fluere patiuntur in lacuna: inde in apertum, cor & exta comburunt, gratum fumum dijs fore arbitrat: tur. Ex idolis unum est uirile, quod inflexo capite lacuna sanguinaria superinspectat, tanquam acceptans sacrificium hostiarum. Torulos brachiorum & femorum, ac surarum pulpas edunt, precipue si hostem bello uictum sacrificauerint. Riuum concreti sanguinis, ueluti ex carnificina exeuntem reppererunt. Ex insulis uicinis ad id facinoris miseros transportat: capita cadaueraq; ibi truncata uiderunt innumera, integra etiam pleraque uelaminibus cincta. Vniuersi tractus illi auro gemisq; abundant. Pererrans insulam unus est nostris in duos semisuffusos urceos alabastrinos perpulchre laboratos lapillis incidit, diuersorum colorum plenos. Aiunt lapillum se reperisse, qui missus est ad gubernatorem, ualoris duorum milliurum Castellanorum auri. Sacrificij hanc insulam appellarunt. Extat & in huius Colluacanæ lateribus alia sita insula, in quibus solæ mulieres habitant sine uirorum commercio. Putant aliqui Amazonico uiuere more: qui prudentius rem ponderant, cœnobitas esse uirgines, secessu gaudentes, uti apud nos, & multis in locis apud ueteres uestales, aut Bonæ deæ sacre. Certis anni temporibus traiciunt ad eas uiri, non coitus causa, sed moti pietate, campos et hortos illis composituri, quo cultu queant uitam ducere. Fama tamen uiget, esse alias insulas foeminarum sedes, sed corruptarum, quæ mamillam à teneris scindunt, quo facilius queat sagittariam artem exercere: ad easq; traicere coitus causa uiros, nec retinere mares. Fabulam puto. Ad littus ergo Colluacanæ terræ se applicant nostri: placide negotiant: aureum regulus cacabur, armillas, torques, bullas, multaq; præterea diuersorum generum monilia nostris impartitus est: nostri contra nostratibus illum alacrem reddunt. Figere hic pedem, & coloniam deducere cupiebant: prohibuit Grifalua prætor: desperatis animis uixerunt eo tempore comilitones in prætorum. Turritis constat ædificijs hæc prouincia, oppidis amplissimis quindecim: et alicubi uiginti milliurum domorum se aliqua uidisse attestantur. Sunt non ubiq; cœnexæ domus, hortis & cortibus interfecantibus: multæ distat à seipsis: plateas habent mœnibus circūseptas, in quibus fora nundinasq; exercent: uias ordine stratas, furnos, fornacesq; calcem ac lateres coctos habent: figulos, lignariosq; fabros, & artifices, mechanicarumq; artium omnium opifices assequuntur egregios. Potanchanus hic regulus dicit, regio Palmaria: eius oppidum regium aiunt esse domorum quindecim milliurum. Quando novos hospites suscipiunt, qui pacem in illis terris admittunt, in amicitia foedus sibiipsis cum nouacula uel gladio lapideo sanguinis parumper ex lingua uel manu, aut lacerto, uel alia quauis corporis parte, hospite inspectante eruunt. Sacerdotes uiuunt cœlibes & incorrupti. Quid sit coire nemo intelligit, donec nubat. Nephas & morte piandum est aliter accidere. In foeminis mira castitas. Licet unicuique potenti, postquam unam duxerit uxorem, habere pellices quotquot uoluerit: sed nupta adulterio comprehensa uenditur à marito, primario tamē principi, à quo licet mulieris propinquis illam redimere. Nemi non coniugato phas est iungi in mensa, uel eadem lance uesci, aut poculo bibere, paremque coniugato se præbere. Augusto Septembriq; mense quinque ac triginta dies abstinent, non à carnibus modo, quas assequuntur optimas, sed neque piscibus uescuntur, aut re aliqua, quæ sanguinem nutriat: hortensibus ac leguminibus illos dies peragunt. Menses uiginti dierum numero claudunt: annum uero mensibus uiginti: aliquot ibi dies lautos egere. Abeunt, littus idem secuti, regulum conueniunt alium, cui nomen dedere Ouandus. Regulus ubi nostros aurum cupere intellexit, laminas conflatas attulit aureas: se copiam eius metalli desiderare prætor significauit per interpretes. Postero die aureum hominis simulacrum, pigmeum, flabellumq; aureum, & artificio uario larua iubet afferi, calculorumq; ferta, pectoralium & bullarum copia, et di-

*Cerimoniarum
ritus perquam
horridus.*

C uerforū generū ornamenta, & uariorū colorū lapillos nostris est impertitus: dapibus quoq; lautissimis perlapide cōditis saturauit. In littore inuitatos properāti cursu, frondentibus ramis ex reguli mādato erectis, illico scenis cōtegebant: inertes in ramis ferendis familiares regulus percutiebat sceptro, qd manu gestabat; serui demisso uultu quacūq; uerba patiēter sustinebāt. Interrogatus, ubi nam auri tanta colligereē copia: proximos digito mōstrauit montes, & flumina ab illis decurrētia. Sunt hi fluminibus ac lacubus adeo assueti, ut idem illis sit natare, quod terra incedere. Mergunt flumine quādo aurū placet colligere, manusq; arenis efferunt plenas: demū de manu in manū cribrātes arenā, aurū deligūt. Spacio duarū horarū dicunt auro implere cannulā digitalē. De suffumigijs & harū terrarū odoribus dulcia molliaq; dici queunt, quæ præmittimus, quia magis ad effœminādos animos faciūt, q̄ ad bonos mores. Puerū annorū duodecim oblatū a regulo recusauit prætor: puellā admisit pulchre ornatā, socijs inuitis puerū abiecit. Ex lapillis ab hoc regulo habitis, unū scribūt esse ualoris duorū milliū castellanorū auri. Discedunt tandem ab hoc regulo auro & gēmis onusti. Grifalua prætor unā ē Carauelis ad patrum gubernatorē destināt ad Fernandinā cū nūcijs & habitibus auro & gēmis. Littus interea secāt reliqui occidentē uersus: una uero propius ferē littus abradebāt, qua Franciscus Montegius subprætor uehebat: duæ per altū tendebāt in prospectu. Admirati accolę, rem nouā miraculo ascribūt. Duodecim ad Montegiū ueniunt Canoę: per interpretes colloquunt, benigne se inuicē salutāt: supplices orāt incolæ ut descendāt, magna pollicent si regulū patrię adierint. Precibus eorum negat Montegius se posse annuere, quia socij nimis à se distarēt: cōtentos tamē dimisit, datis quibusdā nostratibus muneribus illis gratis, quia ignota sunt. Celebre oppidum aliud adeunt: ad littus se applicāt unā tres Carauelę: prohibent ab accolis descēdere: scutis, arcibus plenis pharetris, & ligneis latis ensibus atq; hastis adu-

D stis armati, ad nostros prodeūt: sagittas iaculant ēminus illi: tormentorū globulos in Barbaros nostri. Machinarū strepitū admirati, ac furore perterriti aufugiūt: pacem optāt. Iam cōmeatus nostris deficiebāt: iam quassatæ longis itineribus naues erāt. Ad insulā igit Fernandinā, factis & repertis antedictis cōtentus Grifalua, socij haudquaq; reuertunt. Nunc diuertendū est parūper, & alia nauigatio pertractanda. Hinc ad has regrediemur terras, quas nostri repetierūt. Diebus idem Velsquen gubernator eodē ferē tempore, quo classē eam quatuor Carauelarū parauerat, aliā destinauit unius Carauelæ tantū, & uno Bergantino comite, cum uiris quinq; ac quadraginta. Violentas hi manus in accolas exercuerūt. Idolorū sectatores sunt & recutiti, propterea licere eos trahere ad aurum suffodiendū putauerūt. Sunt littori cōtinentis in modū proximæ paruæ insulæ multæ, ubertate soli, & fortunatissima gleba beatæ, Guanapan, Guanguan, Quitilla: ex una istarū tercentū rapiūt utriusq; sexus accolas: (huic insulæ posuere nomen Sanctæ Marinæ) in Carauelā hos inculcāt, & ad Fernandinā tendūt: Bergantinū cū socijs quinq; ac uiginti relinquit, qui dent operā uenationi hominū ulteriori. Portus quē prehēdit Carauela, Carenas dicūt: distat is ab angulo Cubæ primario diui Iacobi millia ducenta quinquaginta. Hæc insula est longissima, porrecta ab oriente in occidentē, quam cancri tropicus interfecat. Miserorum uindictam quærente fortuna, è custodibus in terram descendunt quidam, pauci remanent. Nacti occasionem recuperandæ libertatis insulares, raptis nostrorum telis ruunt in custodes: perimunt sex, desiliūt in mare reliqui: Carauela potiunt insulares, regere illam didicerant, redeunt in patriam: sed primo in eandem insulam uicinam descendunt, Carauelā exurunt, tela secum asportant, lembis traiciunt ad suos: relictos nostros cum Bergantino adiuntur, prostrāt, perimunt: qui euasere, infelices ad Bergantinū profugiūt. Arbor est littori proxima, crucem in eius arboris cacumine locant, & superiorem arboris corticem his uerbis inscribunt: Vannuis Aldarieci. Est Dacien fluuius, in cuius ripa situm est oppidum putati continentis primarium. Re intellecta gubernator, in relictorū auxiliū prope mittit naues duas bellatoribus onustas. Sed sapiūt:

A res iam acta erat: crucē secuti littus adeunt: literas legunt arbori insculptas, nō ausi sunt fortunā tentare, cum desperatis egregie armatis præcipue recedūt. Ex insula proxima isti tanq̄ lepores abducunt uirulq̄ sexus quingentos: eadē causa arbitratū iure merito posse id efficere, quia recuti. Idē his euenit ad Fernandinā applicatis: unā ē nauibus ferociter aggrediunt: acriter dimicādo, custodes Hispanos perimunt quosdā, cæteri sese ad mare proijciunt, & ad sociā, quę proxima erat, carauelam adnatāt, unā omnes cū superstitē Carauela raptatā adoriunt. Dubia fuit quatuor horarū spatio uictoria: pro libertate recuperāda, tam uiri q̄ feminae rabide pugnant, ne adeptā amitterēt prædā. Hispani acrius dimicabāt: uicerunt Hispani tandē, quia pertractādis essent agiliores. In mare sese proijciūt uicti Barbari: cū lincibus re colligūtur, tum ferro perempti in certamine, tum aquis suffocati circiter centū, defuere ex Hispanis pauci, ad diui Iacobi oppidū et aurifodinas trahunt. Ad aliā dehinc tendūt ē uicinis insulis, quæ sunt ibi frequentiores, q̄ in nostro Ionio symplegades, quarū cōgeriē archipelagus Vulgus appellat: hostiliter suscipiunt, quot quot ē nauibus descēderunt, perempti aut percussi sunt. Putāt hanc esse insulā. Ioannes quidā Pontius, unius classicule præfectus adiuuit, & pturbatos reliquit: fugat ab accolis, Floridāq̄ appellauerat, quia resurrectionis die eam insulā reppererint: uocat Hispanus pascha floridū resurrectionis diē. Sex & uiginti, inquit, se uidisse insulas, sed à Colono prius præterlapsas, tanq̄ Hispaniē Cubęq̄ custodes, in quibus ueniētes oceani procellæ illidunt. Natiū in plerisq̄ Granatū aurū reperiūt: monilia & isti uaria gestāt, & laruis utunt, tum ligneis deauratis, tum aureis perpulchre ornatis. Opifices sunt ubiq̄ argutissimi. Ex laruis unā secū attulit Franciscus Chierregattus, ex ea colligere licebit, qualī polleāt ingenio. Nouacularū structurā mirū est uidere: ex lapidibus flauis quibusdā diaphonis uti crystallinis eas formāt, & cū eis radūt, haud secus ac si egregio chalybe factę essent: sed quod spectatu dignū est, quādo obtusam iam habēt ex exercitatione aciē, nō cote, nō lapide, neq̄ puluere il-

B las acuūt, sed tantū aqua imposita temperant. Sunt & apud hos instrumentorū & elegantiorū rerū mille genera, quę longū esset narrare. Redeamus ergo unde sumus digressi. Ad Cozumellā, Lucatanā, ac Colluacanā siue Olloā, terras dites ac elysias recēter repertas, à quibus diuerterā reuertor: ubi quāti sint momēti tractus illi, cognitū est. Cubæ insulæ habitatores Hispani, gubernatore Annūcte, nouā classē instruit Carauelarū decē, cū uiris quingētis, additis, uti leuis armaturæ equis, duobus Bergatinis, quorū opera utūtur ad uadosa littora, frequentiorū scopulorū discrimina tentāda. Equos nauibus imponūt, quinq̄ mares, fœmellas uero sedecim bello aptas. Fernandū Cortesū, q̄ tūc erat prætor urbanus, generalē eligūt classis gubernatorē et prætorē: subprætores uero Alfonso Fernandū Portucarerū, Franciscum Montegitū, Alfonso Auilā, Alueradū cōmendatariū Spatensem, Ioannē Velasquē, Diecū Ordassū: uentū sequunt eundē, ab angulo Cubæ ultimo, ad occidentē. Quamprimū Franciscus Fernādes Cordubēsis, mox Ioannes Grisalua, ad prospectū insulæ sacrificiorū, de qua mentionē fecimus, deueniūt: insperatus acer turbo captare terrā uetuit: uersis illos uestigijs ad Cozumellā lucatanę orientālē fera tempestas trāsportauit. Portū habet unicū hac insula, cui nomē Sancti Ioannis porta, latine indiderūt. sex oppidis tantū cōtenta est, & aqua puteali, aut cisternali. fluminibus caret et fontibus, quia plana. quinq̄ tantū ac quadraginta mille passuū spatio ambitur. Aufugiunt incolæ ad syluas nemorosas, oppida deserunt præ timore: uacuas domos ingrediuntur nostri, patrijs fruunt cibis, domorum ornatus uariorum colorum, aulæa, uestesq̄ ac lodices, amaccas appellant, ex gossipio natiuo reperiūt. Habent etiam innumeros libros. De his cum cæteris ad nouum Cæsarem nostrum aduectis late dicemus. Perlustrant uniuersam nostri milites, compositis tamen agminibus, ne qua uis ingrueret: paucos reppererunt accolas, una fœmina comite. Per interpretē Cubensem, & Lucatanas tres alios abductos à primis Hispanis, fœminam hortantur, ut absentes accersat regulos. Fœminæ familiares erant acolæ cum ea ducti: à fœmina uocati per nuncios ueniunt reguli, fidem

C amicitie prestāt, domos patrias alacres repetūt, multa ex raptis suppellectilibus resti-
 tuūtur: idololatrias & recutitos esse reperiūt: pueros puellasq; Zemibus immolāt.
 Sunt Zemes nocturnorū lemurū simulacra quæ colūt. Interrogatus à me Alamī-
 nus nauclerus, Frācisus Montegius, & Portucarerius nunciū, qui regimūnera
 attulerunt, unde immolādos habeāt pueros puellasq;. Ab insulis collateralibus,
 inquit, uenum ducūtur permutatione auri aut aliarū mercū. Nusq; enim feralis
 monetæ dira sollicitudo in tam uasto terrarū spacio habitatores premit. Idem aiunt
 de reliquis nuper inuētis insulis: ē quibus duas nominant, Destam & Sestam, ubi
 nudi degūt: puerorū puellarumq; inopia canibus litant. Canes alunt comedēdos,
 uti cuniculos alit gens nostra: nō sunt latrabiles, rostro uulpino, quos ad esum de-
 stinant: pullos castrāt: ad sobolem procreandā foeminarū copiā, mariū numerum
 exiguū seruāt, uti de ouibus pastores nostri: pinguescūt castrati usq; ad quadri-
 stre mirū in modū. Ab his sacris nostri illos deterrēt, nephas esse ostendūt: legē pe-
 tunt quam sequātur: esse deū unicū, qui coelū creauit ac terras, bonorū omniū da-
 torem, sub triplici persona unitū in substātia, facile persuadēt: zemes perfringi pa-
 tiuntur: Beatæ uirginis imaginē depictam à nostris præbitā in sacro sui templi loco
 sistunt, templū ac eius pauimēta uerrunt & abradūt: crucē ob ipsius dei atq; homi-
 nis laudē, ob salutē humani generis superimpositā recordatione adorandā recepe-
 rūt: in templi cacumine unā ingentē ligneā locant. Conueniūt omnes deiparæ uir-
 ginis cū tremore reuerēti figurā suppliciter ueneraturi. Per interpretes significatū
 hī accolæ esse in Iucatana uicina insula Christianos captiuos septē, qui ad eā, tem-
 pestatibus raptati, appulerāt. Quinq; tantū milliariū spacio dirimitur à Iucatana
 hæc insula. Quinquaginta uiros cum duabus carauelis prætor Cortesius ad id ne-
 gocij destinat perquisitores. Cozumellanos tres secū aduehūt cum literis ad Chri-
 stianos, si qui reperiātur: q̄ egregiū facinus sint acturi, si aliquē adduxerint, osten-
 dit: rem ardēter commendat, ab illis nanq; sperat lucidiorē sole se tractuū illorum
D omniū notitiā habiturū. Abeūt bonis auibus, sex dies eis assignātur ad reditū, octo
 expectarūt: demissos in terrā Cozumellanos nuncios trucidatos aut detētos suspi-
 cati sunt: illis relictis, redeūt ad Cozumellā nostri. De discessu ex Cozumella cogi-
 tabat iā uniuersa classis: opposita illā uis maris detinuit. Ecce ab occidēte Canoam
 inspectā uenientē ab Iucatana, Christianū unum ē captiuū aduehit, septennio is
 uitā degerat apud Iucatanos, Hieronymū Aquillarē nomine, uirū Astigetanus
 Vandalū. Quo gaudio se inuicē fuerint cōplexi, casus loquāt. Infelicē sortē suam,
 & fociorū unā amissorū enarrat: audīt attentis mētibus: nec dissonū fore arbitror,
 nec tuæ beatitudini molestū, si rem, ut accidit, recēsuero. In meis decadib. mētio fa-
 cta est de nobili quodā Valdiuia, ab Dariennensibus missō, sinus Vrabē in putato
 continētī habitatoribus, ad Hispaniolā, Almīranti Colono, proregi & Senatui re-
 gis (ad quos pertinet putatū cōtinētis remediū) significatū qua rerum omniū pe-
 nuria urgerent. Sinistris auibus miser Valdiuia prouinciā suscepit: in lamaicę insu-
 læ Hispaniolæ Cubæq; laterali à meridie prospectu repētinus uortex in arenosas
 detulit syrtes. Ea uoracia cęcaq; uada Hispani uocant uiperas: & quadranter uipe-
 ras, quia ibi multæ naues implicātur, uti uiperina cauda lacerti. Discindit carauela:
 uix Valdiuie & ē socijs triginta licuit in carauela scaphā descēdere: sine remis, sine
 uelis misere raptant à pelago defluēti: diximus nanq; in decadibus, esse ibi maria
 perpetuo fluxu labētia in occidentē. Tredecim errarūt dies inscīj quō tenderēt, nil
 esui aptū reppererūt unq;, septē ex eis cōsumpsit fames, fuerūt ipsi marinis piscibus
 esca, in Iucatanā transportātur. Supstites iā inedia deficiētes in crudelis reguli pote-
 statē inciderūt. Valdiuiā prætorē unā & socios quosdā trucidauit, mox immolauit
 zemibus, demū cū unitatis amicis comedit. Hostes autē, aut appullos hospites hī
 depascūt, de reliquo, à carne humana abstinet. Hic Hiero. Aquillaris, & socij sex
 in tertiu diem immolādi seruabant: nocte ruptis uinculis truculēti manus tyranni
 euasere: ad regulū huic infensum, supplices cōsugit: admittunt, sed in seruitutē.
 Admirādum auditu est de huius Aquillaris genitrice: ubi rem intellexit, illico in-
 faniuit

A faniuit præ dolore, licet in nube tantū filium audiuerit, in potestate carnes humanas edentiū incidisse. Hæc si quādo carnes allatas inspectat, aut ueribus affixas, clamoribus domū replet, inquit: En matrē omnīū miserrimā: en filij mei frustra. Habita igitur epistola prætoris Aquillaris per Cozumelianos nuncios, corā regulo Hero, qui Taxmarus dicit, quid Cozumellani afferāt enarrat: de potentia regis eorū, qui ad eas partes appulerunt, deq; uirorū fortitudine, de illorū beneficentia in amicos, de sæuitia in detrectātes, uel eorū postulata respuētes, multa edisserit: tremētē reddidit Taxmarū. Det operā, ne hostes suā ditionē ingrediantur, seruū rogat, sed pacato ueniant animo. Pollicet Aquillaris pacem, & si opus fuerit, contra hostes auxiliū & fauorē. Aquillarē dimittit, tresq; illi dat familiares comites: ita iunctim trañciunt ex Cozumella in Iucatanā, ad flumen, Alaminino nauclero regente, aliās repertū tendunt. Fauces eius arenis erant cōclusæ, uti de Nilo ægyptio legi, flantibus Etesijs: propterea maioribus nō licuit nauibus aduerso flumine procedere: quamuis sit aliās huiusmodi nauibus aptū suscipiendis. In Bergantinos & nauium lintres ducentos uiros in littus exponit prætor. Per Aquillarē pax offert. Quid sibi uelint percontant accolæ: Dapes, inquit Hieronymus Aquillaris. Spatiū erat ingens arenosum ad latus oppidi, illuc tendant, insinuāt accolæ. Eunt. Postero die afferunt gallinas octo eorum more, quæ sunt pauonibus neq; minores, neq; insipidiores, suffulci coloris, & tantum maius, quantū uix sufficeret decē famelicis. Est autē Maizitū frumenti granū quo ipsi panē cōficiunt, nostro panico nō multum dissimile. Protestant unā ut inde discedant. Propere ingēs armatorū ad nostros discedere renuētes multitudo cōcurrit, iterū quid sibi uelint per alienas terras uagantes interrogant. Pacē se cupere, per Aquillarē respondent nostri, & rerū permutatione dapes, aurūq; si aurū possident. Nolle se pacē aut bellū cum eis, respondent: abeant iterū, ni malint usq; ad unū trucidari. Nolle abire, nostri inquit, nō habita ciborū copia, quæ alendis militibus præsentibus sufficiat. In crastinū adferēda cibaria signāt. Mentiti sunt: manē sequenti nostris, qui castra locarant in arena, & fuerāt pernoctati, tātundem afferunt epularū, & sui reguli nomine iubent abire. Cupere se oppidū uidere, et potiores dapes, nostri dicunt. Recusant illi, & terga uertunt submurmurantes. Inedia nostri urgebant, uictū quærere cogunt. In terrā mittit subprætores prætor cū uiris centū quinquaginta. Per diuersa tendūt ad oppidana rura. E turmis unā, obuñ Barbari male tractabāt. Nō longe aberant socij, audito strepitu, laborantibus socijs opem ferunt. Alia ex parte prætor tormenta in Bergantinos & scaphas locat: ad littus se applicat cū reliquis militibus, littus tutaturi, & prohibēturi descensum. Properātī cursu ad pugnā parati, occurrunt Barbari: sagittis & iaculis eminus nostros impetūt, feriunt imparatos. Viginti circiter tormēta in hostes prætor exonerat. Strage globorū & stridore, ac flammarū eruptione percussī, perturbant palantes, crurū tenus in aquas se proñciunt: & nostri hostes insequuntur fugiētes: unā cū perterritis oppidū ingrediunt: cōtinuo cursu Barbari trañciunt oppidū, & domos deferunt. Ad fluminis ripam protentū dicunt esse oppidū, quantū non ausim dicere: mille quingentorū passuū ait Alaminus nauclerus, & domorū quinque ac uiginti milliū: stringunt alij, ingens tamen fatent et celebre. Hortis interfecātur domus, quæ sunt egregie lapidibus & calce fabrefactæ, maxima industria & architectorū arte. Ad quarū sedes habitabiles per decē et duodecim alicubi gradus ascendit, & spatij interiectis secant. Nemini qdē licet uicini murū trabib⁹ onerare. Sunt domus oēs triū domorū intercapedine separate, culmīs tamē & paleis coopertæ maiorī ex parte, lapideis laminis plereq;. Quadraginta hoīm millia Barbari professi sunt eo die pugne interfuisse, uictos tamē à paucis ob nouū pugnadi genus cū tormētis: & quia prætor in terrā equites xvi. exposuerat, q; pugne interfuerūt, à tergo Barbaros adorti, turmas findebāt celeri cursu, nō aliter q̄ si greges ouīū interficerēt, p̄imendo, feriēdo à dextris

C & à sinistris. Miraculo percussi miseri hæsitabant, neq; exercendi tela locus dabatur: idem animal arbitrabantur hominem equo annexum, uti de centauris nata est fabula. Duos & xx. dies sunt potiti oppido: laute sub tecto nostri, sub dio Barbari esurientes degunt, neq; sunt ausi nostros adoriri: munitiorē oppidi partem, ueluti arce tuti elegerunt, nocturnisq; freti custodijs, suspecti semper eruptionem timentes, somno uacabant. Potanchanū dicitur ab accolis oppidum: et à uictoria ibi adepta, Victoriā nostri appellarunt. Mira etiam de atriorum ruralium ad delicias in prædijs ædificiorū magnificentia, magnitudine atq; elegantia, cum solarijs, impluuijs, & tabulatis egregijs more nostro: ut quatuor Hispani rurale quoddam ingressi per horas quatuor in eo uagati fuerint, anteq; ipsius exitum ob magnitudinem comperire potuerint. Per interpretes tandem & captos in prælio, regulum & eius primarios accersunt, ut inermes & supplices ueniant: datur opera, parent dicto, domus quisq; suas repetit, pacem illis præstant lege proposita, ut ab horrentibus humanorum corporum cerimonijs erga manes & perniciosos dæmones, quorum simulacra uenerantur, abstinerent, nostrisq; deo Christo cœli terrarumq; satori, ex uirgine munda præstito, & ad humani generis leuamen crucifixo, dirigant mentis oculos, utq; regi Hispaniæ se subditos fore profiteantur. Pollicentur utrunq; quantū breuitas temporis passa est instruant: restitutos nostratibus muneribus contentos reddunt. E cœlo missos arbitrantur uiros, qui ad eò pauci numero ausi sint contra ingentem multitudinem manum conferere: nostros & illi quibusdam aureis donis affecerunt, seruias etiam uiginti donarunt. His ita relictis, alias eorundem littorum terras quaesituri abeunt: sinum repetunt sub Grifalua repertū ab Alamino, cui nomen dedere Bīan sancti Ioannis. Bīan uocat Hispanus sinum. Pacatis animis ueniunt accolæ. Ab littore oppidum erat distans milliare, domorum aiunt mille quingentarum, super tumulo erectum: ad oppidi hospitia inuitāt nostros, dimidiam oppidi partem offerunt, si perpetui uelint esse habitatores secum: putant, uel Potanchanensiu exemplo perterritos, ad quos iam fortē fama peruenerat, uel sub talium uirorum umbra sperasse in uicinos hostes fauorē & auxilium habituros. Perpetuis nanq; mutuis se bellis conficiunt imperij cupiditate. Recusant eternā sedem, annuunt temporaneę. Redeūtes ad littus nostros sequitur populus, scenas illis & ramata mapalia summa cum diligentia erigunt, & tutissimis tegminibus à pluuia cooperiunt: castra ibi locant, ne marcescant focij. Prætor Alamino nauclero & Francisco Montegio dat negocium, ut illius terræ occidentem uestigare intendant, fessos interim ipse recreaturus, & curaturus faucios. In Potanchano manet ergo prætor cum reliquis: Bergantinos præbet ituris duos, homines quinquaginta. Ad hunc usq; sinum lenis erat decursus aquarum: ubi paulò inferius ad occidentē adnauigarunt, ac si ex montibus altis à torrente raperent, ita impetus illos æquoris breui spacio ad quinquaginta à focijs transportauit milliaria. In aquarum concursum incidunt. A læua uasta maris planities sese ostendit, quæ descenditibus ad occidentem undis obuabat. Vti duo ingentia flumina, quando conueniunt ex aduerso, ita uidebantur à meridie uenientes aquæ, tanquam hostibus in ius alienum pedem inferētibus, primis possessoribus uelle obistere. Ex opposito terram uiderunt longe à læua & à dextra: minime fluctuabant: inter eos cōflictus uorticibus agitabantur in diuersa, qui ferē illos deglutierant: sine spe uitæ diu hæsitauerunt, flectunt proras, aduerso torrente unde uenerant, luctantur remis uelisque innixi, superare uix poterant impetum: quando secessisse putarunt ad minus passuum duo millia, una nocte quatuor se fuisse retractos inuenerūt. Vicerunt tandem illud graue certamē deo fauente. Duos & uiginti dies in eo paruo maris spacio consumpserunt: ad socios tandem redeunt, rem aperiunt, finem eum esse terram Colluacang, putatiq; continentis adiudicarunt. Terram uero procul uisam à fronte, uel cōtinenti nostro annexam, uel

A uel septentrionalibus cōiungi plagis ad Baccalaos, de quibus late in decadibus. Restat adhuc res hæc in dubio, detegetur aliquando. Dum Alaminus & Franciscus Montegius hæc secreta inuestigarēt à rege prouinciæ, qui Multoxumam dicitur, per unum ex eius proceribus prædicto imperantem oppido, nomine Quintalbitor, multis preciosis mirisq; modis laboratis muneribus aureis, argenteisq; & lapillis ornatis nostri donantur. Statuunt ad nouum Cæsarem nostrum mittere de colonia deducenda, gubernatore Dieco Velasquen inconsulto, qui eos cum mandatis miserat, ut prouincijs peragratis, & redempto auro, regrederentur. Consilium ineunt, in diuersa tendunt, errorem fore proponunt aliqui: pars maior suffragatur, non esse de gubernatore curadum, quandoquidem res ad maius tribunal, ad regē scilicet deduceretur: uicit populus. A benigno rege comteum capiunt. Ad millia inde duodecim in gleba fortunatissima cōdenda coloniae locum assignant: generalem eligunt gubernatorem, prætorē ipsum Corthesium: non desunt qui putent eo inuito. Is magistratus alios creat, ad condendae urbis regimen, Portucarerium & Montegium: de quibus satis. Nuncios ad regem mittēdos eligunt eodē Alamino nauclero duce. Quatuor sponte sua primarij nostras uisum terras ueniunt, regemq; adeo potentem, ut eius autoritas tam in infinitum protēdatur. Ducuntur & foeminae duæ, quæ nostris more patrio pareant & obsequantur. Suffusca gens est: auricularum torulos uterq; sexus perforat, gemmatosq; aureos perpendiculos circumferunt. Sed uiri quicquid est inter inferioris labij marginem extremum, & dentium inferiorum radices, perturant: uti nos auro digitos gestando circumligamus. In eo labiorum foramine ampliori, lamina subtili retinētē interius prodeuntem, argenteū affigunt. Carolenum æquat eius monilis rotūditas, crassitudo digitum. Foedius me uidisse nunquam recordor. Putant tamen illi elegātius nihil esse sub orbe lunæ. Quo exemplo quam uane ruat gens humana in sui cæcitatē, quamq; fallamur omnes edocemur. Existimat Aethiops nigrum colorem candido pulchriorem: putat & candidus aliter: detonsus capillato, barbatus imberbi se credit esse spectabiliorē. Appetitu ergo urgente, non ratione suadente tendit gens humana ad ineptias huiusmodi, regiturq; suo sensu quæq; prouincia, ut inquit diuus Hieronymus: Vana eligimus, à certis & cōmodis abhorremus. Vnde habeant aurum, satis dictum est: sed unde argentum, nostri sunt admirati. Montes altos ostendunt, horum cacumina perpetuis canescunt niuisibus, & paucis anni temporibus uerticem ostendunt, ob nubium aut nebulæ densitatem. Plana ergo uel mitia montana, aurum procreare uidetur: asperi uero montes & gelidæ eorum ualles argētum. Aurichalcum etiam assequuntur. Secures bellicas nanq; ac ligones fossorios apud hos inueniunt, ferrum aut chalybem minime. Ad murena ergo regi allata deueniamus, & à libris ordiamur. Diximus libros habere gentes has: libros attulerunt unā cum cæteris muneribus, hi Colluacanæ noui coloni, procuratores, nūcij, multos. Scriptibilia sunt eorum folia ex interiore arborum tenui cortice, sub libro superiore creato. Rarum aiunt esse: uti uidemus non in saliceo aut ulmeo, sed uti cernere fas est in palmularum esui aptarum, tela dura folia exteriora intersecante: ueluti retia foraminibus & maculis angustis contexta, bitumine tenaci retiacula compingunt. Ad aptatam hinc formam mollesacta conuertunt, & extendunt ad libitum, dureq; facta liniunt gypso. Putandum est autem eos aliqua gypso consanguinea materia tabellas uidisse. Credendum est gypso in farinam cribrato superfultas, in quibus quicquid uenit in mentem, scribi potest, dehinc spongia uel pannulo deleri, ut denuo reiteretur. Ex ficuum tabellis fiunt libelli, quos magnarū domorum dispēsatores per fora secum ferunt, stiloq; metallico merces emptas coaptant, delendas quando iam in computatorios codices traduxerint. Non foliatim libros concinnant, sed in longum distendunt, ad plures cubitos: materias in quadratas reducunt partes,

C non solutas, sed tenaci bitumine flexibili adeò coniunctas, ut ligneis compactæ tabellis, arguti librarij uideantur manus subijisse. Quacunq; pateat liber apertus, duæ sese facies inscriptæ offerunt, duæ paginæ apparent, totidem sub illis latent, nisi protèdatur in longum. Sub uno nanq; folio multa cõiuncta folia cõsistunt.

Charactèrū forma mirabilis. Sunt caractères à nostris ualde dissimiles, taxillis, hamis, laqueis, limis, stellisq; ac formis eiusmodi, lineatim exarati nostro more, ægyptias ferè formas æmulantur. Interlineatim hominum, animaliumq; species, regum præcipue ac procerum depingunt: quare credendū est gesta esse ibi maiorum cuiusq; regis conscripta, quemadmodum nostra fit tempestate. Videmus sæpenumero eos generalibus historijs, fabulosis etiã codicibus, ipsius rei, quæ narratur, ad alliciendos emere cupiētium animos autorum, figuras interferere. Arte quoq; grata superiores tabulas cõpingunt: nil differre à nostris clausi uidentur. Legū quoq; & sacrificiorum, cerimoniarumq; ritus, astronomicasq; annotationes & computationes quasdã, seminandiq; rationes & tempora, libris cõmendant. Annum ab occasu heliaco Vergiliarū incipiunt, & mensibus claudunt lunaribus. Mensē autem à luna nominat Tona. Cum menses signare intendūt, tonas inquirunt: lunam eorū lingua tona dicunt. Dies autem à sole: unde tot soles tot dies. Eorum idiomate sol tonaticus dicitur: alicubi tamen aliter. Sed nulla ratione moti, annū distribuūt in menses uiginti, menses autē etiã diebus uiginti cõcludunt. Tempora quæ frequentat, aureis ornant aulæis, & supelletilibus gemmeis admixtis: die illucescente thurificant templa, piâsq; spargūt preces ante rerum initia. Horrendū facinus: in sacrificijs, & istorū tractuum habitatores omnes, pro uictimis pueros puellasq; sacrificāt, eo modo quo supra dictum est. Quo tempore semina iacit in terram, & quando iam spicat segetes, populus seruos precio emptos, laute depastos, & preciosis uestibus ornatos, suis Zemibus destinat sacrificandos: per dies uiginti immolandos circuducunt, transeuntes per uicos oppidani suppliciter salutant, ueluti inter cœlites propediem annumerādos. Acri alia pietate Zemes uenerantur: suum propriū sanguinem offerunt, è lingua, hic è labijs, ille ex auribus, aliqui à pectore uel femore, aut cruribus: multi acutis nouaculis uulneratim emungunt sanguinem, quem manu receptum roratim proiectum cœlum uersus, per templi pauimenta conspergunt: ita placatos reddi deos arbitrantur. A uilla Ricca, id est noua colonia, distat milliaria nouem oppidum domorum quindecim millium, ueteri incolarū nomine Cemobal, nouo Sibylla: regulum reperiunt clausos habentem immolandos seruos quinque: abductos regulus supplex repetit, inquiring: Perniciem mihi regnoq; huic meo uniuerso astruitis, si seruos immolādos mihi auferetis. Irati nostri Zemes fata omnia à gurgulionibus corrodī, uel grandinibus deturbari, aut siccitate consumi, uel torrentibus imbribus uastari permittēt cessantibus sacrificijs. Ne desperati desciscerēt Cempoalani, minus malum elegerunt, impræsentia rati nō esse tempus eis inuitis prohibere, quin ueteres ritus exercean: seruos restituerunt. Licet illis sacerdotēs gloriam æternam, & perpetuas delicias polliceantur, deorumq; familiaritatem post huius seculi procellosos dies: mœsti tamen hæc promissa auscultabant, maluissentq; liberari. Sacerdotes Quines appellant: singulari numero Quin: cœlibes uiuunt & incorrupti. Cum timore reuerēti sacerdotes uenerantur. Hostium & in bello captorū ossa carnibus exesis in fasciculos ligata, ad Zemiū pedes suspendunt, ueluti uictoriæ trophæa, luctorum titulis superpositis. Notandum aliud referunt. Anniculos iam pueros puellasq; cum pijs cerimonijs, sacerdotes in templis, aqua in crucē cum urceolo capiti superiniecta, baptizare uidentur: uerba nō percipiunt, actus & murmura licet animaduertere. Neq; illi, uti Mahumetici aut Iudæi, putant eorum templa uiolari, si alienigenæ legis quisquam eorum sacris intersit. De libris, templis, ac sacrorū ritibus satis dictum putamus: ad alia regi allata munera deueniamus, Duas attulerūt molas,

A uti trufatiles, unam auream, argenteam alteram, solidas, tenues tamen, circumferentia ferè pari, spitonarum octo & uiginti ponderis castellanorum. Est aurea trium millium octingentorum. Diximus castellanum esse monetam auream, quæ ducatū triente superat. Eius centrum occupat ueluti regis in throno sedentis cubitalis imago dimidia, ad genu usq; uestita, genij similis, eo uultu quo nocturnos lemures pictores nostri pingere sunt soliti: campus ramis, floribus effigiatus. Eadem est argenteæ facies. Ferè idem pondus: utrunq; metallū purum. Aurea etiam grana rudia, non conflata, in argumentum auri natiui, uti ciceres aut lentes attulerunt. Torques quoq; aureos duos, quorum alter constat catenulis octo, quibus inserti sunt rubri lapilli, non pyropi tamen, duo & triginta supra ducentum: uirides autem tres & octoginta supra centum, non smaragdi tamen. Eiusdem sunt existimationis illi, qua hi apud nostros nobiles. Ab eius torquis fimbria tintinnabula pendet aurea septem & uiginti, figuris quatuor gemmeis auro ligatis intersecta. Dependunt à singulis aurei perpendiculi. Torquis alter est quatuor catenularum aurearum, per gyros rubris ornatarum lapillis centum duobus, uiridibus autē centum septuagintaduobus, sex & uiginti aureorum tintinnabulorum eleganter comptorum. In ipsius torquis medio decem sunt insertæ magnæ gemmæ auro circumligatæ, à quibus centum perpendiculi suspensi egregie laborati. Coriaceos cothurnos diuersorum colorum afferunt forte duodecim, hos auro, argēto illos, gemmis alios sultos, coloribus tum glaucis, tum uiridibus: à singulis tintinnabula pendent aurea. Tiaras, mitras, uarijs gemmis insutas, glaucis sapphyros æmulantibus referas portant. De cristis, zonis, & flabellis plumis, quid referre queam non sentio. Si quid unquam honoris humana ingenia in huiusmodi artibus sunt adepta, principatum iure merito ista consequētur. Aurū gemmasq; non admiror quidem: qua industria, quo uel studio superet opus materiā, stupeo: mille figuras, & facies mille perspexi, quas scribere nequeo. Quid oculos hominum sua pulchritudine æque possit allicere, meo iudicio uidi nunq;. Notarum nobis uolucrum sunt pennæ lucidissimæ. Vt ipauonum aut phasianorum caudas uisas admirarentur: ita & nos illorum pennas, quibus & flabella & cristas cōficiunt, & elegantia ornant cuncta. Glauco, uirides, flauosq; ac rubros ac cādidos, suffuscos etiam colores pennis inesse natiuos inspeximus: auro cuncta illa instrumenta confingunt. Galeas attulere duas gemmis glaucis coopertas: unā tintinnabulis aureis fimbriatam, & aureis pluribus laminis, duobus aureis calculis tintinnabula sustentibus: altera gemmis eisdem, sed quinq; ac uiginti fimbriata est tintinnabulis aureis, cristata uiridi uolucris conum occupante, cuius pedes, rostrum, & oculi, aurea. Singula uero tintinnabula singuli sustentent aurei calculi. Fuscinas quatuor tridētes pennatas uarijs coloribus intextas, quarū dentes sunt gēmei, filis aureis colligati. Eodem ordine sceptrū ingens gemmatum cum duobus aureis tintinnabulis. Aureum etiam brachiale, calceos ex corio ceruino, aureo filo cōsutos, solea candida subiecta: ex lucido lapillo semiglaucis, unā & candido circumseptum auro speculum: sphingem, forte lapidem diaphonium auro circumligatū: magni lacerti caput, & cochleas ingētes duas, anates aureas duas, & uariarum uolucrum species aureas. Quatuor & pisces cephalos aureos: & ex auricalcho uirgam: pennis miris modis insuta omnia. Portarunt bellicas peltas, & ancilia. Scuta quatuor & uiginti aurea, & argentea quinq;. Mitram plumis uarijs contextam, in cuius fronte media lamina insculpta est aurea, effigiata Zemi idolo. Figuram quatuor aliarum sepiunt in modum crucis aureæ laminæ, uariarum animalium, leonum puta, tigrum, & luporum capita, uirgis & tabellis formata animalia, ipsorum corijs superinsutis, aurichalceis tintinnabulis ornata, & diuersorum animalium corijs integra, & egregie cōfecta. Lodices uarias gossampinas, cādido, nigro & flauo coloribus intextas, duas auro & gēmis ditas, tresq; alias pennis & gossampino

Cintextas scacorum ludo: quod argumentum est & scacorum fritillos habere eos in usu. Aliam à fronte nigro, candido, rubroq; coloribus, intrinsecus rasam sine uarietate. Aliam eodē modo intextam, aliorū colorū, rota nigra mediū tenente, radiata pennis lucentibus intermixtis. Candidas & alias lodices duas, peristromata, aulæa, & sagulum patrio more uiri gestamen, & textas interiores, & capitis uelamina uaria tenuissima, & pleraq; alia pulchra uisu magis q̄ preciosa, quæ arbitror iam plurimorum lectorum ingenijs, quod harum rerum cognitio parum sit frugifera, tædiosa potius fore, q̄ delectabilia narratu. Prætermitto & innumeras nauigantium particulas, de laboribus, egestate, & periculis, & de monstris, & aduersis multis, quibus interdum nō absq; uitæ discrimine exerciti fuerūt, quæ in suis annotationibus quisq; edisserit, in nostroq; regio rerum Indicarum senatu leguntur: ex uarijs & multis eorū indicibus & priuatis literis hæc pauca collegi. Munerum tamen latores & Ferdinādus Cortesius, classis ipsius præfectus, & cōdendæ colonix nouæ in extremis terris autor, à regio Indico senatu contra rectū iustumq; fecisse iudicatur, qui incōsulto Cubæ gubernatore, qui eos autoritate regia miserat, prouinciā susceperint ab eius mādato alienam, quiq; uenerint, licet ad regē, se insalutato. Per procuratorem fugitiuos latrones, & læsæ maiestatis reos Cubæ gubernator appellat, ac in ius uocat. Illi autē se maius multò præstitisse regi obsequiū, uenisseq; ad maius tribunal arguūt. Petit capite puniatur gubernator. Petunt magistratus isti, & sumptorū tot laborum & periculorū præmium. Præmium & multa differtur: ut pars utraq; audiatur, statutum & sancitū est. Iam ad Dariennenses Vrabæ sinus in putato continenti habitatores ueniamus. Darienem diximus esse fluuiū in occidentale Vrabæ sinus cadentem latus. In huius rīpa Hispani coloniam, regulo Cemaco uī armorum pulso, posuerunt. Colonix nomen ex uoto pugnx tempore promisso dixere, sancta Maria Antiqua. Ad hos diximus in calce decadum fuisse missos eo anno quo scribere desijimus, duce Petro Ariā Abulensi, uiros mille ducetos, id petente Vascho Nunnez Balboa, qui primus australe pelagus latens adhuc detexerat, & Dariennē sibus præerat. Appulso ad Darienem Petro Ariā gubernatore cum ampla regia potestate, diximus fuisse destinatos per diuersa cum uarijs perditū turmis diuersos cēturiones. Breuibus absoluā, quia horrida omnia, suauiā nulla. Ex quo nostræ decades desierūt, nil aliud actum est, nisi perimere ac perimī, trucidare ac trucidari. Ad uolūtatem creauerat rex Vaschum: nequiuit diu ferre Petri Ariā imperium: dissiderunt animis: confuderunt omnia: intercessit tempus, Ioannes Caicedus Franciscanæ religionis pulpitarius Vascho promisit filiam in uxorem Petri Ariā. Ars inter rerum duces, qua conueniāt, nulla reperitur. Dissident multò acrius, & res ad talem casum deducta est, ut occasionem nactus in Vaschū Petrus Arias, processu per prætores urbanos formato, iugulari Vaschū mādauerit, & unā primarios quinq; alios: inquiring Vaschū sociosq; defectioni studuisse in mari australi, ubi classiculā nauigiorū quatuor Vaschus ipse cōstruxerat, ad australia putati continentis littora inuestiganda: dixisse Vaschum commilitonibus trecētis, quos secum habebat: En quid uiri tot laborum & periculorū mecum participes, alieno semper subiecti imperio erimus? Quis ferre possit iam huius gubernatoris insolētiā? littora hæc sequamur quō fors dederit, & inter tot elysias prouincias tam uastæ telluris unam eligamus, in qua nobis ipsis quod uitæ superest, liberi iam tandem uiuere possimus. Quis hominum nos reperire poterit, aut repertis uim inferre? Res ad gubernatorē delata est. Vaschū ab austro accersit Petrus Arias: paret dicto Vaschus: in catenas conijcitur: negat Vaschus tale consiliū cogitasse: testes quærantur malefactorū quæ patrauerat: ab initio dicta colliguntur: morte dignus censetur, perimitur. Ita laboribus & periculis, quæ subiuit innumera miser Vaschus, quādo maiores se titulos adepturū sperabat, finem imposuit. Classiculā Petrus Arias ipse, uxore in Dariene

Post exhaustos
tot ac tantos la-
bores Vaschus
morte multatus
tur.

A Dariene relicta, conscendit, scrutaturus littora: nōdum an redierit intelligimus: neq; ipsi deest fortuna. iam alius est designatus gubernator, dictus Lupus Sosa, ex Fortunatis insulis, ubi extitit prorex, reuocatus ab Dariene. quid stomachi sit habiturus si redierit Petrus Arias, boni iudicent: nil unq; gloria dignum sub eo actum est: nimiū remissum ab initio fuisse hinc arguitur: illinc autē nimis indulgentem, & parū seuerum in corrigēdis erroribus. De hoc satis. Omissa quaedam reperamus de flumine ingenti Dabaiba profundissimo, quem nostri ob latitudinem ac magnitudinē eius immēsam Grandē uocitarūt: qui labitur in ultimum Vrabæ sinus angulū, per portas (uti Nilus in Aegyptium mare) septem. Cuius copiosam descriptionem reperies in decadibus nostris. Quod eius mōtana sint auro ditissima, ex accolarū quos super ijs rebus accurate interogauimus, relatur dixi. Dabaibæ arcana scrutaturi Vaschus & prætores alij cōpositis agminibus aduerso fluminē cū nauibus diuersarū specierū, quater conscenderunt: quadraginta millia passuū primo, mox quinquaginta, demū octuaginta, ex transuerso aliās. O ingens facinus, ô nostrā detestandā ignauitiam: gens nuda uestitam, inermis armatam in omni ferē conflictu profligauit semper, trucidauit ad unum, alij quando uulneribus cōfecit omnes. Sagittis bella gerētes uenenatis hostē lacefentem impetūt: & quā uisū hostiū carnes assequūtur detectas, ictum figunt certissimum. Habēt & iacula, quæ pugnæ tempore tam crebra iaculatur eminus, ut more nubis solem hostibus eripiāt. Habēt & ligneos durefactos enses latos, quibus cominus certant ferociter, si ad manus deueniatur: & Vaschum ipsum multis uulneribus confecerunt aliquando. Ita flumen Dabaiba propulsantium accolarum rabie inexploratū relinquitur. Restat ut de Hispaniola, reliquarū insularum genitrice ac ceu primaria earū, de quibus narrare instituimus, pauca dicamus. Refarcitus est in ea Senatus: quinc; sunt additi iudices, qui uniuersis illis tractibus leges præbeant. Sed propediē in ea colligere aurum, licet sit auro prægnans, desinent, quia fossores deerunt: ad exiguum miseri accolæ redacti sunt numerum, quorum opera auro legēdo usi sunt. Absumpti sunt ab initio bellis acerbis, fame multò plures: quo anno radicem, qua panē nobilium conficiebāt, eruerunt, & à maizio grano seminādo pane populari abstinerūt: reliquos uarij morbi, ignoti hactenus, anno millesimo quingentesimo decimo octauo, qui tanq; morbosas pecudes contagioso halitu eos inuaserāt, & unā, ne mētiamur, auri cupiditas: in quo effodiēdo, cribādo ac legendo miseros post iacta semina, ociosis ludis ac tripudijs, & piscationi, aut parui cuniculi uenationi assuetos, inhumane nimis exagitarūt. Iam per regium uniuersum Senatum sancitum est, ut liberi reducātur in populos, & agriculturæ generationiq; indulgeant. Serui autē & aliunde empti, ad id aurifodinarum opificium trahātur. De auri mortifera fame satis dictum. Auditū est mirandum, quantum in hac insula coalescant omnia. Octo & uiginti in ea sunt torcularia erecta, quibus magna saccari copia extorquetur. Saccareas aiunt cannas altiores crassioresq; in hac insula creari q; alibi usq; reperiantur: ad crassitudinē lacertalem, aiunt, & uirilistaturæ ac semis altitudinem nutriri: & quod maius, Valentia Hispanæ, ubi ingēs saccari copia quotannis elicitur, ubicunque saccareis cannis inuigilatur, quinc; uel sex, aut quando copiosius, septem phialas cannas quæq; radix parturit: in Hispaniola uiginti aut triginta interdum. Quadrupedum est in ea copia immensa. Auri rabida fitis à cultura Hispanos hactenus diuertit. Triticum augetur in immēsum, ut centesimum aliquando reddidisse dicatur: ubi cura sit, in collibus aut montanis iugis, ad boream præcipue uersis, tritico ferendo intendere. Coalescunt & uites in eisdem partibus. De arboribus uero cassiam fistulam gignentibus, ex insulis purato continenti uicinis asportatis (de quibus mētionem fecimus in decadum libellis) quid dicemus? Tanta est iam copia, ut post paucos annos libram simus uncia loco à pharmacopolis habituri. De syluis coccineis, deq; reliquis.

C huius beatæ insulæ prærogatiuis, & naturæ in illam porrecta beneficentia, satis multa in decadibus. Placuit tamen pleraq; repetere, quia à grandium negotiorum mole arbitror ad huiuscemodi rerum recordationem multorum lectorum ingenia diuertisse: nec labia detorquet, quæ sunt sapida, modò materia preciosa preciosis uestibus induatur.

F I N I S.

SANCTISSIMO LEONI DECIMO

PONTIFICI MAXIMO, PETRVS MARTYR S.



VANDO QVIDEM beatissime pater, è nostri orbis noui ternione partes sibi duas tua sanctitas uendicauit, Ioanne Rufo Foroliuensi Archiepiscopo Cõsentino, & Galeacio Butrigario, tuæ sacrae sedis apostolicæ legatis, ac Ioanne Curcio Florentino, suæ illustris Reipub. oratore, ut ea colligerent, tuæ sanctitatis nomine, poscētibus. Accipiat unà legationem hanc meam Babylonicam, paululum reformatā ab ea quæ inepto characterē, me inconsulto, cum prima decade impressa uagabatur. Quò intelligat, utrum mihi creditum à peregre proficiscente domino uitale talentum in nostra religione suffoderim, an exercuerim: & an ego de tui gregis ouibus una, uirētia tua prata depastus impune fuerim. Huius legationis epistolares archetypos lituratos proieceram

D in angulum, tanquam rem nude compactam, de ipsius æditione nil penitus curans. Quia nihil ex his quæ domi aliquādo cuderim, sine rubore ac metu emisi unquam: quoniā quid ex mea officina prodire queat, aperte cognosco. Multò enim magis occipitalē eruditorum castigationē timeo, & inuidorū tela perhorresco, quàm amicorum applausibus erigar, aut ulla cõmendatione ob sumptos labores exhilarari animū sentiam. Dormitabat igitur iacebatq; in tenebris derelicta mea hæc à Gadibus ad Nilum usq; peragratio, quando Hispaniarum & Cardinalis & primas Toletanus archiepiscopus, noster hic patronus, Franciscus Ximenez impræsentiarum Castellæ regnorum moderator, Carolo rege catholico absente, ut è latebris illam educerem, efflagitauit. Prodiit eius nomine. En illam secundo chalcographorū prælis suppositā, uenustioribus tamen characteribus fucatam, magisq; uere quàm elegāter scriptam. Quæ si tam sereno uultu suscipietur, q̄ nostri agelli primitiæ anno superiore, de Orbe Nouo, ad te, qui uicarius dei uices in terris geris, missæ, cui rerum omniū decimæ primitiæq; debetur, susceptæ fuerūt, obtusum ac torpēs ingeniū meum excitabitur, & multa quæ de Orbe Nouo restant, literis mandabit. Vale pater beatissime, ante cuius sacros pedes animo, si nequeo corpore, prostratus, opto dicoq; felicitatem.

Petrus Martyr ab Angleria Mediolanen.

A PETRI MARTYRIS 76

ANGLI MEDIOLAN. FERNANDO ET HE

lisabeth regibus, qui eum ad Venetos & Soldanum,
oratorem miserant, legationis Babylonicae

LIBER PRIMVS



REGIO à cōspectu uestro, catholici principes, cum
destinatus orator ad Venetos, deinde ad Soldanū
Babylonicum, discessui me accingerē, ut quæ me-
moratu digna sese offerrēt, quæ ue mihi acciderent,
ut latine retroscriberem, imperastis. Quamobrem
uestri imperij memor, breuibus epistolis tribus ex
itinere quædam ex ijs quæ mihi occurrebant, uobis
significauī. Nunc uero cum in hac urbe Alexātria
sim dies aliquot ociosus moraturus, ob galeaceas,
quæ me aduexerunt, barbarorum caullationibus

implicitas, nullumq; sperem aliud posse mihi nauigium offerri, quo me credere
tutò prius queam: fuit consilium, nolle tempus incassum terere. Præterea cum
existimem accidere posse in natura, ut magnorum aliquando regum, ueluti pri-
uatorum negocia uel intercipientur, uel tempestatibus includantur, est animus
scribendis ea cōmiscere, quæ hæcenus exarauī. Sic igitur exordiri intendo. Si
memores estis, catholici principes, ex urbe Granata, quam de Barbarorum Ma-
homethæorum potestate bello nuper eripuistis, idibus Augusti, anni à salute
nostra primi & quingentesimi supra millesimum, ad hoc munus oratorium
mihi demandatum à uobis dimissus sum. Cum abire iam pararem, Dominicus
Pisanus, qui apud uos suam Rempub. Venetam orator refert, ut properarem
B uehementi monitu persuasit. Solere sæpius ad orientis oras his temporibus Ve-
netarum galeacearum classem, genus nauium à piratarum incurfibus & tem-
pestatum ac procellarum rabie tutissimum, traicere, inquiens. Huius ergo uer-
bis impulsus, longis itineribus Hispaniam utranque, Galliam uniuersam, quæ
Herculeo mari adiacet, Italiamq; totam à Ligustico ad Adriaticum sinum per-
curri: sed per loca inuia, per montium anfractus, per deserta sylvarum profi-
ciscens. Sub diō, ad euitandum pestis horrendæ periculum, quæ Laletanas ac
Narbonenses urbes & oppida miseranda contagione uastabat, sæpe come-
dens & quiescens. Nec liber tamen ab ea cœli intemperie penitus euasi. Tres
enim ex antiquis meis familiaribus pestifera febris correptos à tergo mœstus
reliqui. Venetias tandem pridie calendas Octobris circiter noctem intempe-
stam perueni. Postero die Veneti Senatores de aduentu meo certiores effe-
cti, nobiles, qui me ad se comitentur, mittunt. Per nuncios enim illis, uestro
catholico nomine quædam me relaturum, significaueram. Adiuī, uestro no-
mine salutari, imperata retuli. Quibus auditis, delectatione affecti sunt sum-
ma. Sed tunc præcipue, cum qualis sit erga eos futurus uester animus aperui,
si quid in ipsos quisquam moliretur, aut si noui aliquid, de quo suspicabantur,
emergeret. Colloquijs utrinque iam peractis, regias uestras porrexi literas,
quibus ipsos, ut de me ulterius ad magnum Soldanum Babylonicum pro-
cessuro curam gererent, hortabamini, & summa cum diligentia dirigerent, ro-
gabatis: gratissimum uobis facturos innuentes. Literis libenter perlectis, re-
sponderunt, se per celeres tabellarios ab oratore suo qui isthic assidet, Domi-
nico Pisano, de mea ad Soldanum profectioe præsciuisse. Inde ut animo sim-
alacri suadent. Iter mihi tutissimum successurum prædicant. Moxq; de pri-
marijs & senioribus unus his me uerbis allocutus est. Ab huius nostræ urbis

Instituta Venetorum.
Tuta galeacearum nauigatio
C initio, quæ, uti uides, aquis undique circumuallata, & intra marinos fluctus fundata, nullius rei per se copiam tenet: ita semper fuimus instituti, ut ciuium nostrorum pars maior, maritimis commercijs intenta, exterarum regionum, quacunque iter pateret, prouentus ad nos deportare curarent: cæteris quibus uel senio confectis uires defunt, uel rerum experientia aut doctrina pollentibus prudentia inest, regendæ urbis onus incumbit. Quare longa nobis annorum curricula hoc genus nauium, quas nos Galeaceas appellamus, aptius, commodius, tutiusq; esse reliquis nauigijs, ostenderunt. Quibus quicquid nobis est fortunarum, quotquot ue nobiles nostra hæc urbs procreat, nos posse tuto credere arbitramur. Opportune igitur & fausto sydere aduenisti. Nouem enim scito galeaceas commerciij causa, quatuor Berytum Damasci Syriæ portum, Alexandriam autem Aegyptiam quinque, destinatas. Ex his octo dudum uela in altum dedisse, unamq; tantummodo esse in portu tibi significamus, quæ ad colligendas aliarum sarcinulas postergatas permansit: nihilq; aliud iam, præter aduentum tuum & secundos uentos, operitur. Reliquas octo galeaceas in Polæ urbis nostræ portu in Illyrico assequeris: in quem lignandi & aquandi gratia sese, ex ueteri nostra consuetudine, recipiunt, altum ue capturæ conueniunt. Propterea te quantocyus poteris accingito, ne, si fortè uenti consurgant optati, diutius morentur. Ingruit enim iam hyems, & durum est posthac credere se uentis: propter uarias quæ ex insperato, in hoc præcipue uadoso nostro sinu, exoriuntur tempestates. Huic ego, quacunque me hora nauatæ uocauerint, præstò fore, respondi. His itaque peractis, eius galeaceæ, quæ adhuc stabat in anchoris, præfectum Senatus ad se iubet acceriri: meq; illi summopere commendat: utq; honorifice & commode tractet, imperat. Domum igitur lætus reuertor: & interea loci dum per familiares meos lecti,

Ordo eligendi principem Venetum.
D cæteraq; ad eam nauigationem necessaria comparantur; hunc diem, qui calendarum Octobris est, cum salutationibus eorum qui mihi in Hispania oratores noti erant intentus, tum perquirendo aut exarando, consumpsi. Ex ijs qui ad me ueteres amici salutandi gratia uenerunt, cum Venetos Senatores ad principem eligendum in prætorio conclusos repererim, quo ordine is deligatur, percunctatus sum. Cum primum dux eorum hominem exiit, comitia, ad quæ nobiles omnes ab anno trigésimo conueniunt, per præcones conuocantur. Neque enim de populo inter eos ad imperij habenas quisquam admittitur. Nobiles autem circiter quingentorum supra mille numerum attingunt. His aggregatis, de argentati globuli intra pyxidem clausi, numero totidem, quot ipsi astant, afferuntur: quibus triginta tantum deaurati commiscuntur. Ita ueluti agmine bene composito pro cuiusque ætate (honus enim inter ipsos ueterum Romanorum more senibus exhibetur) ad pyxidem procedunt, manuq; propria singulos globulos latentes ex obscuro singuli extrahunt. Qui in deauratos fortè incidunt, in prætorio permanent: cæteri dimittuntur. Triginta uero hi, nouem inter se, per suamet suffragia sortiuntur: reliqui abeunt. Nouem his ita electis, de quibuscunque nobilibus absentibus uel præsentibus quadraginta, per sua suffragia liberum est præponere. Ab his quadraginta duodecim iterum de suomet numero deliguntur. Quibus duodecim, cæteris domum redeuntibus, alios extra se quinque & uiginti nominandi potestas præbetur. Hi quinque & uiginti de seipsis nouem iterum per suffragia deligunt. Extra suum collegium hi nouem iterum quinque & quadraginta quoscunque libet sortiuntur. Ex horum turba iterum undecim, qui cæteris discedentibus, alios unum & quadraginta deligunt. Hi unus & quadraginta iam tandem, undecim electoribus suis domum dimissis, in prætorio permanentes, post tanta ac tam uaria scrutinia, de nouem sancti Marci procuratoribus

A ratoribus eum, quem iureiurando adhibito, ad Reipub. gubernaculum aptio-
 rem fore crediderint, ducem sibi retinent, qui in suffragiorum unius & qua-
 draginta benigna cessione, quinque & uiginti ad se directa suffragia habere
 comperietur. Ducis autem Venetorum ita electi potestas paulò maior est mea
 sententia, quam eius qui apud Romanos princeps Senatus appellabatur. Ne-
 que enim is habet, sine decemuiratus, qui ipsi semper assidet in rebus pertra-
 ctandis, consilio, non modo uitæ aut necis, sed neque in re ulla solus aliquam
 potestatem. Monetæ tamen huius caractere signatæ, cuduntur: ipsiusq; no-
 mine literæ conscribuntur. Non deerunt hoc loco, arbitror, catholici reges, si
 ad aliquorum manus hæ nostræ literæ peruenerint, qui subsannare, & meæ
 huic, eorum iudicio, inutili curæ detrahere præsumant, qui ad tantos ac tan-
 tis regnorum ponderibus pressos reges minuta quædam, & inculta oratione,
 ociosus enarrem. His ratio ipsa, catholici principes, aperta fronte respondebit:
 prudentum sibi ac sapientum nomina solos eos reges peperisse, qui multarum
 rerum scientiam continua & studiosa inquisitione indagarunt. Nec magnis
 principibus semper res celebres datur pertractare. Nec sola ea sunt magna,
 à quibus dulce aut utile, quæ duo uitam uersant humanam, decerpantur: à
 paruis etiam arbutis fructus interdum non inutiles, & ab incultis rubetis odo-
 rata rosæ colliguntur. Propterea cum sitis mihi, sanctissimi duo consortes, non
 penitus ignoti: cum à clarissime gestis prudentia uos uiuentes omnes antecel-
 lere sit compertissimum, fuit consilium hebetare aures, & quacumq; uobis satis-
 factum iri credidero, calamum dirigere. Redeundum igitur est ad primum insti-
 tutum. Ab ipsidem qui apud me eo die uersati sunt, quod genus galeacea nauis
 gij sit adeò, ut ipsi prædicant, tutum, quibus autoribus conficiatur, quo ue modo
 regatur, sciscitatus sum. Genus aiunt esse triremium: nec alio à triremibus fa-
 bricari discrimine, quam magnitudine. Impensa uero & ærario communi ab
B eorummet fabris nauiticis, quos habent & enutriunt continua exercitatione in
 suis naualibus innumeros, construuntur. Venetorum naualia, principes fere-
 nissimi, pulcherrimum est uidere. Urbem munitissimam, ueluti à propinquis
 hostibus mirifice custoditam, se ingressum arbitrabitur, qui intra eorum naua-
 lia admittetur. Mœnibus enim turritis circumsepta, præsidijs & excubijs perpe-
 tuis custodiuntur: ne quis maleuolus igni supposito, ut aliquando euenit, introeat.
 Ibi fabrilia omnia fiunt. Ibi malleorum strepitus uix ferre potest quisquam, cum
 inter fabrorum ferrariorum officinas iter fit. Alij anchoras diducunt, alij enses,
 hastarum cuspides, & gladiatorum omne genus formant: alij ballistas conflant &
 scorpiones: alij clauos, secures, ligones, & cætera quæ ex ferro fabrefieri solent,
 instrumenta cudunt. Ibi etiam fœminarum nentium texentiumq; ac omne am-
 plustre parantium multitudo ingens degit. Ibi molæ uersatiles, quibus tormen-
 tarius conficitur ac teritur puluis. Nunquam quiescunt. Deportatas huc fabulo-
 sas Vulcanias insulas uestræ Siciliæ suburbanas, cum suis Vulcano & Cyclopi-
 bus, me perambulare quasi existimabam. In his demum naualibus omnia quæ
 ad nauigationem, terrestremq; bellum attinent, conficiuntur. Galeaceis igitur com-
 pactis atque etiam instructis, per præconem in compitis ac truijs omnibus cer-
 tam galeacearum copiam ad Alexandrinam aut aliam expeditionem esse para-
 tam edicitur. Diuersarum enim mercium comparandarum gratia, ad omnes has
 regiones Veneti quotannis quendam galeacearum numerum mittere consue-
 uerunt. Ad Tanaim scilicet in Scythiam aliquas: alias Berytum Damasci portum
 in Syriam: Alexandriam Aegypti emporium alias: ad Africana littora plerasq;
 quasdam in Hispaniam, in Angliam, Britanniam maiorem: & ad glacialis ocea-
 ni incolas etiã nonnullas mittunt: Bizantium quoq; Cōstantinopolim in Thra-
 ciam, priusquam Turcarum bellis urgeretur: unde tapetum ingentem copiam
 referebāt. Audito igitur sui principis & Senatus per præconem edicto, nobiles

Ducis Venetorum potestas.

Naualis officinae descriptio.

C hisce negociationibus exercitati in praetorium conueniunt. Ibiq; praeposita ad auctionem galeacearum locatione, singulas singuli conducunt. Facta dehinc pro ipsorum ueteribus decretis diligenti inquisitione, an cuiuscq; galeaceae conductor, idoneus sit: cum omni, ut ita dixerim, supellectili amplultricq; recenti, ad nauigandumq; paratissimas conductoribus suis nobilibus galeaceas obsignant. Popularium nanq; galeaceam conducere nemini licet. Harumq; conductores patronos appellant: & a patroni conductoris cognomine nomen sibi quaeq; galeacea in posterum retinet. Galeacearum quamlibet cuparum quingentarum sub tegmine: in detecto autem totidem pondus deportare, inquitur. Cupas uero singulas ponderis mille librarum computant. Et quoniam longe secus atque onerariae naues aut alia quaeuis nauigia gubernantur, non erit absurdum, quoniam modo illas regant, recensere. Galeacearum quaelibet ducentorum fere hominum ministerio, stipendio conductorum, indigere uidetur. Ad remorum ac uelorum administrationem centum quinquaginta addicuntur: tot enim remos quaelibet ipsarum (quamuis ob nauigij magnitudinem remis parum utantur) affert. Nam solo tempore malaciarum, ut proximum aliquem portum ingradientur & exeant, aut ut se in aliquam partem mutent & conuoluant, remis agitur: quos habent in quolibet transstro ternos: propterea triremes merito appellabuntur. Hi centum quinquaginta a remis remiges dicuntur. His digniores duodecim iuuenes agilimi assignantur: qui haud secus, ubi opus est, per malos ac rudentes & antennarum cornua ascendunt descenduntq;, etiam rugiente tempestate, ac si essent Tabrachae simiae, aut petauri leues: hi gagliardi, id est, uiribus polentes, appellatur. Quorum humeris siue industriae & labori in fremitu tempestatum, siue in certamine nautico, si quid occurrat, totum onus incumbit: & ueluti decuriones alios nautas regunt. Sunt praeterea duo directarii: quorum consilio duodecim gagliardis comitibus cura est uicissim quacumq; puppis uertenda sit, temone regere. Est & his superior gubernator generalis: cui alius addicitur consiliarius. Omnibus autem patronus ipse galeaceae conductor imperat. In sunt etiam omnium artium ad rem maritimam necessariarum opifices delectissimi, e publicis naualibus educi, in eis a teneris educati, cum suis quisq; ministris & fabrilibus instrumentis: ut puta lignarij, ferrarij, stipatores, ballistarij, arcuarij, tormentarij, & reliqui id genus. Sunt & cocum complures, dispensatores, mensarij ministri: quatuorq; portae custodes uocati: qui sub unius tabellionis imperio, cui merces omnes assignantur, curam gerunt eruendarum imponendarumq; mercium: ne uel quis subtegmen per portam, nisi sit bene notus, ingrediatur: quoniam ibi omnia preciosa includuntur. Sed caeteris omissis, operae premium est nouum illud institutum, ab eorum maioribus a prima urbis origine inuentum, legeq; sancitum, & religiosissime apud eos ad haec usq; tempora seruatum, cognoscere. Ut labentibus paupertate nobilibus consuleretur, lege cautum est, ut galeaceae cuiuscq; patronus octo nobilium pauperum filios, ad quamcumq; partem profiscantur, cum septuaginta nummorum aureorum stipendio, secum ducat: illisq; uictui necessaria, qualia nobiles habere decet, impartiantur: simul ut aromatum libras quater mille, sine nauli ullius solutione, & gratuito, importare singulis permittat. Ita & aliena impensa hoc tempore uiuunt: & multi qui egestate oppressi torpescerent, exerciti pedetentim, ni sint ignaui penitus & inertes, emergunt. Cuiq; tamen ipsorum intra galeaceam suae stationes, ad quas tutandas una cum duodecim comitibus concurrant, si qua uis hostilis ingruat obsignantur. Sed per Senatus suffragia hi nobiles de multis pauperibus supplicantiibus deliguntur. Galeacearum ex Aegypto praecipue uel Syria redeuntium, ducentorum interdum millium ducatorum summam singulae reportare creduntur. Inde nanq; gemmarum, aromatum, Arabicorum odorum referunt omne genus, & quicquid lasciuiae huiusmodi est in natura ad effeminandos homines:

Quanti cupax
fit galeacea.

Afflictorum nobili-
um remedium.

A mines: simul & medicamentorum copiam ingentem per totam Europam disseminandorum. Ex quarum rerum portuarijs & uectigalibus publicum ditatur ærarium, & eorum respublica per ciuium commercia indies magis augetur. Ad Syros autem & Aegyptios, unde ista sibi, ociosorum & lautorum opinione, preciosa conquirunt, argenti & æris maxima ipsi pondera important: quæ ex utraque Pannonia & Germania aromatum, lapillorum, ac medicamentorum permutatione exhauriunt. De galeaceis iam satis: de quibus, cum essent mihi inter fluctus & tempestates futuræ per uetita tempora domus, examussim me uestigare oportuit. Scio minuta quæcque uos semper uoluisse intelligere: hac uia uobis satisfactum iri puto: de cæteris nihil mihi curæ. Quonam uero modo suæ in ciuitatis gubernatu sese habeant Veneti, instituta Romanorum interdum imitantes, in plerisque fugientes, ne per licentiam suorum ciuium animi insolescant, dignum esset memoratu. Sed quoniam temporis breuitas pauca mihi de hisce rebus cognoscere permisit, in aliud narrationem hanc differre satius esse duxi. Operæ præciū autem est & ferè miraculosum, quamuis præterlabendo à fronte tantum ista conspexerim, domorum adeo nouas structuras, intra aquas uias nauigabiles, cymbarum traducentium multitudinem, ornatum & commoditatem, cernere: plateas in mari multas & ingētes miro labore impensaque lateribus constratas intueri: templa magnificētissima innumera, ditia, in modum arcium erecta atque oculos caligantia, circumspicere. Equidem sub sole uisu mirabilius, hominum industria compactum, stare nihil existimo. Nec plura his, quia monebar ut sole primū exoriēte præsto essem, licuit uestigare. Sexto igitur nonarum Octobris die mare ascensurus, ex his quædam ad uestras maiestates, nocte Calendarum urgente, ab urbe Venetiarum retroscripsi.

B PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. LEGATIONIS BABYÆ

Ionice, liber secundus.



VALE mihi, catholici rex & regina, à uobis proficiscēti ex urbe Granata iter acciderit, superuacaneum esset uelle repetere. Scripsi enim ad uos quæcuncque ad eam usque horam, qua Venetijs discedere parabam, occurrerunt. Nunc cum Alexandriam ægyptiam ingressus Soldanicū cogar mandatum expectare, sitque uelox quoddam Venetū nauigium in Europam Venetias propediem rediturum, imperij uestri memor calamum sumpsi. Sexto nonas Octobris, uti iam significauī, Polam Illyrici maris urbem, in cuius portu galeaceæ reliquæ nostram operiebantur, petiturus, mare conscēdi. Polam autem centum millia passuum distantem ante diem sextum Iduum ipsius Octobrisprehendere, propter aduersantes uentos, minime potuimus. Ibique unā cum cæteris omnibus qui nos expectauerāt, flantibus ex aduerso nunc euris, nunc austris furentibus, interdum etiam propter Malachias, continuos egimus cum ingenti molestia septem dies ociosi. Quo tempore, à duobus theatris antiquis & uetustarum rerum plurium epitaphijs illustratarum uestigijs, nobilem fuisse urbem Polam cognoui. Quapropter cum in mentem uenisset, splendidissimam uestram curiam iuuenibus ingenio pollentibus, & antiquitatum studiosis, esse omni tempore ornatam, non absolum mihi uisum fuit, ex epitaphijs aliqua colligere: quorum pleraque uetustate collapsa, alia fragmentata iam sunt. De manibus etiam Polensium quædam extorsi, aliqua & prætermisi. Est de Polæ urbis huius portis una, quæ Ratta dicitur, ubi triumphalis extat arcus, qui hoc epitaphio inscriptus est:

LEGATIONIS BABYLONICAE

- C** Salvia, Postumia, Sergi, de Sua. PECU
 Eodem in loco. (nia.
C, Sergius, C. F. AED. II. Vir. Quinq.
L, Sergius, L. F. Lepidus. AED. TR.
 MIL. LEG. XXXX.
 Eodem in loco.
S Aluia, Postumia, S. Ergi.
 Post altare S. Matthæi extra moenia
 Pola. SEX. Palpelio, P. F. Vel Hi-
 stro, LEG. TI. Claudij. CAES. Aug.
 Alio in loco. (PROcon.
 Pr. Tr. PL. x. Vtr. S. T. T. L. lu. Dic.
 Tr. mil. LEG. XIII. Germaniæ. Co-
 mitt. TI. CAES. Augu. Dato. A.
 Alio in loco. (Diuo. Aug.
C, Prerius, Felix, Neapolitanus, Bene
 Apud ecclesiã S. Germani. (ficij.
 I. O. M.
C, Iulius Chryfogonus, Ex. Voto, Fe-
 cit. In sacello Octauiani Augusti.
 Romæ. & Aug. CAES. Inui. F. PAT.
 Aenigma in qdã tumulo. (PAT.
 Pater. Cum Filia. Frater & Soror. So-
 cer & Nurus. Hic. Tantũ. Duo. Iacent.
 In quodam sepulchro.
Sergia. FL. A. Lusiana, Mihi. et. Q. Fla.
 Lusiano, Dulciff. Nepoti. Ex Filio. Cõ
 iugis. Q. Meo FRatri. AMAntiff. Fui
 INtegra. Monumentũ. Constitui.
 Eodem in loco. (V. P.
Euticus. & Enoria, Nata. H. Sedem. S.
 D. M.
A. Actius. C. A. Archiater. S. ET. Iu-
 lia. P. Coniugi. Incomparabili. V. S. P.
 Ibidem.
Tocij. Nisidius. Capito. Maritus. PAR
 ui Temporis.
 Ad sanctum Ioannem.
Marco. Lurio. Hialisso. Patrono. et. Lu-
 ria. LIB. ET. M. Lurio. ZOSimo. M.
 Lurius. Zosimus. LIB. F.
 Apud sanctum Martinũ.
Iulij. Chryfantidi. Ann. xxxi. Men. iij.
 D. xxxix. F. Lusidienus. Nestor. Aug.
 POL. CON. Incomparabili. Cum.
 Qua. Vixit. Ann. xvi. Sine. Villa. Que
 rela. B. M.
 In quodam sepulchro.
 D. M.
Papiria. Prima. Viua. Sibi. Posuit.
 Apud sanctum Vicum.
AVR. SOTer. ET. AVR. STEpha-
 nus. Aur. Sotiriæ matri. Pientiff. Reli-
 gio. Lucife. metuenti.
 Eodem in loco.
C. BASilides. EQ. R. ET. AVR. Vi-
 bia Vibianæ matronæ. PARêtes. FIL.
 Kariff. V. F. F.
 In quodam monumento.
 D. M.
AVR. RVfinæ. Alumna. Pientiff. &
 INCõparabili quæ uixit. An. xxvij. M.
 x. d. II. Fide Cognita. Memor. Obse-
 quij. Eius. Aurelia. Soteria. PIET.
 P. Lena. P.
 Iuxta amphitheatrum.
 D. M.
Aurelio. Timacho. Aspasia. Liberta.
 In quodam sepulchro. (V. F.
MANilia. Paula. De Patrimonio. Suo.
 Sibi & AVrelio. PAULino. Compatri.
 SVO. DOMUM AETernam. P.
 In quodam horto apud sanctũ Ste-
 phanum.
Auidia Maximina. Domũ. Aeter. V.
 S. P. si quis. Aliud. Corpus. Superpo-
 Det Fisco. ccc. mil.
 Apud amphitheatrum.
Aur. Eripinus. Aur. VICToriæ. Com-
 pater. Eius De Patrimonio. Suo. Do-
 mum. Aeter. V. S. P.
 In cathedrali ecclesia.
M. BARuius. Soter. BAR. ASclipi-
 doræ. Filia. Pientissima.
 In sepulchro quodam.
Iulia. Matrona. Aurelio. AQUilino.
 Comp. Cũ. Quo. Vixit. ANN. xxij.
 Sine. VLLa. Q. Verela. B. M. P.
 Apud pratum magnum.
DONatius. AVG. LIB. & ANNia.
 Prmitiua. Hãc. SEdem. FRuctũ. LA-
 boris. Sui. Viui. Sibi. POSuerunt.
 Apud montem amphitheatri.
Vibiç. Athenai. DuL. HeRAcli. PA.
 SOCR. P. B. M.
 In domo Iacobi fabri.
LOC. MON. IN. FR. P. XVI. IN
 AG. P. XX. H. M. HERES. S.
 Sub campanile ædis pontificiæ.
Imperatori. CAES. Pio. Felici. Inui-
 cto. AVG. RES. P. POL. DN.
 Eodẽ in loco a tergo. (MER.
MAX. TRIB. P. VI. CON. II. p.
P. M. AuREL. MENophilus. OR-
 natus

A natus. IVDicio. Eius. Equo. PVBL. la marmorea.
 Sacerdos. Tusculanus. EDIL. PO= C. HELVIVS. Iulianus. IV Lia.
 LEN. Cū. Menophilo. Patre LIB. FORtunata. C O N Iugi. CAstiff.
 AVG. NN. EXPR Ocurat. Indul ET. INCOMPARABILI. SPLEN
 gentiff. L. D. D. D. DIDISS. ORDO. Aquileiensium.
 Iuxta aedem diui Matthæi in tabu=

Hæc dum ita cōquirerem, uenti iam tandem satis placidi, nostroq; itineri non
 dissoni sese nobis ostēdunt. Anchoras igitur eruimus, portu egredimur. Qua=
 tuor galeaceæ Berytum in Syriam profecturæ discedūt à nobis. Inter quosdam
 nos scopulos in huius portus faucibus eam noctem egimus. Altero die uela da=
 mus, sed infausto sydere: Nam uix ad milliare trigessimū aberamus à portu, cum
 adeo fera tempestas exorta est, ut magistri gubernatoresq; nauium quid cōsiliū *Inges exorta*
 caperent, penitus ignorarēt. Dum sic omnes mussitant, ecce uis uenti maiorem *nauius tem*
 galeaceæ, qua ego uehebar, antennam nō longe à malo dirumpit. Vela à sum=
 mo ad imum lacerat. Antennæ pars in mare à uentis deportatur. Galeaceam *pestas.*
 ferè secum trahit. Et quidem, nisi celeres illi x i i iuuenes gagliardi comites ap=
 pellati, parti uelorum lacerata fortiter innixi, eam summa ui astrinxissent, nauim
 inuertisset. Intra galeaceam igitur illi lacertorum uiribus & robore uela redu=
 cunt perdita. Ventorum fremitus furiosus augetur. Aliæ naues suū iter à uen=
 tis & ipse raptæ prosequuntur, nos deserunt: neque enim, etsi cuperent, labo=
 rantibus nobis opem ferre potuissent. Millia passuum circiter uiginti retrò cedi=
 mus. In statione quadam sub scopulo, qui nos aliquantisper ab undarum incur=
 su tutaretur, anchoras iacimus. Ibi dies egimus duos, duasq; teterrimas noctes,
 aut rudentum aut anchorarum rupturam, ut intra scopulos quibus proximi
 eramus illideremur, in horas expectantes. Verebatur etiam ne fluctuum ic=
 bus nauis aperiretur. Toto enim eo tempore nauis nostræ latera non aliter un=
 darum tumida rabie concussa tremebāt, quàm ab hostibus quassata oppugnan=
 do tormentis hostium mœnia. Votis precibusq; singulis horis deum sanctosq;
 omnes fatigabamus. In nostra galeacea quatuor peregrinos ad diuersas orbis
 partes mittendos uouimus. Plena metu omnia, omnia horrenda: sed secunda
 nox formidolosissima: sæuiebant ab alto rabidi fluctus, mugiebat à profundo
 pelagus: undarum cumulis spondas interdum superabāt: modo à puppi, à pro=
 ra modo uexabamur. Tertia die tandem quieuit hyems aliquantulum, iterq;
 nostrum Dalmatiam uersus capimus. Intra cuius prouinciæ scopulos quar=
 ta ab inde die reliquas galeaceas, quæ & ipsæ maiora passæ fuerant incommo=
 da quàm nos, errantes assequimur. Quamuis afflicti, inuicem tamen sublati
 clamoribus sese è puppibus nautæ, ciues uero nutibus alacres salutāt. Aduersan=
 tibus iterum uentis laderam, quam appellant Veneti Zaram, Dalmaticam ur=
 bem illustrem unà omnes retrogradimur. Ibiq; cum descēdissemus è nauibus,
 sua quisq; pericula iactitabat: hic derelictas sibi ruptis rudentibus anchoras: ille
 spondarū munitiones attritas: alius remigium cum cadis remisq; abrepta con=
 querebatur. Sed præter cætera ex illis quatuor quæ nos deseruerant, fracta ma=
 iori anchora, furibundus quidam uortex in aliarum conspectu unam detorsit
 ab oculis omnium: illam semiabsorbendo, concutiendo, conuoluendo in horæ
 momento asportauit: cæteris tribus pari ferè modo laborantibus. Hi ablatos à
 se miseros socios, tanquam iam uoratos æquore, deflerunt. Intra uadosa enim
 Apuliæ littora, quibus ipsi tunc erant proximi, proiectos proculdubio arbitra=
 bantur. Sed minoribus anchoris statim iactis, cum magna rudentum copia,
 præter omnium opinionem, uiolentiæ illi restitit, & euasit incolumis. Expurga=
 tis iam languore & metu fatigatis afflictorum pectoribus, urbē perlustramus:
 ubi multis ueterum monumentis illustratam laderam comperimus: ex qui

C bus sculpta marmoribus hæc epitaphia annotaui : & multa præterea quæ non licuit colligere.

In urbe Iadertina. In templo diui Donati.

Iunoni augustæ apuleia, M. FIL. Quinta suo & L. Turpilij Brochij nomine, Iuxta portam qua itur in agrum.

I M. Cæsar. F. Aug. Parens Coloniae murū & turris dedit, L. Iulius optatus turris uetustate consumptas impensa sua restituit.

In exteriore parte templi diui Chryfogoni.

Q. Delius. Q. F. Fuscus, vi. uir. Augusta. F. sibi & suis, infr. P. xx. in ag. P. xx.

Ibi etiã beati Simeonis prophetae corpus (ut Iadertini multis testimonijs probant) honorifice sepultum atq; adhuc integrū salutaui. Admiratusq; sum tanto tempore simplex, sine myrrha aut balsamo, cadauer, quod nullo medicamento fucatum est, potuisse incorruptum seruari. Altero, ubi primum eluxit, die, neq; enim diutius Iadertina morati sumus, iter nostrum, claudicando tamen, altum capere conantes prosequimur. Ea nocte ex transuerso nauigiolum quoddam, Grius ab Adriaticis maritimis appellatus, nobis ex Apulia obuium efficitur. A cuius nautis, qui ferè latis unius ex nostris galeaceis, inuiti tamen, abraferunt, accepimus, galeaceas Beryteas, quæ à nobis Pola Illyrica discesserant, in Apuliam tempestate abreptas transcurrisse, summaq; pericula nec nostris inferiora fuisse perpeffas. Dalmaticum tandem litus simul & Epiroticum, per ingentia discrimina & immensos labores, aut latera semper aut proras uentis uertentes, præterlabimur. Cum ex alto nos prope Dyrrachium, quam miseram urbem nuper Turcarum exercitus occupauerat, tempestatas compulisset, per Butroti litus Corcyram insulam Alcinoi & Phæaci patriam apprehendimus. Neque intra diem tertium & trigessimum. Quod iter sæpe intra septimū aut octauum à discessu ab urbe Venetiarum hæ galeaceæ percurrere solebant. Corphu hanc insulam, nunc ditioni Venetæ subiectam, appellant. Quam quidē ex solī ubertate & citrorum copia, amœnam fuisse, ueluti prædicatur, constat. Sed dignitatem illam quam ei antiquitas tribuit, Turcarum uicinia & alienum imperium sustulerunt. In deterius enim & in præceps, cum ad exterarum manus deueniunt, alta quæq; indies collabuntur & corruunt. Autoritas autem, ornatus & opulentia imperij sedem sectantur. In Corcyra bene munito quidem & duarū arcium præsidio satis tuto emporio biduum, cum omnia iam nobis alimenta deessent, commorati sumus. Inde montes Ceraunios uersus, Cimeriacos ab incolis nostra tempestate nuncupatos, qui à Corcyra distant passuum millia sexaginta, nauigauimus. A quibus cum iam illis proximi essemus, occurrens nobis à prora rabidus auster, nos intra Corcyriacos in oppidi cōspectu quosdam scopulos rugiens reiecit. Vbi nos aduersi flatus dies undecim interceptos detinuerunt. Inde Corcyra iam tandem per Ceraunia littora à tergo relicta, Cephalleniam, Vlyssis quondam insulam, in qua Same erat, paucis antè diebus per uestrum & Venetorum exercitus à Turcarum potestate ereptam, prehendimus. Hæc insula frumento, uino optimo, serico, murice, gregibus atq; armentis, ob ingentia pascua, alijsq; humano uictui necessarijs prouentibus abundans est. Sed & ipsa nunc incursionibus infestata, male culta & hominibus parū frequēs est. A tergo Sames Græciæ continentem uersus iacet Dulichia sinusq; Laertiacus; quem his etiam temporibus Golphum Larte Veneti nominant. Post triduum quo stetit in anchoris in littore Samico à uentis aduersantibus detenti, discedimus: duosq; illo die scopulos, quos dicunt Striuales Vergilianas, strophadas, præterlabimur: Zacyntho insula; quæ nunc Zantus dicitur, à septentrione uisa, quæ sexaginta millia passuum ab insula Same distat. Sed cum à Zacyntho & Strophadibus iam circiter millia centum nauigauissemus, maris ira coacti Zacynthum regredimur, Ibiq; intra portum qui dicitur Natte semper fluctuantes, dies egimus

A egimus in anchoris quatuor. Discedimus tandem, & litus abradimus Arcadicum, Peloponnesiacum ue & Argium, loca omnia ob Turcarum incursiones & crudelitatem, sed nunc præcipue, inculta, deserta & miseranda, cum Venetorum vires, expugnata urbe Modonenfi, habitoq; in deditioem Coronæ Græco oppido his temporibus ditissimo, perfregerint. Sic nauigando beatæ Catharinæ die, quem, uti non bene faustum, nauæ formidant, sole ad occasum uergente, in insulam Cithæam incidimus: in qua adhuc extant celeberrimi templi uestigia. Vbi superueniens uentorum nimbus cum tenebroso ac uiolento pluuiarū lapsu, nos anchoras iacere uix passus est. Sequēs uero dies in puppim nobis uentos ostēdit: quare eleuatis anchoris ultimo iam Peloponnesi angulo, quem nauæ Itali Caput, antiquo nomine Maleū uocant, à tergo, Aegeoq; mari cum reliquis præterabasis, Cycladibus insulis à sinistris relictis, altū capimus. Et hora circiter eius diē meridiana, fabulosi Iouis quondam insula Creta à Cithæa millia paulò minus centum distās, nobis apparuit. Cuius emporium urbem Candidam intramus nonis Decembris. Quod iter à Corcyra intra diem octauum hæ galeaceæ sæpius peregerant. Ibiq; quamuis ab omnibus pelagi minis portus sit tutissimus, tredecim continuos dies inclusos aduersi nos uenti, ne egredieremur, detinuerunt. Interea loci de insulæ rebus hæc pauca notauī. Ex insulæ uiridarijs rosarum & uiolarum manipuli, natiuæ ambrosiæ alligati, cœli benignitatem testantes, ad me quotidie ferebantur. Vrbs autem Candida ad orientem sub Idæis mōtib; posita, uicinum sibi habet alium à meridie montem altissimum, qui nostra etiā tempestate mons Iupiter ab incolis appellatur. De Minoio uero Labyrintho, de quo poëtæ tam multa fabulatur, examussim percunctatus, extare illum reperi, esseq; subterraneū specum cauatam intra montem: quinq; & uiginti passuum millibus in internis insulæ ab urbe Candida distantem. Sed maiori ex parte uetustate collapsam, pluribusq; in locis dirutam **B** asserunt. Ex industria etiā plures aditus clausos: & lege cautum, aiunt, ne quis introeat, nisi illum senex aliquis indigena, qui meatus illos bene cognitos habeat, accensa face, introduxerit. At tamen quid aliud sit præter speluncam, quis illum struxerit, quod ibi ex Pasiphaë natus Minotaurus fuerit, & manu Thesei interierit, minime sciunt. Natos autē apud ipsos Saturnum, Iouem, reliquos ue simplicis ac fabulosæ antiquitatis tyrannos, ignorant. Neq; enim est quisquam in tota insula qui literas didicerit: aut quicquam scire aliud curet, præterquam de uineis aut gregibus & armentis: ex quibus uini & casei copiam exhauriunt immensam: quorum prouentuum permutatione cætera sibi iucunda aut necessaria comparant. Syluas Cretenses habere cupressinas ita peculiare, ut domorum omnium trabes, contignationes, tabulataq; omnia ex illis arboribus, atq; etiā naues construant, quodq; apud eos cupressi incisæ renascantur, mihi Cretenses affirmarunt. Noxiū præterea ueneno aut rapax animal, utputa lupum aut ursum, siue uulpem, uel huiusmodi aliud ullum (quamuis in lacunis colubræ procreentur) insulam peperisse nunquam prædicant. His paucis de insula Creta iuxta doctorum scripta collectis, Candidæ portum sextodecimo calend. Ianuarij iam tandem egredimur. Rhodoq; casu ac Carpato reliquis ue multis insulis adiacentibus à sinistra relictis, Alexandriam Aegyptiam uersus, quæ Cretæ australis est, proras dirigimus. Quem maris tractum quadringentorum millium passuum dimetiuntur. Id nō paucioribus quàm sex diebus peragere per tempestates licuit: e prora enim interdum, à lateribus plerunq; nos fatigabant. Sed eo præcipue diē quo Alexandriam attigimus, nos tumidissima procellarum rabies comitabatur. Contra Alexandrinorum omnium opinionem, plenis tectis ac pinnis nostri accessus exitum expectantium, sole ad occasum uergente, decimo calend. Ianuarij, portum apprehendimus. Multa ibi eo diē rara nauigantibus, ex ueterum nauarum sermonibus, acciderunt. Vndarum cur-

De Labyrintho.

In Creta nullū animal noxiū.

C muli, qui sese nobis interdum eleuabant medijs, socios à nostris, & nos à sociorum oculis surripiebant: imò & plerunq; non modo naues, sed & nauium malos penitus abscondebant. Salientium undarum spondas percutientium adeò magna moles interdum erigebatur, ut semel atq; iterum ad aliam galeaceam partem, tanquam densa nubes, in mare caderet. Pedibus insistere uix quisquam poterat. Vidi ego præterea ac dimensus sum, fluctibus egredientibus, sinistram nostræ galeaceæ spondam duos & semis cubitos sub aqua interdum delituisse. Dextra enim ab occidente uenti furebant. Sed eius nauigij ita bene formata est & compacta contextura, ut quâ ipsamet unda ingreditur, eadem regrediatur. Et si tota sub aquis ipsa nauis summergeretur, ueluti anguilla aut agiles delphini, eadē uī undarū impulsā qua obruitur, emergit. Nocte igitur superueniente, in captato Alexandrino portu nouo septentrionali (aliū enim habent antiquum tutiorem, quem nemini Christiano uidere fas est, occidentalem) anchoras summa cum lætitiā demittimus: alacriq; animo ab Aegyptijs propter uarias non minus gratas quàm utiles quas ad eos merces important, sed auri argenti atq; æris præcipue, galeaceæ recipiuntur. Ego uero habita descendendi è nauibus ab Alexandrino prorege uenia (neque enim aliter captare terram fas est cuiquam) à Barchinonensi quodam Philippo de Paredes, Hispanorum & Galorum in ea prouincia consuli iudiciario, hospitio suscipior. Tabellariumq; celesrem, ubi sum ingressus Alexandriam, ad Soldanum de aduentu meo significatum, Cairum, quæ est Babylon nunc Aegypti, Idumæ, & Syriæ, regiā sedem, mitto. Mos enim est ut edictum prius Soldanicum, quicumq; eas oras attingat, expectet, quàm ad eum iter capere ausit. Interea igitur dum edictum operior regium, tertium esse Alexandriam à Meroë iter, climata considerans, quid à nobis distet Alexandria animaduertebam. Hyematum Alexandriam hirundines,

*Vbi hirūdines
aliæq; id genus
uolucres hyemant.*

miluos, quos regales in Hispania appellatis, cæterasq; uolucres, pontū hyeme adueniente à nostris regionibus Europæis transuolantes, tendere cognoui. Floridas & habebāt arbores ac uiridaria Decembri & Ianuario mēsis. In sextum ab ingressu meo diem impatiens ocij Alexandriam perambulauī. Proh dolor, illustrem, maximam, habitatoribus refertissimam, pulcherrimam, opulentissimamq; quondam Ptolemæorum sedem Alexandriam, collapsam, dirutam, maiori ex parte desertam miserando spectaculo, deplorauī. Heu infelicem, quæ & quanta mœnia, quales & quàm amplæ eius urbis stratæ uia, quàm conspicuæ domorum frontes ad cœlum tendētes, qui portarum fornices. Sed in cinerem uersa domorum interna omnia prætereuntes conspiciēbamus. Vnde hæc tam lachrymosa ruina emanarit, uariæ mihi sunt rationes adductæ. Alij pestiferæ contagioni rem ascribebant, alij bellis ac ciuium seditionibus attribuebant. Sed regum sæuitiam, post transportatam trans Nilum imperij sedem, & alienigenarum tyrannidem truculentam, potissimam eius depopulationis causam fuisse nonnulli arbitrantur. Quotquot enim Soldani creantur, Alexandrinos incolas (quū sit Alexandria, excepta Damasco, regnorum omnium Soldanicorum emporium & negociorum sentina) expilant, & tãquam mercenarias oues pro libito excoriant. Neque abest quīn à plerisq; per cruciatus & tormenta delatorum susurris admoniti, pecunias extorquere soleāt: nulla alia ratione media, præterquam, uolumus pecunias. Quapropter quicumq; mercatores, aut alteriusmodi incolæ diuites, eas inhabitant prouincias, die noctuq; suam perniciem ob diuitias quas possidere creduntur expectantes, tremunt, curisq; ingentibus confecti uitā degunt infelicē. Inde est quod hac tempestate tenuia sint commercia, nullæq; gemmæ uel pauca reperiantur: pauperes enim se esse mercatores omnes simulant, & parcē uiuūt ac uestiuntur: omnia parcius solito, ne in suspicionē incidāt. De his iam satis: ad nos redeamus. Dum igitur edictū regium, quomine accersat, sollicitus operirer: nullā esse Soldano curam, nō modo de edicto ad

A me mittēdo, uerum etiā esse iratū, aduētumq; meum ægre tulisse, renunciatum est. Veritus nanq; est defectionem. Sed iræ causam inde nactus est, uerā dissimulans, quod paucis comitantibus me adire, nullaq; dona ad illum afferre, Iudæi, Mauri, hæreticq; à uestris regnis eliminati, quorū nō parua copia ad eas regiones cōfluxerat, malo animo retulissent. Deditur enim, & se barbari illi negligi & floccifleri arbitratur, si audeat ulla potentia oratores ad eos sine opimis muneribus destinare. Opprobriq; & ludibrio fieri ducūt, nisi missus orator longo ordine comitū accefferit. Quibus intellectis, tum beneuolentiæ captatione, tum perfricata frōte opus esse animaduerti: cum superbissimū & summe barbarum hoc genus hominū esse perpenderit: quapropter duos illos Franciscos fratres barbatos, quos uiaē comites mecum habebā, qui meo suoq; nomine Soldano talia dicta referant, properanter mitto. O summe Mahomethæ orū imperator, catholicorū regis & reginæ Hispaniarū oratori, qui iam intra tuæ ditionis limites terrā tenet, relatū fuit, obrectatores scelestosq; ac nefarios homines, tum mendosis, tum dolosis animum tuū delationibus perturbasse: teq; quod nulla ad te munera tulerit, quod ue paucis comitatibus ad te uenire arbitreris, iratum esse, aduētumq; ipsius te paruifacere, præsciuit. Sed si utriusq; rei sereno uultu & pacatis auribus rationem admiseris, fore ut tibi satisfiat ad unguem, existimamus. Regius hic orator, potētissime rex, dona, uti alios oratores cōsuefcere prædicatur, se nō modo tanto principe digna, sed nec ulla quidem uel minima tulisse, fatetur: quoniam à suorum regum moribus cuiq; regi dona mittere alienum esse perhibet. Quod uos honorificum esse ducitis, id inter occidētales principes pro iniuria habetur. Attamen si uestros mores, ueteremq; hanc apud uos cōsuetudinem tantopere uiguisse cognouissent, quod nullus scilicet orator uos adeat sine muneribus, libētī & ipsi animo opima ad te dona illi dedissent: cū uos in amoris argumentū, non autē arrogantiæ uel auaritiæ causa id cupere uideamini. Quod

B autē perfida gens hæc, pacis & cōcordiæ regum inimica, seditionis & discordiæ seminariū, à catholicis suis regibus, ueluti perniciofa cōtagio, eiecta, ipsum non decēter comitatum ad te tantum imperatorē uenisse retulerit: inuidiose ac falso delatum, inquit: & nos, qui mortem potius subire q; mentiri in tenui præsertim negotio sumus edocti, itidem fatemur. Vidimus enim, uidimus ipsum triginta uiris ornatissimis, præter eos quos itineris longitudine ualetudinarios defatigatos in diuersis reliquit regionibus, comitatū incedere. Mittito igitur, serenissime, mittito, eumq; accersiri iubeto: et si aures dictis eius faciles præstiteris, haud quidem te postea illū admisisse audiuisseq; poenitebit. His itaq; Soldano per meos nūcios relatis, ipsius Trucimano primario auide referēte, quem uestris maiestibus deditū esse comperi, Soldanus bene persuasus, ad me, procul habita omni mora, edicti regij chirographum mittit, quo me tuto ad se proficisci posse, ne uel quis mihi sit impedimēto imperat: cū duobus qui me ad se comitētur de suis palatinis equitibus. Quare octauo calend. Februarij, regium mihi per hos equites chirographū porrigit. Nec me nunciorū meorū literæ perterruerūt: quibus mihi significarāt, Mauritanie, totiusq; Africæ regū oratores, eiectorū Granatensium rogatu, ad Soldanū missos fuisse cū uehemētibus querelis. Durū nanq; mihi in agone certamen paratū, & multiplicibus Alexandrinorū sermonibus, & eorū qui à Soldano ueniebāt, perferēbat. Soldanū enim, ut me inspectate de Christianis grādis aliqua uindicta sumeret, impellere nitēbatur: meq; uestro nomine cū primū adissem male tractaret, nō leuiter instabāt: sese supremis iniurijs & cōtumelijs fuisse à uobis affectos proclamātes. Ego uero quos fortunatissimos semp fuisse cognoui: pro quibus etiā mori est uiuere: uestro fato omnia mihi bene successura cōfidens, contra Nilī torrentē ad nauigaturus q; celerrime possum accingor. Quæ succedēt, si uiuero, in tertiu librū concludētur. Valete interea duo hac nostra tēpestate lumina orbis terrarū, & Christiani nominis propagatores.

Reges Barbaros sine muneribus longoq; comitum ordine, accedere oratoribus non licet.

PETRI MARTYRIS ANGLI

MEDIOLANEN. LEGATIONIS BABY-

Ionicae, liber tertius.



Hx urbe Alexandria, Aegypti reliquarumque regionum Soldanicae ditioni subditarum, emporio primario, catholici rex & regina, cum iam iter in interna provincia ad Soldanum facturus essem, quae mihi ab urbe Venetiarum discedenti ad eum usque diem calamo digna uisa fuerat, breui compendio exaravi. Nunc autem quae a septimo calend. Februarii die, quo ad Soldanum accersitus pedem moui, sese mihi obtulerunt, quam breuius quam ue dilucidius potero, profequi studebo. Septimo calend. Februarii hora antelucana Cairum, eius imperii caput, quae alias Babylon est, ab incolis alterius Euphratae Babylonis quondam habitata, profecturus, discedo Alexandria, Hispanis negociatoribus omnibus, quotquot commerciorum causa Alexandriam conuenisse reperi, comitatus. Hos enim mecum adducere curavi, ut eum cateruae numerum implerem, quem mei nuncii ad Soldani animum disponendum per me missi adduxisse me Soldano retulerunt, Roxetum quondam Canopum Nili ostium, ab Alexandria circiter quadraginta millia passuum distans (per iter arenosum, incultum, desertum, in quo neque domiciliu ullum neque arborem, praeter alicubi palmas, ullam reperimus) altero die fessum uenimus. Dum Niliaca nobis nauigia paratur, alimentaque necessaria coemuntur, circiter integrum diem comarati, Nilum ingredimur. Neque enim Christiano cuiquam, propter Arabum grassationes & rapinas, terrestre iter patet. Hi namque non modo Aegyptum, sed Africam uniuersam ab oceano atlantico ad Niliacas ripas Asiaeque partem continuis incursionibus infestant. De quibus cum satis oculis mihi suppetat, non ineptam fore digressionem existimas, pleraque aggressus sum differere. Gens haec est innumera, uaga, sine domibus, sine statione, sine quiete ulla, sub dio semper uersans, semper in motu: camelorum dorsis uxores, filios, & quicquid suppellectilis assequitur, portans: adusta solis ardoribus: bellicosa tamen, sed sine certo imperatore. Plures habent dispersi Arabes inter se duces, sed discordes & factiosos. Hinc est quod imperio ipsi qui liberi sunt non potantur, cum sibi inuicem capitali semper odio insidientur. Imperatorem cui obtemperare studerent, si Arabes inter sese eligerent, de seruatorum manibus sceptrum facile abriperetur. Est enim errantium Arabum multitudo ingens: Mameluchi uero, id est serui regii, quorum opera Soldani ad regni gubernaculum & bellorum summam utuntur, numerum non excedunt x millium. Sunt praeterea Arabes, omnium incolarum & eorundem Mameluchorum sententia, nobiles & industrii: Mameluchi autem maiori ex parte ignobiles, motani, a piratis e motibus ut plurimum Scythicis supra Euxinum & Maotidem raptati, emptique a Soldanis & eorum principibus: unde serui, de quibus latius infra dicemus. Nunc autem ad iter redeamus. Contra Nilum flueta pridie calend. Februarii Bullacum Cairi suburbium cum aduerserasceret ad nauigantesprehendimus: ibique in nauis pernoctauimus: neque enim ausi sunt duo illi comites mihi ac ductores dati palatini me credere barbarorum perfidia. Attamen ex ipsis unus ad Soldanum celeriter procurrat me Bullacum aduenisse nunciatum. Quae propter cum primum eluxit, ecce Mameluchis reliquisque indigenis implentur uisendi studio littora Nilia: raro enim ad ipsos nostratum aut diuerso habitu quisquam admittitur: praeter paucos aliquando mercatores. Sed prior accedit Trucimanus, in nauimque ad me descendit, & quisnam, cuias, quouero fato huc sit appulsus, ad eumque deinde statum peruenerit, petenti mihi, enarrat. Se esse Valentini cuiusdam ciuis Ludouici Pratensis nomine, filium: in oppidoque ipsi uestrae Valentiae finitimo Monblanco natum praedicabat. Tempestate autem, cum adolescentulus per ea maria patroni cuiusdam nautici famulus nauigaret, in littus cum cete

Arabum uagantium uita.

Aris omnibus qui ea naui uehebantur naufragio proiectum, ad Soldani manus, ex eius prouinciæ statutis, deuenisse. Quotquot enim per ea littora naues franguntur, ex ueteri eorū instituto & consuetudine, ad fiscum cum hominibus bonisque omnibus deuoluuntur: si præsertim piratica uel alteriusmodi, nõ mercatoria, nauis esse reperiatur. Sed triennali tandem carcere durisque uinculis & uergenti inedia se defatigatum, Christum uerbo abnegasse, Mahometicoque more se dispræputiari passum fuisse, & mutasse nomen, Tangaribardinumque uocari, grauius suspirando, fatebatur. Nec abesse tamen quin catholicam fidem animo seruaret, Christumque supplex ijs quibus solebat orationibus quotidie coleret & adoraret. Ad eum autem inter eos barbaros splendorẽ sua industria & laboribus ascendisse, dicebat. De optimatibus enim Soldanicis unus est, cum redditibus septem aut octo millium auri drachmarum. Dum hæc mecum Trucimanus Tangaribardinus colloqueretur, primates alij duo palatini, Trucimano potetiores, ordineque superiores aduentant. Sunt enim apud eos tres optimatum gradus, ueluti apud nos, quos uulgò dicimus comites, marchiones, duces. Tunc enim nauis, Trucimano duce, ad illos egredior, equumque regiũ, quem ipsimet secum, Soldani nomine, mihi donandum regio apparatu ornatũ duxerãt, ascendo: urbem uersus iter unã omnes capimus: nec breuiore quam duarum horarum spacio interiecto Trucimani domũ, quæ mihi intra urbis moenia hospitio fuerat obsignata, attingimus. At tamen per hortos, & intersparsa prædia ac uiridaria, non autem per contiguas semper domos, proficiscebamur. In calendis igitur Februarij anni quingentesimi secundi Babyloniam Aegyptiam, à qua magnus hic barbarorum imperator Soldanus Babylonicus uulgò appellatur, à iunioribus autem Cairum nuncupatam, urbium populosissimam ingredior. Falsò plerique urbem hanc Carras appellãt: quia Carrarum urbs est in Arabia: in Assyria uero altera: in Aegypto nulla. Ibi cæteris omnibus, qui me fuerant comitati, domum dimissis, cum Trucimano

B quanto studio possum ago, ut det operam & incumbat totis uiribus, ne meus ad Soldanum accessus differatur. Nam si forte fortuna galeacea, quæ me aduexerant, negotiationibus suis peractis, sine me reuerteretur, fore ut serò postmodum commoda mihi reuigatio sese offerret: cum neque præstò sint alia tuta in illis littoribus in Europam reditura nauigia: & Turcarum piratis sint maria resecta. Trucimanus autem cuius est emergentia cuncta Soldano referre, obsequij uestri cupidus, paucis repetitis ad Soldanum equitat: illi quid petierim referat: ut quamprimum sibi per ocium liceat, nos audire uelit, meo nomine, rogat: qui uel quales & quãti sitis, patrio affectu longis sermonibus aperit. Annuit dictis Soldanus, tantorum regum oratorem uisendi studio incensus: ut me ubi crastina dies effulserit ad se ducat, Tangaribardino imperat. Is domum lætus reuertitur: quæ acta sunt enarrat. Postero die, qui erat nonarum Februarij quartus, primo mane (ante ortum namque solis, aut cum tardius iam exorto, Soldani ex ueteri consuetudine semper audituri prodeunt in publicum) ad regiam proficiscimur. Hæc est haud secus super ædico colle oblongo ad latus urbis erecta, quam Romæ sacrum summi nostri Pontificis palatium: aut propiore simulacro, uestræ Granatenis Alhambrae de Maurorum manibus cum regno simul erepta perfirmis. Vbi enim paulum ascendimus, in læuam conuersi portæ occurrimus, altis ac immensis turribus munita: in cuius uestibulo, ueluti in uestræ Alhambrae ingressu, est regione podium extat eminens aliquantisper. Ibi primũ ex optimatibus quendam, cui erat arcis eius custodia, multis Mameluchis circumstipatum, sedentem inuenimus. Dextrorsum deinde nobis iter capientibus, longa sese uia stantibus undique referta Mameluchis ostendit: per quos medios cum progredemur, eius adeo barbaræ enutritæ multitudinis ordinem ac taciturnitatem admiratus sum. Neque enim eorum quisquam obstrepuit, aut loco cessit unquam, ut nos ulterius, uti in similibus sit spectaculis, audioribus oculis intuerentur. Ita proce-

*In quali arce
quibusque cus
todibus habi
tet Soldanus*

C dentibus nullum unquam sese nobis obtulit impedimentum. In eo ferè medio spacio senes circiter triginta imberbes macilentos in quibusdã foribus ueluti potificis sedentes conspicimus, eunuchos esse Soldanicos, uxorum eius & pellicum custodes, didici. Soldanum tandem in impluuiio grandi super tribunali quatuor graduum, reductis sub se, nostrarum foeminarũ more, loco sedis pedibus, sedentem inuenimus. Totius enim gentis eius Mahometicæ mos est eo pacto sedere, ac solo ueluti animalia bruta capite inclinato uesci, atq; sub dio ad se uenientes audire. Soldanus tum sui Trucimani & meorum nunciorum uerbis, tum aliorum per eius regiones commercia tractantium relatu, quanta sit uestra potētia, quàm magnus in uobis animus, quàm pollētes sitis uirtute bellica, edoctus: gloria ac salutis suæ conducere non mediocriter à tantis regibus oratorē ad se mitti, cognouit: in ea præsertim fragilitate in qua ipse, ut infra dicemus, uersabatur. Propterea ut ego intra tapetes à media uersus eum impluuij parte stratos, cōtra morem suorum maiorum, admitterer: neq; ego quater prostratus terrā, uestro nomine, uti cæteri solent oratores, oscularer, æquo animo passus est. Est enim horum barbarorum, catholici reges, arrogātia tanta, ut quoniā inuitis omnibus Christicolis nostræ religionis initialem locum possideāt, ipsos adorare quicumq; adeant Christiani cogātur. Tangaribardino igitur, cuius est ad Soldanum oratores ducere, eorumq; postulata interpretari, referēte, uestro nomine Soldano salutem impartior: Is gratissimũ sibi fuisse nostrũ aduētum responder: seq; suaq; omnia læto uultu offert. Porrectisq; illi uestris literis, & per Trucimanum, qui optime adhuc idioma patriũ callet, apertis, iterum à Soldano ad me cum nouis redit oblationibus. Atq; iterũ ego gratiarum actiones, uestro nomine, quod me ita pacato animo & serena fronte suscipiat, remitto. Quid aliud q̄ mea dicta illi Tangaribardinus referret, propter loci distantia percipere nō poterā: à Soldano enim passus, meo iudicio, circiter uiginti distabā. Sed nimirũ cum patrio adhuc amore feruens, & uestri obsequij cupidus, ad beneuolũ nobis reddendũ Soldanum, alia quæ eius auribus bene sonabāt, meis dictis interijciebat. Id ego, quod illius sermonibus attentissimum alacrioremq; paulatim fieri Soldanũ concipiebam, suspicatus sum. Tertio, atq; iterum citus ad me reuertitur: ut bono hilaricq; animo sim: ut si qua mihi intra Soldanicæ ditionis terminos grata fuerint, petam à Soldano, reportat. Illi ego, ne ista incassum gesta sint, ne ue ista unq; tam inuisitata apud ipsos humanitas in quenq; de uestra memoria prolabatur, me datum operam polliceor. Ita salutationibus gratiarum ue actionibus & pollicitis utrinq; multiplicatis, temporis aliquantulũ triuimus: nec aliud quicq; hoc primo conuētu peractum est. Negocia enim in diem dominicũ sequentē remittuntur. Soldanũ interea dum Tangaribardinus illũ meo nomine alloqueretur, ego aut otiosus quid relaturus esset expectarē, diligēter inspexi. Is est uir natus annos circiter quinq; & quinquaginta, patrio more barbatus, nec densa tamen aut oblonga nimirũ barba: uultu iucundo, facie pingui suffuscula, aspectu ferox aliquantulum, oculis reductis, paruis, graui motu, statura, uti à sedente colligere potui, plusq; mediocri. Oriũdus autem ē Scythia, ex mōtibus quos uulgò Ciarchesos uocant. Inde nanq; & ex Ruxiæ regionibus pars maior Mameluchorũ raptā, per Soldanica regna uenum ducitur. Indumentũ uero ipsius eo die, ex glauco serico, raso, forma cōmuni. Neq; enim uarias habēt superiorũ uestiũ concifuras, præterq; in manicis, quas optimates curtas & breues ferunt: cæteri autē usq; ad digitorũ extremũ productas. Est nimirũ superior illorũ uestis, paruo discrimine ab ijs quas uestri Granatenses Algiubbas uocant, Hispani autē marloras. Mameluchorũ talares omnes, quas solo cingulo leuiter stringunt, de cætero distincti. Neq; enim illis uestes interiores corpus aliter premunt, quàm illa superior. Neq; caligis utitur, sed nudis pedibus, crepidas tantũ, nostrorum Frãnciscorum more, gestant. Capitis autem uelamina ualde diuersa. Per ea nanq; non modo

Iudæi

*Mahometicæ
gentis sedendi
mos.*

*Soldani des
scriptio.*

Vestes.

A Iudæi & Christicola Soldano subditi, qui uestium eadem genera ferunt à populis Mahometicæ legis, & à Mameluchis, sed simplicium Mameluchorum ab optimatibus, & optimatum inter se, discrimen cernitur. Mahomethæus populus uelamen fert, multis gyris lineis, quemadmodum & Iudæus & Christicola, insinuatum. Sed Christicola glauco, Iudæus croceo, Mahomethæus albido, coloribus discernuntur. Mameluchi qui Soldanici sunt ministri, pileum ferunt laneum aut cymatilem, spithama altiorē, ualde pōderosum, durum, duobus consutum coloribus, uiridi ab imo, à superiore nigro. Cæteri autē qui aut sunt aliorum principum, aut Soldanico tantū stipendio censiti, nec aliter ministri, galero rubro, uilloso, cubitali, diademato quasi, à lateribus plano, dignoscuntur. Principum uero duorum ordinum inferiorum uelamen lineum est, sed à uelamento populi ualde dispar. Populus enim suum simpliciter in rotundum implicat, & conuoluit: isti autem arte compactum & mire compressum, in aliamq; formam in diadematis modū constructum, ferunt. Summi ordinis ipsorum, à quo Soldani, ueluti ex nostris Cardinalibus summi pontifices creantur, capitale tegumētum dissonum est, & maxime ridiculum. Ex linea & ipsum tela tenui, sed rhinocerotici opus cumuli. Ex sexaginta nanq; & interdum septuaginta ulnis, in circumflexiones uarias, in gyros diuersos, in cornua demum desinens, confectum est. A sede uelaminis quæ infigitur capiti cornua sex, quorū quatuor non longiora spithama, sed magno lacerto crassiora, prodeunt: duo uero alia, ueluti adiacentia scopulis promontoria, de medio breuium quatuor, cubitalia ferē, in cochleæ cornuum similitudinem, surgunt. Nec, medijsfidius, aliunde sibi hos barbaros quàm à uernali cochlea, ea subfannatoria cornua sumpsisse arbitrari possum. Rem nanque alteri cuiquam similiorem conspexisse me nunquam puto. Idem habebat Soldanus eo publici spectaculi die cornutū capitis tegumentum. Neq; enim postquam supremum gradum ascendit, dissonum ab optimatum ornatu, de quorum ordine creatus est, habitum sumit. Cur tanti ponderis, tantū ue impedimenti struem sibi iniicerent, qua impliciti uertere uix caput immoto corpore ualent, à Tagaribardino prius sciscitatus fueram. Is duas mihi rationes adduxit: ne scilicet leuiter caput mouēdo à uirili grauitate scedo aut stulto gestu aliquo discedere possint. Ne ue, illi oneri assueti, galeam postmodum quando bellum ingruat ferre fastidiant. His ita actis & consideratis à Soldano dimittor: à quo cum domum rediturus iam terga uerterē, id spacij quod à Soldani cōspectu ad primum arcis ingressum iacet, utrinq; stantibus Mameluchis circumuallatum, ut passibus metirentur, nec minus ut astantium Mameluchorum copiam dinumerarent, hos, qui me sequebātur, iussi. Mameluchorum numerum circiter quatuor milliū affuisse: passuum autem circiter octingentorum spacium intercessisse, comperi. Neutrum tamen examissim quisquam circumspicendi studio dinumerauit. Cum autem à Soldano duas iam custodias regredientes transegissemus, quorundam hominum diuerso aliquātisper habitu ab Aegyptijs cuneo efficimur obuij: qui postq; in me toruis oculis, rugosa fronte, furibūdo supercilio, rabida maledicta submurmurādo detorserunt: Trucimano quædā arabico idiomate Mauritano sublocuti sunt. Quibus Trucimanus parumper minitans, ut tacerent, innuisse uisus est. Inter eundū, quinam essent, quid ue quærirarent, quàm solliciti, & cur ita angeretur, mihi Tangaribardinus aperuit. Oratores esse illos Numidas & Mauritanos, de quibus in calce libri secundum mentionē fecimus, significauit. Qui quoniā non modo in me cæteros ue Christicolos Soldanum nō sauisse sensissent, uerumetiā honorifice ab eo fuisse susceptū didicissent, animo cruciabātur, & mentis turbulentiam pallore uultus ostēdebant. Hi permanēt in foribus mœstii: nos domū reuertimur. Interea loci, dum negocijs pertractādis assignatus mihi dies aduētet, ne tempus ullū frustra mihi de manibus, ut uulgò dicitur, euadat, de regionis natura, de incolarum

Velaminum capitatis uarietas.

*Cur tam graui onera impo-
nant capiti.*

C moribus, de seruatorū imperio, ceteris uel rebus, quæ memoratu mihi digna uisū sunt, pro tēpore scrutatus sum. Quare neq̄ absōnū mihi uidebitur, si eorū quæ collegerim pleraq̄ breuibus enarrauero. Prouincia est Aegyptus, satis ample lateq̄ à cosmographis & historicis depicta. Urbem autē, prouinciæ nostra tempestate caput, Cayrum incolæ appellant. Hæc est in Asia trans Nilum: Alexandria uero citra, propterea in Africa. Nilus enim, serenissimi principes, Asiam dirimit ab Africa. Urbs ea primaria populosissima, ingens: de cætero prouincia ciuitatibus aut oppidis infrequēs: cum sit, præter eas quæ inundanti æstate Nilo partes irrigantur, arenosa, Arabumq̄ continuis incursionibus infestata: præcipue tamen ob seruatorum sauiam tyrannidem oppressa. De quorum initio moribusq̄, priusquam ad alia progrediar, pauca pertingam. Vnde ad seruatorū manus tam magnæ molis imperium uenerit, qui Aegypto, Syriæ, Arabiæ utriq̄, ac Idumææ uniuersæ dominantur, uaria referunt: certam uero historiam minime se habere dicunt. Aegyptias foeminas in maritos, deficientibus liberis, ad imperij gubernaculū sibi tunc seruos suffecisse: quādo proceres omnes Iudaicum populum, Moyse duce, fugiētem insequētes, cum suo Pharaone mare rubrum absorbuisset, pleriq̄ autumant: neq̄ id publice recitare hæsitant. Sed longæ ambages. Aegyptios alij sua spōte, ut se accepti à Ioseph Iacobita beneficij, qui Pharaonis seruus Aegyptū uniuersam fame peribūdā uaticinio liberasset, gratos ostenderēt, ad seruos imperiū detulisse, prædicāt. Sed priore fabula meo iudicio fabulosius. Qui uero præsentium ratione moti, de ignotis iudiciū faciūt, uerisimilius rem differūt. Seruos quondā sumptis in dominos armis, imperium sibi, præsentis cuiusdā exempli argumento edocti, occupasse coniectātur. Caytheio nanq̄ Soldano uiuente, qui felicissimo ductu tres & triginta annos sceptro positus est, Mameluchorū seruos Aethiophe quodam duce trans Nilum à dominis armatos secessisse, multorū memoria prodebat. Est enim sub seruatorum ingēs multitudo, cum nullus sit Mameluchus, qui domi non habeat duos aut plures, pro cuiusq̄ gradu ministerio addictos, Indos, aut Aethiopes famulos precio emptos. Horum defectioni, magno exercitu comparato, Caytheius ipse occurrit, seruilemq̄ impetū armis oppressit. Aliter enim de ipso & Mameluchis omnibus actū ea tempestate fuisset. Prudētiores igitur, interemptis quondā dominis, imperiū seruos usurpasse pro certo habēt, cum nullus fuerit unq̄ hoc Caytheio potētior, ausiq̄ fuerint sub eius imperio contra dominos insurgere. Quæ uero ex uarijs ego autoribus collegerim, altius aliquanto rem trahendo, non inutilia dictu uestra maiestas accipiat. Ab anno septingentesimo quarto à salute nostra & Christi natali, Aegyptij de Mahometico genere regem, ut se à Græcorū seruitute liberarēt, sibi crearunt, qui Caliphus appellabatur. Ab huius Caliphi nomine, reliqui omnes Aegypti reges Caliphi sunt appellati, ad annum usq̄ tertium & quinquagesimum supra millesimum. Tunc nanque Almerico Christiano Hierosolymorum rege Caliphum bello urgente, Sultani Syriæ regis auxilium Caliphus implorat. Mittitur à Sultano Syriæ Sarraco dux militiæ. Calipho succurrit. Almericum & Christianos pellit. At Calipho in uincula coniecto, regnum Sarraco usurpat: seq̄ iubet Sultanium, à sui principis nomine, non regem, uocari. En Soldanorum initium, anno ab hinc nono & quadragesimo supra quadringentesimum. Est nanq̄ hic annus quo ego hæc ex itinere scribo secundus & quingentesimus supra millesimum. Non multo post annos Sultanus hic Aegyptius ad Melechsalam per successum uenit. Is Melechsalam à Tartaris per mercatores magnū seruatorum numerum, qui Comani dicebantur, in Antiochiæ sinibus bello uictorum coëmit. Ita seruos Melechsalam instituit, ut eorum opera liberis abiectis, bello & pace & in prouincijs gubernandis & pertractandis armis uteretur. Melechsalam dominum serui trucidant. De seipsis Tuquemenium Sultanium creant, & regno insident serui. Ita in seruatorum

Soldanorū
initium.

A uorum seruitutem ad hæc usq; tempora redacta est Aegyptus. Ex horum col-
legio Bondocadar Sultanus, anno octauo & sexagesimo supra millesimum du-
centesimum, à Christianis uniuersam Syriam & Palæstinā abstulit: præter Pto-
lomaidem, quam deinde Melecastraphus Sultanus post annum tertium & ui-
gesimum à Bondocadar uictoria Christianis ademit. Sancto tamen sepulchro
omnes barbari pepercerunt. Ad Caytbeum, à quo digressi sumus, iam reuerta-
mur. Hic est ille Soldanus, cuius auspicijs Turcarum copias ingentes parua Ma-
meluchorum manu sæpius effusas audiuius. Nec eorum disciplina militari
percognita, sum quidē admiratus. Nam ubi primum ē mōtibus, ut plurimum,
Scythicis uenum allati sunt, in quibus inedia & frigoribus assueti, penē nudi ob-
duruerunt, in domos suas hi barbari principes rudes illos emptos adducunt: die
noctūq; nulla in re alia tempus ullum terere, quā in pertractādis armis ipsos
patiuntur. Ad quos erudiendos quilibet optimatum, pro cuiusq; opibus stipen-
dio conductos domi magistrōs gladiatores habet, quibus nuper empti, ueluti
fessoribus equi domandi obsignātur. Ex quorum serula si in strenuos euadunt
milites, in Mameluchos censentur, aliās famulantur semper. Mameluchorum
ordo equestris est, cum stipendio militari pinguisimo. Cuilibet enim ipso-
rum pecuniarius census per singulas lunas (à luna nanque menses computant) dra-
chmarum auri sex & quadrantis præbetur. Alimonix uero quotidiana Mame-
luchi portio tantū hordei est, quantum duobus equis sufficiat alendis. Carnium
autem libræ, eorum more, tres in singulos diuiduntur. Rotulum ipsi libram uo-
cant: ea est nostrarum unciarum duædeuiginti. Panis uero ea datur portio, quæ
ipsi & tribus ministris suppetat. Vnde cum nulla sit his alia præterquam de ar-
morum exercitatione cura, sintq; uiribus pollentes, & laboribus semper cum
egestate à suæ gentis natura enutriti, nec apud dominos lectis procumbāt, imò
& duro solo, steria tantum supposita uel tapetulo aliquo ueteri constrato quie-
scant, mirari desino potuisse tales uiros numerosiores hostium turbas aliquādo
profligare. Hic sermo, serenissimi principes, de ueteribus est Mameluchis. Iunio
res nanq; sunt numero pauciores, neq; illa, quam nunc recitauimus, militari di-
sciplina instructi uigent. Veteres enim, exortis post Caytbeium inter principes
hos factionibus, mutuis gladijs cōsumpti sunt. Recētiores uero ex eorū scholis,
quas uocant Tabachas, nō maturi armis, ut Mameluchorū numerus aliquis im-
pleatur, educuntur. Horū tamen opera, qualescunq; sint, ad regnorū regimen
& præsidium Soldanus utitur. Nec alteriusmodi cuiq; summa rerum creditur.
Mameluchi ex Christianis deliguntur. Hi Mahometæ sectā, abnegato Christo,
diuitiarum & imperij cupiditate pellecti, amplectuntur. Ex alia gente ulla cen-
sent neminem. A Iudæis nanq; fieri quenquam Mameluchū uerant, quoniam
dolosos esse & capiendis armis minime aptos Iudæos putant. Ex Mahometicæ
quoque legis uiro aut foemina genitos in Mameluchos conscribere præ timore
recusant. Atque id apud ipsos suis decretis & consuetudine tantum inualuit, ut
neq; proprios filios, quoniam ab ipsis postquam Mahometici effecti, aut ex Ma-
hometica muliere orti sunt, armis instruere, uel ad honores & magistratus euo-
care liceat. Fas est tamen pecunias, domos, supellectilia quæq; aut prædia na-
tis legare. Ex Mameluchis proceres, ex proceribus Soldani creantur. Quare
quonam pacto à Christianis hoc genus hominum originem trahat, quanta ue-
cum nostræ religionis ignominia, opprobrio & dedecore hi barbari dominan-
tur, catholici principes, iam colligere potestis. Expergiscimini aliquādo, & rem
Christianam capeffite: non deerit sibi Christus. Gens autem ipsa incolarum
est imbellis, effoeminata, inermis, discincta, mollis, timida: mechanicis tantum
artibus aut mercaturæ intenta: uitam silentio præterit ingloriam. Nec alijs le-
gibus à Mameluchis gubernata, quā absoluto iudicio. Est præterea Mame-
luchi cuiusuis tanta in incolas uniuersos potestas, ut claua lignea, quam manu

Mameluchorū
stipes.
Alimonia.

C gestat semper, quemcunq; incolam obuium ferire pro libito, uel leuissima occasione sumpta, liceat: quod scilicet ipsum transeuntem tetigerit, aut uenienti non assurrexerit, uel minus honorifice salutauerit, aut non citus loco cesserit. Interdum etiam nullam nactus causam, dum aut temulētus aut insanus uel aliās iratus incedens per urbem Mameluchus occurrit incolæ, ipsum quotquot ictibus libet percutit, nec mussitare miser audet, neq; in eius auxilium uel labium mouere quisquam intentat: quamuis pater filium, aut filius patrem à Mamelucho cædi cōspiciat, æquo tamen uultu patitur, necesse est. Nam perimere incolam in auxilium alterius, ut ipsum de percutiētis manu eruat, accurrentem, uel percussum, clauam ne feriat ulterius manu apprehendentem, Mamelucho impune fas est. Multos quippe, nisi caput illis uoluminibus implicitū, de quibus mentionem fecimus, ferrent incolæ, Mameluchi passim occiderent: cum neque se defendere cuiquam liceat, neq; in Mameluchis ulla interdum pietas uigeat. Incolæ cuiquam arma ulla, uel gladiolū quidē acuta cuspide uel recta, apud se habere, equo uel pedibus ambulanti, uetitum est. Redituū autē, præter ordinaria uectigalia, lex est, principum uolūtas. Exigunt, expilant, extorquent, & ad ossa usq; excoriant. Propterea etsi animus ad uindicandum se in libertatem à tam impia seruitute adesset, uires tamen deficerēt: cū pecuniæ, quæ sunt nerui belli, illis desint: exercitiq; minime sint armis. Fœminas utraq; gens quotlibet, si alendi facultas inest, assumit sibi. Voluptatibus omnifariam dediti, futurorum omni cura posthabita, uiuūt: suoq; Mahometæ se magis gratum facere tunc arbitrantur, quando ardētius delectationibus incumbunt. A uino tamen abstinere Mahometica illis lege præceptū est: sed Mameluchi cum uinum assequuntur, multò auidius quàm nos illud bibunt. Fœminæ per uias brachatae, uiri nudis usque ad genua cruribus ambulant. Vestes tamen uiri ferè talares induunt: mulieres autem surarū tenuis tantū: sed fœminæ caligatae. Insanos, deliros, lymphaticos uel homines, sanctos esse ac diuino spiritu afflatos arbitrantur, & colunt. Iudicate igitur, serenissimi reges, quàm infausto sydere regiones hæ gubernentur, in quibus serui dominantur, liberi seruiunt, graues opprimuntur, stulti extolluntur: ubi nulla fides, nullum ius, nulla pietas, misericordia rara, auaritia immensa, in domibus summa ob multas uxores discordia, foris ingēs inter se odium. Viget enim inter ipsos principes, ob diuersas post Caytbei mortem factiones exortas, incredibilis inimicitia: nec in re ulla magis inuigilāt, uel ingenia atterunt, quàm alter præcipitio ac ruinae alterius. Quare unde hæc tam diuersa in una gente studia emanarint, unde sibi hæc adeò rabida similtas initium sumpserit, operæ precium erit aperire. Sed aliquanto altius, ut res ipsa planius intelligatur, repetendum est. Anno, à nomine Christi, quinto & sexagesimo supra quadringentesimum ac millesimum: ab eorum uero seductore Mahomete octingentesimo sexagesimo secūdo uel circiter (ad unguem enim colligere id nequiuimus, quoniam diuerso à nobis ordine, computant annos) Imperatorem sibi Caytbeium uirum Scytham hi serui, quod antiquior, quod uel & magistratu summo & auctoritate polleret, elegerūt. Hic fuit ingenio & uirtute bellica præclarus, tenuitq; imperium annos tres & triginta. Quapropter ea diuturnitas imperij Mameluchos fidos illi effecit: quod ipsos sua pecunia ferè omnes coëmerit, suoq; pane nutrierit: ueteribus uel ætate uel bello aut uarijs morbis maiori ex parte cōsumptis. Inter hos una disciplina, uno pane, sub eodē domino educatos, duo de laetioribus ac opulentioribus principibus, quorum alter Acbardinus, Campsous Campsomia alter nūcupabatur, inimicitias inter se capitales, etiam Caytbeio uiuente, exercebant. Cum enim ambo Scythæ essent, amboq; à paruulis de Ciarchesis uulgò montibus rapti, eodemq; pago oriundi dicerentur, Campsous Acbardinum rusticitatis arguebat, præ inuidia, quod faciliores Acbardino Soldanus aditus ad se præstaret: quod uel potentiores quàm ipse magistratus assequeretur

A queretur Acbardinus, animo Campsous cruciabat: ita ut fit inter omnes uentosos ambitionis afflatus affectantes; perniciem alter alteri semper machinabantur & astruebant. Quapropter cum grauius iam aegrotante Caytbeio, inclinatōs ad erigendum aduersariū suum ad imperium, ob maiores pecuniarū & magistratuum copias, Mameluchos Campsous Campsomia sentiret: Caytbeiu ad huc integro sensu laborantem, mœsto uultu & obortis lachrymis, cum dictis adit huiuscemodī: Imperator optime, tanta fuit erga nos omnes tua semper humanitas & clementia, quod nisi maiorem tui hominem exuentis, quam apud nos uiuentis rationem haberemus, ingratiſsimos nos omnium seruatorum, erga optime de se merentes dominos, & summorum beneficiorū nefario immemores fateri cogeremur. Hunc enim quamuis nobilem, paupertate tamē summersum: illum ē syluis, alium ē pecudum custodia, ab horrendis Scythiæ frigoribus, & urgenti fame, ac demum ex miserimis magalibus, ad summas diuitias, ad præclara palatia, & altos rerum cardines, euexisti. Constituimus igitur, imperator maxime, ne ingratiſsimi detestabile nomen subeamus, filiū tuū Mahometē, quē uti tui deficientis simulacrū ueneremur, in imperatorē nobis eligere. Bonorūq; omnium hanc scito firmam esse sententiā. Caytbeius autem longa rerum experientia sapiēs, Campsoi mentē aperte cognoscēs, qui nō sui filij causa, sed ne imperiū ad inimicum Acbardinū perueniret, talia moliretur, Campsoum à proposito diuertere conatus est. Sensit enim id potius filio perniciem quam felicitatem pariturū: hortatusq; est toto ingenio Campsoum, ut imperatoris electionē ordine suo ueteri, pro institutis maiorum, procedere pateret. Se uno animo ipsos filiorum loco habere, quos ita fidos semper cognouerit: quos ue suo pane à teneris educauerit. Paucis repetitis Campsous discedit. Caytbeius autē non longe post animā exhalauit, Campsous uero Campsomia quæ apud Caytbeium egerit enarrans:

B Caytbeiumq; sibi, ut filiū eligerent, dixisse ementiens, de Mameluchis quoscunque potest subornat. Mahometem, mameluchis auxiliantibus, in castellum ubi regia est, locat. Imperatorem creat. Is est eo tempore adolescens, annos nondum natus sexdecim. A summo eorū pontifice Māmetes cōfirmat. Habent em̄ & ipsi summū pontificē, ad quem huius imperij machina si Aegyptij homines essent, pertineret. Ius suū, ut cæteri cōsueuere, Māmeti Cairi regiam tenenti trium milium auri drachmarū precio pontifex uendit. Is Califfus dicit. E tribunalī Soldano stanti pedibus uitæ necisq; liberam potestatem præstat. Ipse descendit: seipsum spoliat: Soldanum imperaturū induit: abit priuatus, permanet in imperio Māmetes. Qui petulans & imprudens, tantæ uel mole implicatus lasciuire, sanguine gaudere, pecunias optimatū sitire, necē illis moliri cœpit: occasionē nactus quosdam obruncat: cæteris omnibus ficto generali cōuiuio insidias parat. Matri consilium aperit. Ea fratrem suū, qui, Campsous Ciarchesius nomine, de optimatibus & ipse unus erat iugulandus, monet, ne eo die quamuis inuitatus, accedat: eius nepotis filij sui mentē detegit. Campsous Ciarchesius nepotī iratus, qui talia machinaretur, optimates conuocat. Imminens periculū enarrat: sibi consulant edicit. Optimates ubi adolescentis animū quō tendat intelligūt, Campsoo Ciarchesio magna ob proprolatū facinus pollicent. Rem dissimulant. Acbardinus interea & Campsous Campsomia, potentissimi duo primates, alter pecuniarū amplitudine, beneuolentiā fretus amicorū alter, sese inuicē duabus pugnis aperto Marte, & collatis signis, ita proſternunt, ut uitæ tædio confectus Acbardinus, mortē obierit: Campsous autē Campsomia, domo, bonis, patria, extorris lateat, incertum an uiuat. Ab his duobus diuersa inter ipsos studia, diuersaq; factiones, quæ nunc eos exagitant, exorte sunt. Inde est, ut intra sextū à Caytbeio annū quinquies iam Soldanicam sedem euacuarint: et sese inuicē Mameluchi ueterani suis quicq; partibus fauentes telis consumpserint. Ad iam perturbatos optimates redeamus, Per Tomumbeium quendam armorum ducem, inferioris inter princi

Cpes ordinis, cui etiam Mammetes necem fuerat minitatus, insidias Mammeti parant. Mammetem simul & duos eius Amitinos, quorum cōsilio regebat, structo intra tentoria castrensia cōuiuio, in agro iuxta uiam quā facturū Māmetem iter ad quaedam lasciuia pulpamenta didicerat inuitatū, obtruncat ex insperato Tomumbeius. Hic fuit infelicis adolescentis exitus, triennio nondū peractō, à patre dum morereē prauisus. Principes uero tum ut amicorū Māmetis animos mitigarent, tum etiam ut accepti à Campsoo Ciarchesio beneficij se gratos ostenderent, Cāpsōū Ciarchesiū eius auunculū, Tomūbeio nepotis interfectore tractante, coronant. Tomūbeius in proditionis mercedē Emirchibir creat. Is est magistratus primus post Soldanum: exercitibus nanque praest. Rebus sic stantibus, Zamballatus qui Damasco Syriāq; preerat, creationi non assenti: arma contra Soldanum parat: est enim eius gubernationis magna potentia. Tomūbeius sese debellaturū Zamballatum offert. Soldanus Tomumbei proditoris uersutiā noscens, quamuis timeret, dissimulat tamen: utq; fideliter ac fortiter se gerat contra hostem, remq; peragat prudēter, hortatur, suadet, rogat, multa pollicet. Sed incassum omnia. Colligit exercitū Tomumbeius: in Zamballatū mouet: in Syriā proficiscit. Conuenit Zamballatū: nouam proditionem astruit: colloquuntur: foedus ineunt, Cairum ueniunt: Campsoo Ciarchesio regnū abripiūt. Prehendunt Alexandria intra munitā arcem: custodijs fidis traditur. Imperauit hic menses tantū uiginti, Zamballatū sceptro praeficiunt. Nemini parcere Zamballatus coepit. Optimatū quosdam diuersarū partium strangulat: alios in exilium mittit: plerisq; perniciem machinat. Venetos, Genuenses, ceterosq; mercatores in Soldanicis regnis cōmercia tractātes, expilat, in carcerem & catenas trudit, tormentis, ut ab eis pecuniam extorqueat, affligit: nullū deniq; sauitiā genus praetermittit. In odium propterea principū & Mameluchorū omniū incidit. Quapropter eodem Tomumbeio, cuius ductu emerferat, moliente, proceres à Zamballato deficient: intra castellum regiam domum illum obsident. In diem nonum capitur. Alexandria & ipse uictus, ut fraus fraude puniatur, custodiendus mittitur: in ipso carcere post tertium uix mensem uita strangulat. Imperauit hic menses nō integros nouem. Regia in Tomumbei potestate uenit. Sedem capit. Coronat. Tomūbeius cum primū sceptro potitus est, non modo in diuersae factionis proceres & Mameluchos, quorum arma uerereē, sed etiam in populum, crudelitate media sese imperaturū existimans, sauire coepit: nouas exactiones excogitat: sed praeter caeteras, unam immoderatā promulgat: taxari domos omnis tam imcolarum q; procerum & Mameluchorum imperauit: pro cuiusq; domus ualore locationem exegit semestrem: qua exacta, iterum persolui aliam uoluit grauiorem. Quanto enim quelibet domus, huic rei praepositorū arbitrio, decem mensium tempore locari si locanda foret cōpeteret, tantum extorsit. Audite aliud intolerandum. Hic tam suae legis hominū, q; Christicolarum & Iudaeorū, quoscunque diuites fama esse didicisset, de medio tollere, quaesitis occasionibus, nitebat. Cumq; proscriptorū domos integras aliquādo depredareē, supellestilia bonaq; omnia, quae de miserorum thesauris rapiebat, ad mercatores & ciues diuidenda mittebat, cum mandato, ut illa duplo coemerent. Quod si primo edicto recusassent, nō minorem in eos sauitiam exercebat, q; si in crimen laesa maiestatis incidissent. Consiliū igitur proceres omnes inierunt. Arma capiunt, castellū sepiūt, Tomumbeium obsident. Qui die septimo, de uictoria, ob scelerū conscientiam, desperās, per cuniculos è castello descēdit, intra urbem aufugit. Dies latitat quadraginta. Proditus tādē à suis met affeclis, à Zamballati familiaribus, quē strangulari iusserat, trucidat. Ita octauo nondū mēse peractō, generalis perniciēs gladijs inimicorū confodit. Conueniunt proceres ut imperatorē deligant: omniūq; suffragijs stat Campsoum Gaurū, qui tunc Deudarius, id est curiae prator, erat, imperatorē crearet: tum quoniā Tomumbeio deuinctus erat intima necessitudine, ut

A ne, ut Tomumbeia factionis perturbatos animos pacarent: tum quod is neque uaser uir esset, neque potentia pecuniarum pollens. Quare deiecturos se illum facile post sedatos Tomumbeianorum furores arbitrabant. Campso igitur Gaurum adeunt: sceptrum offerunt. Renuit Gaurus: ut se coronari patiat, hortant. Inclamando iterum recusat. Instant hi, abijcit ille. Se nullo pacto idem onus subiturum, nollet se huic tanto periculo addicere, frendens praedicat. Imperitum, impotentem, inoptum se, huic tantae machinae regendae, fatei. Ex aduerso illum stimulant: & quo acius sumere provinciam abnegabat, eo auidius illi ut provinciam sumeret, persuadere conabant. Id cum assequi ab eo minime possent, pensile illum & illata uim in castellum portant. In solium locant regium. Pontificem qui eum sceptro coronaque munit adducunt. Is iterum, (astus & similitates collegarum ac perfidiam noscens, nihil sibi minus quam quod alijs acciderat pertimescens) conquerit cogi se, qui minime diues sit, ad imperium capeendum: cum nassaca, id est donatiuum, Mameluchorum minime potis sit persolvere. Vetus est enim apud ipsos consuetudo, ut quicumque assumuntur in regni habenas, singulis Mameluchis drachmas auri centum in strenas, proceribus uero pro cuiusque gradu diuersa millia, impartiat. Quod donatiuum ipsi uocant nassaca, ultima acuta. Nec proditionis nota illi Mameluchi aut optimates taxant, qui contra eum Soldanum arma ceperint, a quo pecuniarum hanc summam non habuerint. Quae nummorum copia excedens interdum decies centena millia drachmarum auri, Soldanos cogit plerumque eas extorsiones exercere. Ad hoc proceres suo Mameluchorumque priuatorum nomine Gaurum respondent: Bono animo sit: octo se menses, donec ex regnorum prouentibus pecuniam colligat, expectaturos suum quisque nassaca, pollicentur. Sedet igitur quamuis inuitus Campso Gaurus. Isque est quem uestro catholico nomine legatus adiuu: sed in regno securior caeteris, quod isdem artibus sibi non parauerit imperium, quod uel ipsis benignitate praecellat. Ast, uti solet in reliquis inter mortales, fortuna uices nostras commutauit: quando paratissimas habiturum mihi Soldani aures arbitrabar, tunc a primo proposito longe alienum comperi. Multa enim tum in caput meum, tum in uestram famam, oratores Afri, (quos in foribus Soldanicis moestos expectare nostrum euentum supra memorauimus) cum populo & optimatibus moliti fuerant: adeoque illos suo & Granatensium ac Iudaeorum expulso nomine subornauerant, ut primarij Soldanicae parti inhaerentes eum turbati adierint, illique ruinam imminere praenunciant: quia publicis uocibus, Soldanum, qui regum suae legis hostium oratorem honorifice tractauerit, Christicolam esse, ipsique Maurorum perniciem placere, per urbem populus uniuersus proclamat. Sibi suisque consulat, hortatur. Maximum esse iam inter Mameluchos, diuersarum partium praecipue, murmur exortum: qui, ut recens capiant nassaca, rerum nouarum studiosissimi sunt: mutarique Soldanum quoto mense exoptant. Nec uehementiorem aliam emergere posse occasionem, qua praecipue Mameluchi ad arma capienda, si seductor princeps oboriatur, induci queat, quam tutandae Mahometicae legis, ut populo gratum faciant. Soldanus his atque alijs pluribus a suis proceribus auditis, timens ne ipse quoque praecipue deiciatur, quamuis inuitus, Trucimanum accersit: quae proceres retulissent enarrat. Ut me noctu educat, ne qua populi seditio coorietur, imperat. Veniam a me petit, edicit: non posse sine suo suorumque discrimine me haecenus admittere, dolens aperit. Proceres Trucimano, quod mihi fauere uidebatur, coram Soldano mortem minitant. Tyrannos uos esse ac uiolentos et fidefragos reges, intra quorum ditionem sit Trucimanus oriundus, iactatis manibus & fronte rugosa despumant. Literasque tutelares uestris catholicis nominibus ac sigillis insignitas, ab eis quos ob nefanda scelera eiecistis, allatas plures ostendunt. Trucimanus igitur Soldani dicto perturbatus, & procerum minis perterritus, ad me Saturni die pridie nonas februarij, iam declinante, reuertitur: quae gesta sint enarrat: ut me ad discessum accingam, Soldani nomine, iubet: tutelares Maurorum literas ostendit. Ego autem in Truci-

C mani pallentis faciem protentis oculis parumper hæsitans, ex intestinis, ut aiunt, cor fabricans, frendere ac iactare dexteram, ira concitus, in Soldanū & suos proceres uerba iacere ignominiosa cœpi. Barbaros esse qui primis delationibus moueantur proclamo. Potentiam eorum esse ferè nullam; uestram uero immensam. Posse illis quicquid emergat nocere; uobis autem neque robur adamantinum, ostendo. Ipsos esse numero paucos, & hac tempestate imbelles: uestros incolas innumeros & bello aptos esse omnes, aperio. Argumentū amplitudinis uestræ à Cantabris, quos Bizcainos; & Laletanis, quos Catalanos nuncupatis, capiant. Qui cum sint uestrorum regnorum populi quidam minutissimi, ab omni hominum memoria illorum semper littora incursionibus piraticis infestarunt. Mulieres etiam interdum nostrates Maurorum acies profligasse compertum est. Eant igitur, eant tuus hic Soldanus & sui proceres, nos armis adoriantur: & ulcisci, si qua sit per meos reges illata Mauris iniuria, aggrediantur. Mediusfidius, Tangaribardine, arbitror, hac nostra tempestate qua per reginæ nostræ dotem, & regis hæreditarium patrimonium Hispania est ulterior citeriori adiuncta, nullam esse humanam potentiā quæ nobis damnum ullum inferre potis sit. Quod uero nos qui in ultimis occidentis oris sedem regiam habemus, magna complecti possumus, colligere hinc potestis; à Gadibus & extremis terræ oris, adusque uestrorū littorum prospectū, imperium nostrum protenditur. Baleariū enim, Sardinia, Ebusi, Siciliaq; & aliarum plurimum insularum, catholici reges mei domini sunt. Et quod maius est, ea Neapolitani regni pars quæ Adriatico mari adiacens orientem spectat, in eorum potestate nuper uenit. Quæ igitur est hæc incititia uestræ quæ cæcitas tuos istos Barbaros obtundit, ut regum rantorum oratorem se abijcere pesse, quin aliquando pœnas luant, existiment? Adito igitur iterum Soldanum, meoq; nomine illi hæc aperito, fore ut non multò post meum reditum quam longas manus habeamus: quam uel potentes ad omnem à nobis iniuriam propulsandam simus, intelligat. Si uero meis dictis auscultauerit, luce clarius illi ostendam, meum aduentum salutem, imperijq; firmitatem ei præstiturum. De his autem quæ illi per eliminatos à nobis, ob eorum spurcitiā, Sabbatinos Maurosq; rebelles Granatenses, ad lauacrum baptismi per clementiam admissos, auribus admiserit: quamuis eorum quæ fecimus rationem nemini reddere cogamur, neq; potis quisquam sit à nobis eam exigere: plena tamen mensura satisfaciā, & multa quibus principum suorum animos sedare, ac sibi proniores reddere facile poterit, ipsi me dicturum polliceor. Quare per uicaciā deponat, ac ut benignas mihi aures in parua hominum frequentia præstet, si illum amas, suadeo. Postquam autem quæ dixerimus intellexerit, liberum ei quæcumq; constituerit, imperare, non minus q̄ nunc erit. Tangaribardinus meis dictis diligēter animo reconditis, respirans aliquantulum à concepto mœrore, pauca dehinc mecum repetens, ad Soldanum, inter eundem reputans, quibus modis nostra referens illum nouo induat proposito, proficiscit. Astu suo (est enim sagacissimus & longa rerum experientia prudens) Soldanum pacat, timorem soluit, spem præstat. Ut per reginæ posticum ad eum solus ingrediar, contra morem maiorum, operā dat. (Auditus fuit enim nullus unquam orator ab eis post hominum memoriā secretò.) Statuto dominico die, sole nondum exorto, admittor. Cœptum est agi, de regni Granatensis debellatu, de Iudæis eiectis, de Mauris oppressis multa: sed de mutata religione multo plura præposuit. Postq; Soldanus conticuit, huiusmodi ego sermonē exorsus sum: Serenissime omnium imperator Mahometgorū, querelas minasq; ingentes quas interpres hic tuus nudius tertius ad me detulit, quasq; tu præsens edicis, diligēter memoria suscepi. Quare si mihi, ut quæ sententiā respondere possim, uenia præstabitur, tibi & oratorio muneri meo late satisfactū iri scio. Aures se mihi daturum faciles pollicetur: quæcumq; in mentem uenerint, loquendi uenia impenditur. Tunc sic edissero: Granatam multasq; illius regni

munitas

D
Pulchre Soldanum sibi attentum reddere studet.

A munitas urbes, catholicos reges meos tuę legis cultoribus ademisse: uictis fidem non seruasse, per uim ad Christū multa Maurorū millia coēgisse, coquereris: dehinc te daturū operā ut ipsos facti pœniteat, minatus es. Hoc primū, magne imperator, ut ordine utar præpostero, habeto. Catholicos regē & reginam Hispaniarum (qui me miserunt, ut quædam Hierosolymorū incolarum nomine à te impetrarem, non ut tibi de factis eorum rationem redderē,) esse ita potentes scito, ut nullas humanas uires aut arma uereant: propterea superuacaneū est existimare minas posse quicquā proficere. In caput enim cuiuscq; nos impetere uolentis, eius audacia recudetur. Est enim illorum imperij amplitudo ingens adeò, ut ab Oceano qua sol decidit, adusque sinum Adriaticum, qua latus Italię tua litora prospectat, per Herculeū fretum tractu perpetuo cum Sicilia & Calabria, quæ magna Græcia quondam appellabatur, & Apulia, parandis bellis aptissimis, cuncta his subiaceant. Quàm innumeras possint armatorū copias, quodcumque opus esset, comparare: quæ strenuus sit quicumq; Hispanias miles incolat, quæ dominis fidus: quàm dicto parentes suos principes, qui potentissimi sunt, mei reges habeant, incredibile dictu est. A summo namq; ad minimū, ab agricola ad auratum equitem, nullus est intra orbem Hispanum, qui non se tunc gloriosius uiuere, quādo emori pro regibus suis succurrerit, quā uiuere uitam, arbitretur. De his non plura: quandoquidē meo nomine Tangaribardinus tibi cætera cum mulanter enumerauerit. Nunc autem, quamuis nec tibi, aut uiuentium cuiquā à nobis rationem exigere posse uires sufficiant: nec ut tibi horum quæ nunc dicam quicquæ præponerem, nihil demandatū sit: cum iam satis quāti sint mei reges intellexeris: quales sint, & quālonge aliq; quā tu tibi persuadeas, audito. Regnū illud Granatense, quod debellatū à nobis istis conquerunt, contra ius fasq;, Iuliano duce, qui Calpæ & Septæ, aliorūq; plurimum oppidorū in occidui maris faucibus dominus erat, cum reliquis Hispaniarū regnis Mauri quondam armis occupauerant. Is enim Iulianus occasionē nactus, quod Rodericus rex, qui tunc uniuersæ imperitabat Hispaniæ, filiam suam de reginæ nymphis unam stuprasset: Miramamolīnū Mahometicæ legis monarchā cum ingenti exercitu ex Mauritania in eam Hispanię oram quæ Bætica dicitur traduxit: totamq; profligatis ter per Iulianū collatis signis Roderici copijs, Miramamolīnus, præter pauca montana, oppressit. Adeoq; postq; sibi Miramamolīnus Hispaniā usurpauit, in Christicolis omnes sæuitū est, ut relictus fuerit nullus Christum recusans abnegare, qui Maurorū gladijs non interierit. Transactis annorū iam pluribus curriculum, Christicolæ tandem respicientes, aliquantisper ab hac dira illuuiē sese redimere attentarunt. Pelagio quodam nobili duce de montibus pedetentim descendunt: Maurorum copias, foeminis etiam è rupibus cum saxorū deiectione primum, deinde cum telis adiutibus, profligant: retrocedere, montiū radices deserere, intra munitas urbes se recipere, cogunt. Quare paulatim Christicolarum animos necessitate, iustitia, Maurorumq; truculenta tyrannide, indies magis ac magis excutientibus, Hispaniæ utriuscq; cæteras regiones meorū regum proauit in libertatē uindicarunt: quod uero supererat, ipsi nuper uirtute bellica domuerunt. Affecimus igitur iniuriā neminē: cum ius suum tueri, suaq; de iniuste possidentium manibus cuiq; liceat, cum possit, abripere. Quod uero fidefragos illos, aduersa tantum parte audita, ita solutis habenis appelles: uictisq; nō pepercisse, conqueraris (da ueniam quæso) temere factum est: nec decuit maiestatem tuā nobis inauditis, in ea uerba non rege digna prorumpere. Oro attendas imperator optime: Cū Granatensis regni urbes in deditiōnē nostrā uenissent, multi à meis regibus, ut in regno nataliq; solo suo cum liberis & uxoribus permanere liceret: aliq; ut discedere possent, literas tutelares impetrabant: quas illis mei reges capitibus interpositis, dummodo in fide persisterent, neue quicquæ contra eorū maiestatem committerent, impartiebatur. Nunc autem hi quorū plurimi scelerū cōscij

Oratio oratoris ad Soldanū iratum.

C aufugerunt: alij rationis inimici, & nouarū rerum cupidi, rebelles, seditiosi, facinoribusq; imbuti, ad te cōfluunt: exaratas à meorū regum clemētia literas ostendunt: quid ipsi admiserint occludunt, cooperiunt, tacent: fugam suā eiectionē & perfidiā appellant. Constabit nuncq; de ore meorū regum, uerbū ullum uanum aut mendax excidisse. Ad baptismum præterea Granatenses omnes ui coactos fuisse, tibi ementiti sunt: nihil à uero semotius uiua uox ulla protulit unq;. Vnde q; perniciosum sit primis flagitiosorū delationibus ad iram moueri, colligito. Catholicus rex & regina Hispaniarum se multo magis re q; nomine Christianos esse profitent. Christianū eum nos appellamus, qui Christi uestigia nitē imitari, doctrinam sequi, legem seruare. Christus neminē unquā ad se inuitū adducere aut allicere est conatus: uim cuiquā, ut Christianus efficiat, inferri præcepit nuncq;: imò nostra lege cautum est aperte, ne quisq; alienæ legis ullius cultorē metu aut ui impellere audeat: cuius rei tibi sint argumento Maurorū tot millia, quot per tua regna transmearunt, ac Iudæorū multitudo ingens expulsa. Hos omnes cū sub eorū essent potestate, nōne ad baptismū coēgissent, si per legē licuisset? Cū igit non eos coegerint: cum libera illis, quacuncq; sederet animo proficisci, amplē sit uia patefacta: q; leuiter falsoq; te Granatenses obtundāt, cognoscito. Granatenses quater sumptis armis (quæ nullo modo habere quenq; apud se ex cōposito & foedere conscripto licebat) in urbe ipsa sceptratos præfectos, in Bellefychio munito oppido plures electos milites, in Rondæ cōuailibus armorū duces cum ingentibus copijs, trucidarunt. In montibus uero niuosis, quos Alpuxarrentes uocant, in quorū radicibus Granata urbs iacet, locorum asperrima freti natura, ita furiatīs animis defecerunt, ut regē ipsum, cum centū millibus peditū, quindēcim aut equitū, pertinaciter expectarint: nec cedere unq;, aut arma deponere uoluerunt, donec aperto Marte profligati, plures interierint. Quibus isti supplicijs affici merebant: Quæ multa satis erat ad hæc scelera: Excoriari à uertice ad pedū plantā ipsi, utq; filij & uxores ipsorū cum omni familia in seruitutē redigerent, bona silco addicerent, ex lege promeriti fuerant. Cum in hæc sese pericula, sua nimirū dementia, cōiectos cernerent, emissis ad cœlos uocibus, baptisma baptismā proclamare omnes passim cœperunt. Catholicus uero dominus mei, quibus est insitū à natura esse iustos, misericordes et pios, ad eas supplicū preces cōmoti, tantorum facinorū illis ueniam, uxoribus ac natis libertatē, bonorum remissionem, animo clementissimo sunt impartiti. Eo tamē præcipue, quod nostra lege uti neminem cogere recusantē, ita neminem abijcere uenientē, sancitum sit. Eia nunc optime imperator, quid si tot ab incolis tuis alienæ legis præsertim, in te ausu temerario cōmissa fuissent facinora? Satis ne animo tuo satisfaciū fuisset Mahometica ipsos instituta implorasse? minime quidem arbitror: tanto maxime cum pecuniario damno. Eorum nanq; spolia, si cum uxoribus & filijs eorū bona uenum fuissent exposita, decennales tuos redditus proculdubio superassent. Nec te prætereas uelim, duo esse regna, Valentinū scilicet & Aragoniū, hæreditario iure antiquissimo regibus meis subiecta: in quibus plura Mahometæorū quàm Christianorū millia, omnium opinione, degunt. Hi habere sua templa, equis ambulare, tela, cū iter faciunt, gestare, ædificare domos, agros colere, armenta possidere nō minus libere atq; Christianis ipsis permittit: nec minores penas dat Christianicola, qui Maurū molestia uel iniuria afficiat, q; si Maurus Christianicola. Quàm beate isti sub meorū regum imperio cum pacifici sint, & minime seditiosi, uiuāt, si scrutaberis, Granatenses meritissimas luisse penas iudicabis. De Iudæis autē, deterioribusq; neophytis ex legibus, quæ te cura fatigat? quid ad te? Hi sunt à meis regibus de omnibus eorū regnis, tanq; rabida pestis, eliminati. Proh si scires, q; morbosum, quàm pestiferū, quāq; cōtagiosum pecus istud, de quo loqueris, sit. Factu omnia foedant, uisu corrumpunt, sermone destruunt, diuina & humana perturbāt, inficiunt, prostrant, miseros uicinos circumueniunt, radicibus explant,

*Nemo armis
ad fidē Christi
cogendus.*

A. lant, funestant; ubicūq; pecunias esse presentunt, tanq; odori canes insequunt, detegunt, effodiunt; per mendacia, periuria, dolos, insidias, per lites, si cætera nō suppetunt, extorquere illas laborant; aliena miseria, dolore, gemitu & mœstitia gaudent; felicitati invident. Perniciē notis omnibus atq; etiam sibi inuicē semper cum fremitu machinant. Væ domibus quarum istis secreta rimari licet. Nosces aliquādo, nosces, si longos annos tibi fata præstiterint, quod hominū genus hoc sit, cui tu patrociniū præstas, quod intra tuas oues cōmiscēs: q̄ obscœnum, detestabile, uile, execrandū: q̄ deniq; detrudi debeat ab omni humano cōmercio. Sapientissimos uiuentiū tunc fuisse meos reges fateberis, quādo de tam reijculo & morboſo pecore exterminando cogitarunt. Si hos amas; hos tibi habeto. Quid uis tibi referat gens hæc abiecta: latrone aut subdolos proditor, si quem tu eiusmodi morte dignum in exilium miseris, uel tantū flagellari iusseris, cum per alias terras uagabit, maiestatem ne tuam laudabit. Misericordē te propterea uel clementē appellabit: non certe: quocunq; em diuerterit, te crudelē, impium, bonorum persecutorē, se iniuste depulsum, predicabit: sua scelera tacebit. Ast si in prudentē aliquem auditorē inciderit, te iniustū esse, tua causa non audita, minime persuasum relinquet. Quare serenissime imperator, aduertito, ne hi nefarij delatores in aliquā te calamitatē conijciant: si tibi consulueris, tuæ posthac aures liminaq; hominibus huiuscemodi nunq; patebūt. De his iam satis multa. Nunc aut ut ad te iam ueniā: si ea quę sum meorū regum noie petiturus impetrauero, rumores à meipso per hanc amplissimā urbem tuæ ditioni subiectā, per Trucimanum, reliquos etiā Palatinos qui mecum uersant, spargam: aduenisse me, fratrum foedus te cum meis regibus iniisse, easq; classes quas in Apuliæ Calabriaq; portubus habent, cum delectis militū copijs, præsto fore, si qua in te defectio exoritur, aut bellica uis ingruerit, ut huc uolent in auxiliū tibi, prædicabimus. Ita in hac tuorum principū incōstantia, & imperandi cupiditate, nostræ, & si fictæ, amicitia fama, cum simus mari & terris adeo potentes, maximā tibi poterit utilitatē parere. Temperatius nancq; de insurgēdo in te, armisq; capiendis, tui aduersæ partis principes, si hoc suspicant, cogitabūt. Finitimi præterea reges, qui Syriæ felicissimæ prouinciæ tuæ inhiant, serius te bello tentare audebūt, si nos in tui auxiliū uenturos uerebunt. Aperito igitur mentis oculos, serenissime imperator, & sortem, quæ sese tibi obtulit, opportunā apprehēdito: libētīq; animo ea perficito, quę mei reges exoptāt: & forte sedes hæc tua, quę subtili uitro fragilior est, in adamantinum robur ex hoc nostro cōmercio conuertetur. Quæ aut petimus, summe imperator, factu quidē facilima, tunc tibi aperiā, quando pacato ab istac iracunda perturbatione animo ad teipsum te rediisse cognouero. Hęc ego. Soldanus uero, interea dum ego ista recensebā, ex ore meo, quamuis ea minime caperet, meos motus tamen tum iracūdos, tum placidos, acutos, interdū graues colligens, pendebat: scire iam quæ dixissem maiorem in modum affectabat. Tangaribardinus interpret inter nos tertius, qui nō minus, q̄ ego ipse, uestræ gloriæ cupidus esse mihi uisus est, auido Soldano, affectu non minore, nō inferiore animo, lingua nō timidiore, suo idiomate quæ præposuerā, refert. Inflatu interdum de uestra potentia rubicundo uultu edisserit: placido interdum sermone ac ore subrisibili solertissime, de uestra erga bonos benignitate recenset: atq; etiam interdum, quā uirtute bellica felices sitis, enarrans, minabūdos oculos attollit. Gaudebam ego Soldani intentum animū, nutusq; dicta concipientes inspicēs. Postq; igitur Tangaribardinus finē sermoni suo fecit, Soldanus sese amicis oculis ad me conuertit: & multa iterum de uobis, de regnis uestris, percunctatur: an uera sint, quæ ego de uestra in rebelles Mauros clementia argumentatus fuerā, interrogat. Vero esse omnia ueriora quę dixissem, affirmo: posseq; id illi facile fieri compertissimum, si ad uos oratores uel secretò exploratores miserit, aperio. Quod si fecerit, quanti sint momenti res uestræ, quantum ue stabilitati ipsius sit

C mulata nostra societatis sparsus uulgò rumor conducere potis sit, ipsum cognosciturum, enuncio. His atq; alijs pluribus ab ortu solis ad usq; meridiē ita discussis, confirmatis, cōfutat, cōclusis, uestra mandata aperio. Soldanus ad ea omnia perficienda, quæ uestro nomine petier, animū disponit: me dimittit. Principes propter metū cōcitata multitudinis perturbatos, ad se iubet tam fictos q̄ amicos die postero accersiri: ne facile improborū susurris Iudæorum, & profugorū Granatensium querelis moueantur, monet: periculosum esse quacuncq; in causa, altera partium tantū audita, iudicare. Iudæorū fraudes, nequitiam, hostilitatem in omne genus hominū, meis uerbis preponit. Ne sit illis de tam foetido, despecto, liuido, scabiosoq; pecore sollicitudo, suadet. De Maurorum autem leuium Granatensium conquestibus, inconstantia, defectiones, crudelitātē ipsorum, uestrorum uero ducum ac militum internecionē, edisserit. Quid foret interrogat, si talia per suos subditos in se ullo tempore emerisissent facinora: aut si sumptis armis tot in ipsos Christianorū millia defecissent, quot Maurorum in uestram coronā defecerunt. De uestrorum regnorum amplitudine, de potentia, felicitateq; uestra, multa ipsemet enarrat: quantam possit regum tantorū amicitia sibi & ipsis utilitatem asserre pronunciat. Horrescunt proceres exempli simulacro: uos admirantur, quæ ipsos angebat curam eijciunt. Soldano unanimes omnes, quod sibi ipsisq; adeo prudenter prouideat assurgunt, gratias alijs fictas, ex corde imo alijs depromptas, agunt. Soldanus deinde proceribus bene persuasus, domumq; dimissis, Trucimano accerito imperat, ut famulos à manu regios ad me ducat: ut quacuncq; ordiner ego, ipsi cōtexerent: chirographa quacuncq; uellem, cōscriberent: ad se postmodū sua manu signanda perferrent. Mandatū Trucimanus exequit: ad me ueniūt chirographarij. Consiliū ego et Hierosolymitani templarij, qui ad me per cursores acciti uenerāt, inimus. Petitiones uestras cōscribimus:

D (quarū prætenu uos me catholici reges ad iram horum Barbarorū pacandam, qui se Christicolos omnes orientales demersuros uestra causa minabant, oratorem misistis.) Vt Hierosolymis uetustate collapsa reficere, ut ea quæ ruinam minantur, à nostris maioribus ad Christi memoriā ædificata, refarcire permittat: quæ Mahometæi sacerdotes nullo unq; tēpore ab imperio Christicolis erepto renouare passi sunt. Soldanis em̄ præteritis, Mahometæa lege uetitū id fuisse, sacerdotes persuaserāt. Neq; in ipsa urbe solū, sed in Beryto, Rama, Bethleem, ceterisq; locis quibus extant aliqua de Christi gestis monumēta, modò uelitis, iam licet reficere. Præterea ut nouæ exactiōnes & recētia tributa tollant, quæ per Soldanicos magistratus in peregrinos ad intolerandū iam cumulum adaucta fuerant, & persoluere nemo iam quiret: utq; ignominijs in peregrinos illatis prouideretur: ad uetera maiorum tributa peregrinorū persolutiones redigant: si quis peregrinum posthac molestia uel ignominia confecerit, grauius puniat, efflagito. Hæc breuibus, Christianissimi duo cōsortes & clara orbis lumina, ne grauibus implicitos longa nimis oratione fatigem. Ad alia igit̄ deueniamus. Interea dum chirographa per famulos à manu expediunt, negocijs iam exolutis, si quæ sint Aegyptiorum ueterū adhuc per ea loca monumenta perquirens, duas pyramides miræ magnitudinis trans Nilum in agro Babylonico, ad milliare tamen circiter uigesimalium extare cognosco: ab urbe nanque ipsa Cairo apparent. Quare ut mihi liceat conuicina lustrare, à Soldano per Trucimanū exposco. Placere sibi sum moperere Soldanus respondet. Attamen ne sine tuto comitatu ullo pacto exeam domo imperat: propter populū ab oratoribus Afris, à Iudæis, à neophytis ex legibus, & à Granatensibus ad iram impulsū. Cōfestimq; duos ex Palatinis sibi charioribus principibus accersit: ut ad me ueniant, ne me unq; deserant, ne detrimenti quid mihi aut molestiæ accidat, edicit. Trucimanū, qui nobis erat dux futurus, ut omnia diligenter inspectet, periculis omnibus prouideat, ut incolumes ducamur ac reducatur, cum animi angore & ingenti sollicitudine monet: se curam

Aram non depositurū, donec nos rediisse prescierit, enunciat. Postero die, qui erat
 septimus Iduū februarij, hora antelucana, facibus accēsis præeuntibus, ad uisen-
 das pyramides iter capturus exeo, Trucimano & duobus aulicis optimatibus cū
 ingēti comitatu me circūsepientibus. Ibi ciuitatis eius longitudinē esse immēsam
 hoc argumento collegi, Trucimani domus, quæ mihi hospitio fuerat ob signata,
 mœnibus urbis inhærebat: à latere tamē urbis initio aduerso Nilo stadia circiter
 quatuor. Nec urbis ipsius ultimū suburbium, quod adhuc Babylon ipsi appellāt, per-
 currere desieramus, quādo iam sol ab horizonte nihil minus horis duabus emer-
 serat: alicubi tamē sine domorū frequētia plerisq; spaciolis interiectis. Vrbe igit̃ a
 tergo relicta, cum primū Nilū tranauimus, inter palmeta quæ uisum adhuc no-
 bis parump præpediebāt, sese nobis instar montiū elata in planitie uasta pyrami-
 des offerūt. Has adimus: uisus admiramur. Tunc Bilibitani uatis Hispani uestri
 Martialis carmen de pyramidum miraculis non inepte prolatum iudicauī. Sunt
 quidem inauditæ molis, ingens structura: nec iam quæ de uiginti millibus homi-
 num, cum uiginti annorum labore, cum inenarrabili panis, cepearum ac porro-
 rum numero & pondere, ab historicis edisseruntur, fabulosa esse cōtenderem. *Pyramides.*
 Ipsarum tamen altera grandior est, sed forma pares. Sunt nanque pyramides o-
 mnes orthogoniæ, æquilateræ, amplæ, ab imo in acutū semper ad uerticem us-
 que leniter tendentes. Est earum altitudo ingens adeo, quod in radice stantibus
 quicumque ascenderit, dimidio minor uideatur. Per ipsarum ego rupturas, quæ
 fuerunt ad alia intra urbem ædificia construenda excoiata, ex meis familiari-
 bus iussi quosdam ascendere: qui caligari sibi despiciendo oculos, mariaq; ac ter-
 ras sese sub pedibus habere existimasse, retulerunt. Ab imo in modum turbi-
 nis acui uidentur: sed lapideam tabulam triginta hominum capacem quæ totū
 claudit opus, in culmine maioris iacere, qui ascenderant nobis enarrarunt. Hu-
 ius ego ipse grandioris circumferentiam dimensus, de quatuor lateribus unū re-
 peri quindecim supra tercentum meis passibus constare. Quare quod extra so-
 lum patet, esse passuū in gyro circiter tercentū supra mille colligit: sed longa ue-
 rustate, saxorumq; fragmētis tellurē ibi plures cubitos creuisse, subrutamq; nūc
 esse pyramidē, & multo quondā fuisse spaciosiorē, comprehendit. Nec his cōten-
 tus, solidā ne sit aut cōcaua pyramis, interrogo. Tunc sic ex principibus alter ser-
 monem orditur: Ex quo structuram hanc, quisquis ueterū illam cōdiderit, absol-
 uit, incolarum nemini constitit unq; aditum habere, aut concauam esse præsen-
 sit: neq; enim magnæ nobis curæ est huiuscemodi secreta indagare: nostra uero
 tempestate ignotus quidam ex Mauritania uobis finitima, qui sibi peritiam anti-
 quitatis arrogabat, ad nos uenit, Soldanū efflagitat, ut ostium pyramidis huius,
 quod se didicisse prædicabat, aperire liceret: inuenturum sese absconditos thesau-
 ros inquires. Venia impenditur: huc uenit: pyramidis huius latus estiuū orien-
 tale perquirat: ostium clausum paulo differentem à cæteris inuenit: claudentem
 ostium lapidem tollit, qui iacebat in ipsius lateris medio, ab imo dimetiendo ad
 summum. Nec uir iste usquam gētium apparuit ultra. Pyramidem igitur lustra-
 uimus: & quā Maurus ille aditum patefecerat, latus capimus: ex meis comitibus
 iussi, cum facibus accēsis siliceq; parato ad ignem, si faces extinguerentur, excu-
 tiendum introire. Ego autem & unā mecū principes ex ostij faucibus despecta-
 mus. Est uia leniter decliuis, lubrica, marmorea, angusta, passuū clxxv. uti aiunt,
 qua uix genibus flexis, aut si pedibus, inclinato ad uterum capite, descendere li-
 ceat: descendunt igitur, quid ibi sit quærant: forniceam cameram passuum for-
 te duodecim testudineā, atque penitralia duo maiori cameræ inhærentia in con-
 cauo reperiunt: ibi grandem tumulū & paruula sepulchra iacere animaduertūt.
 Illustrem aliquē uirū cum aut uxorū aut pellicum aut filiorū turba fuisse illic hu-
 matum existimarūt. Pyramides em̃ sepulchralia ueterū habitacula fuisse legitur.

C Structura uero ipsius molis ex lapide marmoreo flauo aliquantisper, nō autem albedo, æqua ferē mensura concito: quadrangulares enim singuli, sed non penitus sunt orthogoni, cū ab latitudine longitudo paululū distet, à longitidine uero nihil differt profunditas. Lapidem ex illis nullū dimensus ex incuria sum: sed septipedales longitudine esse arbitror. Ex quodā deinde elato tumulo arenoso, cum orientē australē uersus oculos flexissem, plurimos colles ad milliare circiter quinquagesimum aduerso flumine à nobis prospicere uisus, quid illud esset interrogo. Piramides omnes, atq; ex illis grandiores aliquas eis quas pertractauimus esse didici: ibiq; illustris urbis adhuc extare uestigia, sed diruta, serpētibusq; tantū habitata retulerunt. Quare Memphim eam fuisse, piramidū miraculis celebratam; nō autem Cairū urbem, nunc prouinciæ caput, uti pleriq; autumant, existimo: cum hic duæ tantū, illic innumere sint insignes magnitudine, longeq; distent hæc à Cairo. Piramidibus ita perlustratis, ad milliare circiter dimidiū duor: ubi marmorei colossi corpus truncum, cui iam uetustate aures erāt naresq; collapsæ, à pectore iacebat. Cuius fuerit quondā simulacrū illud minime scitur. Id ego caput dimensus, octo & quinquaginta passus eius esse circūferentiā reperi. His ita conspectis, domū reuersuri per alias eius Nilicæ planitiæ pratorū semitas uiuentiū, inter equorū & camelorū copias innumeras, & Mameluchorū tentoria castrensia disposita, regredimur. Quidnam sibi uellent ea castra tot iumentis circūsepta, eo præsertim anni tempore, cū octaua februarij esset Idus, percunctatus. Hæc à Trucimano, qui mores adhuc Hispanos, in hisce rebus memoria tenebat, habui. Soletis in Hispania uos Aprilis & plerisque in locis Maio mensibus equos herbatum mittere: nos autem Ianuario & februario mēibus iumenta nostra in pascuis habemus: illis enim temporibus sicca sunt iam apud nos præta omnia. Nilusq; ripas iterū tempore illo superare, atq; prouinciā omnem inundare incipit. Expectatū igitur fluminis incrementū, præsens herbarū, quas adeo uiuentes ac floridas in hac uasta planitiæ cōspicis, opportunitas: cumq; hic nullo unq; tempore frigus ingens uigeat, sub diō in agris iumēta nunc habere coguntur. Tentoria uero, in quibus nostri ad iumentorū curam serui destinati sese noctu recipiant, quotannis ita erigimus. Hæc ille. Ego autē inter eundū, quod operæ precium est inspicere, quem ordinē in iumentis pascendis, ne quid de pascuis pedibus dispergat, seruent, delectatus sum cognoscere. Vbi primū suæ quisque partis marginē per camelos et equos tutudit: in solo iam uacuo suis quisq; seruis iumētis ad infixas terræ uacerras sudales adustas pedes alligat posteriores, ut uix protento rostro dentibus herbā queant apprehendere. Ea uero quæ proximior est depasta, uacerris euulsis, pedetentim ad herbā iumenta propius applicat. Singulisq; ita fit diebus, donec ad ultimos herbatuæ suæ terminos perueniant. Portiones enim ex illis pascuis à Soldano Mameluchis pro cuiusq; gradu per pedatos distribuunt: ueluti cum intra urbē sunt de collecto ex horreis ordeo. Ita sole ad occasum uergente Nilum traicimus, domūq; reuertimur. Postridie uero ab his, quibus fuerat à Soldano de me cura demandata, peto, ut me ad eum locum ubi Christus latuerat, interea loci dum Herodes Hierosolymis moraret, perducerent: tum ut loci numē colerem, tum etiā quoniā ibidem balsami arbusa confederant, id exoptabā. Eum locū nostra tempestate Mataræam incolæ appellāt: qui ab urbe Cairi passuū millia circiter decē distat. Mercurij igitur die sexto, Idus februarij, qui nostræ quadragesimæ primus eo anno fuit, ubi primū eluxit, Mataræā uersus, proficiscimur: palatiū primo aspectu & prima fronte regali mole constructū ingredimur, in internis autē dirutū: eo qd desertū ex quo balsami arbusa interiere. Illuc em̄ q̄ tēpore balsamū colligebat, Soldani, relaxādi animi gratia, sese quotannis cōferebāt. Proh dolor, adeo preciosi arbusa liquoris interiere: sed incertū an custodū incuria, an fraude dolōue & inuidia, an religione & pietate lesa, id acciderit. Quidā em̄ uiridarij custodes, terrā irrigādo male tēperasse aiunt.

Ex fonte

Memphis

Caput marmoreū 78. passuū

Mameluchorū pabulandi modus

A Ex fonte nanq̄ uiuo, puteali tamen, in eo loco scaturienti aqua exhausta, arbu-
sta illa rigabant: eumq̄ liquorē quo balsamū condiebat nutriebant: neq̄ enim
ex simplici illa materia balsamū constabat: quod non aliter ex perfractis aut con-
cisis ramis per stirias & guttas cadentes colligebat, q̄ ex uitium putaturis lachry-
males guttæ cadunt, cum apud nos uerno tempore palmites incidunt. Sed nul-
lam præter eius fontis aquā, transplantatis balsami arbutis ad hoc ut nascerent,
aut adultis ut coalescerent, profuisse unq̄, longo experimento cōprobatum est.
Imò & cum in aliud solū transferrent, eadem etiā aqua inde asportata, parum ui-
guisse. Rex em̄ quondā Cyprius nomine laches, Caytbeio Soldano permitten-
te, arbuta pauca cupasq̄ ipsa aqua plenas quibus illa irrigaret, in Cyprum affer-
ri iussit: ubi neq̄ balsamū procreabant, neq̄ frutices diu uixerunt. Qui uero frau-
dem intercessisse suspicant, mulierē custodis ipsius horti uxorem consulto inte-
riorem textam multitudinē menstruo illitā fonte immersisse, referūt: menstrualisq̄
ueneni uim adeò atrocem fuisse, ut aqua infecta arbutorū radices omnes, cum
per illas riuuli deducerent, concremauerit. Ast qui læsam pietatē fuisse credunt,
ita prædicant. Cautū fuit semper præcorū regum Soldanorū decreto, ne Iudaicę
peruicacię balsametū quisq̄ ingrederet: ne quid ignominiosum in loci numen
perpetrarent: cum in eo fonte paruuli Iesu, quo tēpore in Aegypto latitauit, pan-
nos quibus inuoluebat, Maria uirgo lauerit: ubiq̄ arbuta germinabant, ibi soli
siccandos exposuerit. Beatam nanque uirginē Mauri obseruant, eiusq̄ nomen
religiosissime uenerant. Incautos igitur ad horti custodiā Soldani œconomos, Iu-
dæum qui se Maurū profitebat, admisisse inquit: Iudæamq̄ uxore suā quam
intromisit, paruulū utriusq̄ filium, lintheaq̄ infantuli, in opprobriū loti Christi in
ipso fonte immersisse, ac linthea ibidem siccanda protendisse, uolunt. Quare ter-
ram, cuius uirtute arbuta germinabāt, fontemq̄, cuius uigore rigata nutrieban-
tur, illico post cōtumeliā uim suā amisisse inhæsitāter inquit. Vt cuncq̄ sit, omnia
B illa arbuta radicitus interiēre, nec ullum ex eis extat uestigiū. Ea in roseti modū
aucta, intra quinquenniū senescebāt: sed ipsorū rami in idem solū transplantati,
facile ad suū genus instaurandū pullulabāt. Est autē id balsameti spaciū passuum
longitudine numero circiter ducentorū: latitudine uero nō multo plus dimidio:
terreis aggeribus sine calce ac lapidibus circūseptū. Dum interea ego ista perqui-
rerem, sub uicino quodam tuguriolo, in quo infantulū Iesum uirgo latens lacta-
bat, sacris dicendis mihi altare parat: quibus per eum qui Hierosolymis cœnobij
beati Francisci in monte Sion Guardianus summī pontificis pro Christicolis oc-
cidentalibus uicem gerit, rite peractis, duo summæ pietatis in hominibus aduers-
sæ legis argumenta annotauī, quæ prætermittenda minime duxi. Extat in præ-
dicto tuguriō intra murum cauata quædam in modum armarioli fenestella, in
qua paruulum infantem curiosa uirgo, dum sibi aliquando foris uictū quærita-
ret, recondebat: ibi ardentē perpetuō lampadem Mauri seruant. Tenent & aliā,
funiculo traiecto illi arbori, quā sese aperuisse transeuntiq̄ Iesu cessisse populus
credit, appensam: arboremq̄ ipsam reuerēter obseruant, ficulneā: ipsi Pharaō-
nis arborem appellant. Ea uero est quæ à nostris Sicomorus dicitur, terræ illius
arbor peculiaris. Ex hac ego ipse ficulnea quæ ingens est, tres carpsī fœtus, quo-
rum forma mediocris est piri, sed mollitię ac gustu insipidi, ficum æmulantur:
nec, uti cæteri omnes fructus arborei, ex recentioribus ramulis huius arboris fœ-
tus nascuntur, sed ex ueterum ramorum truncis procreati ubertim exiliunt: ue-
luti ex uno interdum ramulo compressa profluiunt multa pruna. Tres eas, quas
collegi, bac̄tras ad uos ferendas, licet siccas, seruo. Prandium interea dum ista
perlustramus paratur, sub dio tamen, in putealis eiusdem fontis margine, qui
balsametum infelix irrigabat quondam. Discumbimus solo unā, ex ipsius Guar-
diani orientalis ore, uicē pontificis nostri, uenia, Mahometæi & Christicolæ: sed
carnes illi, nos pisces epulabamur. Minuta hæc, ut q̄d eo die post sumptas epu-

C las de illius aquæ bonitate periculū fecerim, inserere queam, recenseo. Cum ex
Aqua fontis piscium uarij generis satietate, ingens me sitis urgeret: (quamuis ex medicorum
Balsameti. consilio aqua mihi esset, ob quosdam ualitudines, interdictū & piscibus) ter ad
 saturitatē usq; quā in eo fonte lotus fuisset memor, ex aqua illa ita plenis fau-
 cibus potaui, ut hydropico similis, turgidus effectus cingulū soluere coactus fue-
 rim. Illicoq; sensi mihi summopere profuisse. Totam præterea illius anni quadra-
 gesimam cum pisciū usu Nili fluminis aquam solam interdū, interdū uino cōmi-
 xtam, bibi: nec stomacho unquā, qui me sapissime fatigabat, aut alicui corporis
Aqua Nili. parti iacturā mihi attulisse cognoui. Est præterea leuitatis ac saporis aqua Nilia-
 ca meo iudicio laudabilis. Quas dotes illi aquæ ex feruore radiorū solis, quibus
 per torridæ zonæ furentes æstus labens decoquit, arbitror cōtingere. Neq; em̄
 dubiū est, siue de lunæ montibus ultra æquinoctialē iacentibus, siue aliunde Ni-
 lus deueniat, quin per Aethiopū regiones Nili fluuenta decurrat: ex quorū mōti-
 bus Nilum sumere incrementū incolæ prædicant. Nam cum ad nos diem produ-
 cturus æquinoctialē circulū per arietis cornua sol transiens ascendit, niales Aæ-
 thiopum adurens montes niues liquefacit: quas ad imas ualles cadētes Nilus re-
 cipit, & æstate præter cæterorū fluminū naturā intumescit, ægyptios agros are-
 nosos irrigat, ac fertiles reddit, qui aliās ob terræ siccitatē nullum producerent fru-
 ctum: pluit enim raro. Sapientū omnium de ortu atq; incremento Nili accurate
 disceprationes perlegi: sed ortus ipsius ita incertus ab indigenis relinquit, ueluti
 ab illis hæten. Allocutus em̄ sum diuersarū Indiæ regionū incolas Aethiopesq;
 plures, quorū ingēs multitudo in Cairo urbe negociat: nec eorū quisq; cum per
 ipsoꝝ terras labi Nilus dicat, credibile quicq; refert: fabulant tamē multa. Incre-
 menti autē certam esse atq; unicā eam quam attulimus rationē, rerū experientia
 prudentiores, & qui prouinciarū naturam indagarunt, affirmāt. Neq; arenas in
D ostijs Nili boreali flatu aggregatas, aut Etesijs, ut pleriq; uolūt, aut aliā ullam de
 allegatis historicis rationibus causam esse, quod Nilus retrocedat, dici patiuntur.
 Nunc uero, quandoquidē in huius fluminis mentionē incidimus, non erit abso-
 num de ordine ab Aegyptijs circa Nili tumores seruato, nouisq; Niliacorū cro-
 codilorum casibus mihi per incolas enarratis, pauca recensere. Cairi ciuitas ob-
 longa est, sed angusta, ad Nili ripam protenta. Intra Nilum autē urbi insula adiacet
 duorū circiter milliarū, cuius initium impetū Nili suscipiens muris in acutū
 incipientibus, & se in latum statim porrigētib; munitū est. In cuius acuta pro-
 iectura turris extat lapidea, in qua per alnas eorū, quas piccos appellant & quar-
 tas ac digitos, signa sunt circūcisa. Est eorū alna uestra Hispana, quā uarā uester
 populus uocat, spithama grandī minor. Columnæ huic, æstate iam aduentante,
 multi assident: ut qui primus Nilū crescere denunciauerit, pinguem strenā asse-
 quatur. Itidemq; sit quotidie donec tumescere desinat. Ast fluuio ad altitudinem
 quatuordecim piccorū, id est alnarū, surgente, superare ripas Nilus, & per cam-
 pos ac fossas manu factas sese protendere, prouinciāq; inundans irrigare incipit.
 Est Nili utilis inundatio ad mensuram usq; illius columnę piccorum duorum &
 uiginti: si uero eam exuperet, id raro tamen accidit, damna potius quā utilitatē
 affert. Caytbeius propterea Soldanus is quem senem dicunt, de quo supra men-
 tionem fecimus, fossam eduxit nouam, quę incrementum illud, si quando acci-
 dat, in se recipiat: & ad desertas alias regiones superuacaneam aquam abducat,
 ac fertiles eo anno reddat. Infra urbem uero per fossas diuiditur Nilus antiquas,
 (quarum aliquas Cæsarem construxisse memoria proditum est) munitissimis
 aggeribus a fronte, ne torrentis aque imperus illas disrumpat, constructis. Que-
 libet autem fossarum suum habet ad mare ægyptium exitum. Prouincias per
 quas incrementi tempore aquæ Nilicæ fluunt, irrigant & pingues faciunt. In
 omnibus præterea fossarū alueis autum pisciumq; multifariam generatur mul-
 tudo, aliturq; sed præcipue in paludibus maxima. Varia præter pisces & aues
 monstra

A monstra in eius alueo nutriuntur: inter quæ Crocodilus quadrupes tam aquaticum quam terrestre. Quod non habeat unde egerat, præterquam per os: quod solus inter bruta lachrymetur: quod fugiat, si recto illum oculo quis inspexerit: sequatur uero si meticulosum obuium senserit, ac interimat: aliaque huiusmodi multa multi retulere: propterea missa hæc omnia facere constituo. Quæ autem ego inter nauigandum ab accolis nautis noua perdidici, mens est differere. Ab urbe Cairo ad mare usque, non semper noxios esse crocodilos referunt: ab urbe autem aduerso Nilo quanto altius uersus montana nauigatur, tanto uolentiores ferocioresque aqua & terris esse aiunt. Plerasque eius rei causas mihi interroganti adduxerunt in medium. Primum, quod ea Nili pars quæ inter urbem & mare iacet, piscibus tum in Nilo enutritis, tum ex mari prodeuntibus, quibus crocodili uescuntur, semper abundet: propterea piscibus contentos, in terram illos non longe à ripa descendere hominibus aut quadrupedibus damna illaturos, prædicant. Cum autem & inferiores crocodili, & piscatorum ingens multitudo, piscium turbas ad superna transire, quin illos retibus intercipient, paucas patiantur: crocodili qui superiores Nili partes incolunt, atrociori fame urgentur: ita famelicæ rabie arreptos in terram descendere illos, inquit, adoriri que ac perimere quicquid obuium sit. Quædam præterea præmij spes magnos crocodilos capientibus præposita facit, ut multo pauciores audeant à Nili ripis longius prodire: cuiusque enim ad urbem Cairum crocodilum grandiorē afferenti, aurei nummi de fisco præbentur decem. Quamobrem crocodilis grandibus circa urbem, ut alibi leonibus, ursis, cæterisque brutis animalibus uolentis ac rapacibus, dulci habendæ pecuniæ spe, multæ insidiæ parantur. Tunc autem crocodili noxiores sunt, damnaque ad uicina rura exeuntes maiora inferunt, quando rediunt ad alueum Nilus: cum namque sint eo tempore Nili ostia magis arenosa, ob humiliorem aquæ in ipsis faucibus profunditatem, minor marinorum piscium copia per fluentia Nili ascendit. Inde fame compulsos, cum Niliaci pisces illis ad saturitatem non superpetant, uictum ipsos terra queritare, aiunt. Hic euenisse prædicant accolæ, quod Nilus ad alueum deducto, sæpe lateant in insidijs obuoluti cæno crocodili in ripæ ora, in eorum locorum uicinia ad quæ Niliaci rurales, aut oppidani foeminas aquæ capiendæ gratia mittunt: immissoque per ancillam cantharo in aquæ decursum, crocodilum, inquit, transilire, & foeminam dentibus, quos habet rapacissimos, manu, qua catharum immisit, rapere, ac in fluuium in caput tractam dilacerare. Camelum, equum, iuuenecam, & quodcunque genus quadrupedis ei occurrit, cum in terram famelicus exit crocodilus grandior, ictu caudæ aded acriter ferit, ut illud, cruribus fractis, prostret, ac demum interimat. Tanta est enim illius caudæ uis, ut fregisse quatuor uno ictu grandioris animalis crura repertus sit aliquando. Emergit aliud imminens periculum decrementi tempore Nilum per nauigantibus. Cum enim contra Nili torrentem ascenditur, deficiente uento, sæpius contis quam remis agitur: nauemque ascendentem crocodili latenter sequuntur: & nautam cum crocodilus uideat conto ad expungendam nauem totum fixo pectore inhærere, ictu caudæ conto acriter discusso præcipitem cadere in fluuium facit: ac uix delapsum rapit, & uorat. Sponda etiam manibus apprehensa ingressum plerumque tentasse, aut nauim deuoluere fuisse conatos, asserunt. Tanta est eorum rabies fame urgente. Est crocodilorum alia à quadrupedibus in progressu natura: cum enim è Nilo in terram longius proficiscunt, alia nesciunt regredi uia, quam per ea uestigia quæ in arena ueniētes reliquerunt: propterea cum descendisse crocodilum incolæ præsentiant, celeri cursu cum ligonibus & ramorum fascibus accurrunt: in eaque semita fossam profundam effodiunt, ac ramis illam superimpositis arena cõtegunt, ne rediens crocodilus insidias sentiat: dehinc per uestigia crocodilum queritāt, sic repertum strepitu & lituorum eorumque tinnitu in fugam uersum insequuntur. Ita in foueam delabentem aut perimunt, aut laqueis irretitum ad urbem portant. Di-

De crocodilis
sciu digna.

Varij crocodi-
lorum astus.


Cximus enim decē aureorū premiū esse grandes crocodilos uiuos afferēti prapoz-
 fitum. Paucis anteq̄ ego adijſſem diebus, unū allatū fuiſſe uiuū mihi retulit ma-
 gnus interpres, quem uix duo poſſent camelī ſimul, uti boues araturi, coniuncti
 tergo ſufferre. Alius eodē tempore magnæ molis crocodilus in regione que Nī-
 lo adiacet, noīe Saētū, tres infantes in quodā rure Niliaco ē cunis raptos degluti-
 uit. Captus tamē, modo quo diximus capi ſolere, fuit interemptus: euulſosq̄ in-
 fantes uix adhuc exanimes fuiſſe ſepultos, referebat. Iiſdem diebus ex utero alte-
 rius irretiti ac trucidati arietē ferē integrū uoratū, ac unā dilaceratæ mulieris ma-
 num, armilla adhuc extante ænea, ſe extraxiſſe quidā accolæ perhibebant. Habi-
 tos enim, quando cunq̄ curę nō ſit ad urbem eos afferre, excoriant: cum utile ad
 multa medicamēta crocodilorū abdomen eſſe didicerint. Nec deſunt etiā qui
 corium illorū quæritent, quod eſt adeò durū, ut neq̄ ſagitta trāſfigi poſſit. Teſtu-
 dinei nanq̄ conchylis ferē duritiem æmulat: quanq̄ non eam habeant à natura
 corporis formam: eſt quippe crocodilus lacerto, quē ueſtrū idioma Lagartū ap-
 pellat, per ſimilis, ſed roſtro porcino, collo reductiſſimo, dentibus albetibus, fe-
 ris, oblongis, dorſo ſquamis, ut diximus, duriffimis armato, cauda breui, craſſa, in
 turbinem à corpore delinēti, nō uti in cæteris quadrupedibus, ſed uti in piſcibus
 cernimus: lacertis breuibus, unguibus rapaciſſimis: urſinas diceretis crocodili ma-
 nus pedesq̄, niſi huic eſſent ſquammei, illi aut̄ uilloſi: colore ſuauo, uentre uero
 ſubalbido, nec tantę duritiē. Crocodilos præterea zelotypos et amatiſſimos uxo-
 rum, aiunt Aegyptij: quod hoc experimento cōprobarunt. Iiſdem ferē tempori-
 bus, quibus ego regiones illas peragrabā, nauē quidā ad nauigando cum cerne-
 rent crocodilos coēuntes in inſula Niliaca, quam fluuij decrementū ſiccā reli-
 querat, ad eos cum ingenti ſtrepitu ac minitātibus ſimiles descendunt. Inde ma-
 ſculus primo impetu perterritus, relicta uxore reſupina, ſeſe præcipitē in fluuiū
 dedit. Reſupinat enim illam maſculus, & in uentrē deuoluit: cum ipſa ob crurū
 breuitatē per ſe minime queat: atq̄ ita relicta eius uxore nauæ interimunt aſe-
 runtq̄. Cum uero maſculus redijſſet, uxore nō reperta, cōſpectoq̄ in arena ſan-
 guine, peremptā & ablatam cōiectatus, ad nauim aduerſo Nilo ira concitus, ue-
 lut rabiſus, deſpumans natando percurrit: ratem unguibus tenaciſſime cōpre-
 hendit, omni conatu nitē ſui oblitus nauas perempturus intra nauim proſilire.
 Verum enim fuſtibus ac telis nauæ illū in caput alij, alij in digitos quibus ſeſe ſu-
 ſpēdebat, ita cōcuſſerunt, ut attritis manibus, capite quaſſato, linquere prouin-
 ciam, quā ſumpſerat, coactus fuerit. Timuere tamen nauæ non mediocriter, de
 crocodilis & incremento Nili iam nimis multa. Quare ut ad iter, unde uagās exi-
 ſſeram, rediens, epistolā claudere tandē ualeā, quid mihi poſt hæc cum Soldano
 ſucceſſerit, exarabo. Nono kal. Martij in ſumma populi corona & Mamelucho-
 rum ſpectaculo, ad Soldanū tertio uocor. Accedentē me humaniſſime ac ſerena
 fronte cōpellat: ſeſe denuò ſuaq̄ omnia palām offert: ueſtem cōcordię ſignū mi-
 hi iubet afferri: oratoribus nāq̄ omnibus à Soldano ex ipſius arce diſcedētibus,
 ex more gentis, ueſtis exhibet. Sed cymatilis tantum aut ex ſimplici ſerico, linea
 tela ſupplicato. Mihi aut̄, ut fraternū inſolubile ſœdus, me iaciēte, uobiſcū inijſſe
 aſtantes ſuſpicarentur, ex auro intexto miraq̄ arte, uti uidebitis, cum arabicis li-
 teris inſutis laboratam, arminiſq̄ candentibus magno emptis ſuffultam, dono
 dedit: Aulicis deinde ſuis, ut ſic indutum per urbem aduſque meum contuber-
 nium comitarentur, imperauit. Per latam quandam planiciem ex induſtria inter
 principum Mahometæ legis ſepulchra, que nemini Chriſtiano perambulare li-
 cet impune, ab ipſiſmet ducor. Illa non piramideæ, ut Aegyptij quondā cōſtrue-
 re ſolebant, ſed haud ſecus ac generales ſuæ Meſchitæ ſtructura fabricantur. In-
 tra hæc ſuo & ipſi Mahometæ, quem paracletum à Chriſto uaticinatū garrunt
 ac fabulant, ſacerdotes inſtituunt, qui ſuo ritu ſacra ibi in ipſorū peragant memo-
 riam. Circumeunt aut̄ ſuperba hæc dominorū ſepulchra, clientum ac filiorū &
 pellicum


*Crocodylus
zelotypus.*

A pellicū sub dio tumuli: ad suorumq̄ quisq̄ sepulchra quotoquoque die Veneri
 lignato (is enim est Mahometarū dies feitus) sacra pro ritu eorū dicitur gra-
 ditur: sepulchraq̄ aspergine frigentis aquæ, cum ramis frondentibus & odora-
 tis herbis, defunctorū umbris hæc profutura credentes, suo more salutant. Ego
 igitur ea uia domū rediens, expedita per famulos à manibus, quæcunq̄ postula-
 ueram, chirographa recepi. Ad discessum me iam accingo. Impensa Soidani na-
 uigia parant. Nilum Alexandriā uersus denauigaturus, tertio kal. Martij, letus,
 ijdem qui me adduxerant mecum redeuntibus, cōscendo. Alexandriā quarto
 nonas Martias perrexi. A prorege honorifice suscipior. Id enim per præcursores
 à suo principe in mandatis habuit: aliter nanq̄ eam minime curam fuisset com-
 plexus, cum nihili penitus faciant omne Christianorū genus: seseq̄ solos uiuere
 in orbe terrarū qui strenui sint atq̄ imperio digni arbitrent: ludibrioq̄ sibi cede-
 re ducant, Cristiano cuiq̄ honorem exhibere. Sed attendite catholici principes,
 cur nos Barbarū ac syluestre ab incunabilis hoc genus hominū ita paruipendat,
 quibus ue argumentis innixa gens hæc imperita, nullius uirtutis particeps, im-
 mersa cœnosæ libidini, detestandis erroribus implicata, rationis penitus expers,
 hoc de se, illud de nobis, sibi posse persuadere existimet. Quater parua manu in-
 gentes Turcarū copias Mameluchi profligarunt: propterea de se nimīū sibi cre-
 dunt, Christicolæ aut̄ omnes duabus rationibus penitus cōtemnunt. Cum nan-
 que mercatores qui ad eos assidue cōmeant, ingētesq̄ opū acruos, inutiliū aro-
 matū & effœminantū uiriles animos gemmarū permutadarū gratia importāt,
 opprobriosa ferre passim ludibria, ignominias, contumelias, iniurias, lucri gulo-
 sa rabie captos uideant: cum nacti occasionē quamcūq̄ leuem, nobiles etiā Ve-
 netos (quos Barbari, quia ex uicino ceteris negociatoribus opulentiores esse co-
 gnoscunt, Christianorū principes arbitrantur) catenis, carceribus, tormentisq̄
 interdū, ut eos expilent, quotidie premant: patienterq̄ omnia lucri causa tolera-
 re conspiciant: uiles esse ac nullius momenti homines Christianos omnes autu-
 mant. Sed tum præcipue, quod in Christianorū principū dedecus cedit, fronte
 rugosa nasoq̄ adunco quantulumcūq̄ plebei prætereuntibus nobis irrident ac
 subsannant, & eam quam sibi imberunt arrogantiam confirmant, quando ipsis
 subit in mentem se nostræ fidei domū initialem nobis inuitis & silentibus sub sua
 ditione per tot iam secula impune, indies collabentē, retinuisse: nec ausos unq̄
 Christianos fuisse de illa ē manibus eorū redimenda cogitare. Iure igitur merito
 nos, qui rerū domini quondam esse solebamus, ab immanissimis & truculentis
 Barbaris ita negligimur. Hæc uolui catholici principes in epistolæ calce recense-
 re: nō quo putem orationis meæ calcaribus addere quicq̄ posse uobis, qui à pri-
 mis unguiculis de expurganda, tutanda, protendendaq̄, quam profitemini, re-
 ligione sententiā induistis. Nulli em̄ alteri rei magis unq̄, post intra Europæ limi-
 tes stratas Maurorum uires, inuigilastis, q̄ de tranſciēdo in Mahometeos in Afri-
 cam exercitu: fecissetisq̄ iandudū, si per aliorū insatiabilē & inexhaustā imperij
 cupiditatē licuisset. Sed ira cōcitus, cū ista uideam nostra accidere desidia, remq̄
 Christianā indies magis ac magis intestinis seditionibus in deterius labi cōspiciā,
 impatiens euomo. Intercludat tandem exundans nimīū hic noster riuulus. Ga-
 leaceas adhuc stare in anchoris easdem quæ me transmiserāt reperi. Dum hæc sua
 peragunt cōmercia, in Europam renauigāte Venetias uersus nauigiolo, cui me
 credere nō fuit consiliū, tertiam hanc ad catholicam uestram maiestatem do. Cæ-
 tera ego ipse uiua uoce, si per piratas, per maris iram, per incolumitatem licuerit,
 coram relaturus. Felicibus interea uiuant auius precor. Ex urbe Alexandria
 ægyptia, quarto nonas Aprilis. M. D. II.

Basileæ, per Io. Bebelium, An. à Christo nato M. D.
 XXXIII. pridie calend. Septemb.







4537
F 17d
2-SIZE

